54 Momentum aliquod † ſufficit in caſu, quo res aliquo tempore extare dicitur, ideo ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, ſufficit quod maſculus fuerit momento temporis, vt perpetuo remaneat excluſa, Anto. conſilio 20.Iaſ.l.inter ſtipulantem,§.ſacram,ff.de verborum obligat.Bald. l.ſi quis poſthumos,§.j.ff.de libe.& poſthum.& l. in quibus,C.de ſecun. nupt. Alexan. conſilio 19. libro primo. Aret. l.2.ſoluto matrimon.Ratio eſt quia quādo quæſtio eſt de momento, ea quæ poſt momentum fiunt, non videntur ineſſe,l.Thais,§. intra,ff.de fideicom.liber. Iaſ.l.edita, colum.5.C. de edendo,Tyraq. in tracta.de retr. conuent.§.1. glo.numero 23.not.tamen,quod quando fit mutatio momentanea rei, non immutat rei naturam primam,l.ex facto,§.rerum,ff.de hæred.inſti.ſi tamen aliqua fuerint affixa rei,ut ibi perpetuo ſint, dicuntur de re, & veniunt in alienatione rei,l.cætera,§.hoc ſenatus,vbi Alexan. ff.de leg.j.momentanea vero non inducunt obligationem, l.cedere diem,ff.de verborum ſignifica.l.5.§.fina. ff.de verborum obligatio.Vnde non dicitur eſſe in domo, quod temporaliter ibi poſitum fuerit, l.generali, §.vxori, ff.de vſufru.lega.nec eſt in loco, id quod eſt in tranſitu, ſecundum quod quis non ſortitur forum,Barto.l.fina.C.vbi in rem actio.Abb.c.ſi. colum.10.de foro competen. Barto. l. ſi hæres,§. 2. de iudiciis, vbi ſtatim receſſurus contrahens, non poteſt ratione contractus conueniri, & ſtatutum prohibens pannos forenſes intrare ciuitatem,intelligitur de intrantibus,ut ibi remaneant, non autem per trauſitum, Paul. l. cætera, §. ſed ſi quis,ff.de legat.primo.Alexan. conſilio 84. volu. 4.& fugere non dicitur, qui fugit breui reuerſus, Bald.l.j.colum.8.C.de ſeruis fugit.capit.vulgaris, §.diuortium,de pœnit.diſtinct.1. capitu.præſenti de præb. in 6. Ex quibus dictis infertur ad plura, & primo, quod quælibet diſpoſitio ad actum momentaneum non refertur, ſecundo non ſufficit aliquid eſſe actum,niſi duret factum,l.2. §.fin. ff. ex quibus cauſ.maior. l. ſi pro parte, §.verſum, ff.de in rem verſo,ubi glo.dicit, non dicitur verſum,quod non durat verſum, l.prætor, §.hoc autem,ff.de noui ope.nuncia.l.prima, §.Diuus,ff.de var.& extr.cognit. nec dicitur veniſſe, qui nō ſtetit,cap.ſi quis autem,18.diſtinct.capi.non eſt,xj. quæſtio.3. Tertio ſtatutum concedens aliquid ratione affinitatis, intelligi debet affinitate durante,l.cui,§.affinitatis,vbi Barto.ff.de poſtu. Quarto reſeruatis ſibi fructib. ſatis, intelligitur, de his, qui ſingu.annis ferun tur, l.cum manu. ff.de contr.empt.

55 Nauis † appellatione venit etiam minima ſchapha,l.ſchapham, ff.de euict.not.ſimil.l.fina. ff.de fund.inſtru.vbi notatur plus & minus non differre ſpecie, Bald.l.prima. §. executoribus, ff.naut. caup.ſtab.

56 Negatiua diſpoſitio † debet etiam in minimis obſeruari,præſertim cum a lege profertur, Cuius vis longe maior eſt, quam ſit affirmatiuæ, ut ſuo loco latius dicetur.

57 Notarius repertus † falſus in minimis,de rigore iuris vituperari debet, atque puniri, l.quid ergo,§.pœna,ff.de his,qui not.infa.l.reſpiciendum, §.furta,ff.de pœnis, quod procedit cum dolus contra notarium arguitur,c.2.de remun.6. l.dol, C. de dolo.

58 Nuncius referens, † facit, vt ei in minimis præſtetur fides, etiam ſi non in ſcriptis relatio fiat.

59 Obſcurum cum aliquid † in controuerſia eſt, ſequimur minimum in eo, capitu. in obſcuris, de regu.iur.in 6. Amplia.1.procedere dictum, in contractibus, l.ſemper in ſtipulationibus, ff.de regu.iur.Cagno.l.ſemper,numero 12. ff.eo. Dyn.d. capitu.in obſcuris, numero 7.l.de fideiuſſorem, ff.mand.l.fina. ff.de præt.ſtipu.l.ſi quis venditor, ff.de ædil.edi.l. ſi ſtipulatus,l.ſi ita,ff.de verborum obligatio.Cyn.l.cum quidam,C.de verborum ſignifica.l.ſi ita, ff.fina.colum.3.ff.de legat.3.l.Mæuius,§.duobus,ff.de lega.ſecundo. Iaſ.§.in bonæ fidei, Inſtitu.de act. Secundo hoc idem amplia.in vlti.volum.ut hæres dicatur minus grauatus, quā fieri poſſit,l.ſi ita relictum, de lega.ſecundo.l.qui concubinam,§.cum ita l.nummis,ff.de leg.3.Doctо.commun.§.ſed generaliter,Inſtitu.de legatis, Iaſ.§.præterea,Inſt.de act. Barto.l.legato generaliter,ff.de leg.1.l.cum certum, ff.de vin.tri.& oleo leg.l.ſi domus,ff.de leg.j.Dyn.d.cap. in obſcuris, nume.8.

nume.8 Cagno.d.l.semper, numero 10. Ampliat. etiam tertio & vltimo loco, in iudiciis tam ciuilibus quam criminal.no.l.inter partes,ff.de re iudi. Felin.cap.aduersario,colum.4.de excep. Dec.consilio 43.& sic in delictis,quod est minimum sequimur,Fel.cap.quod ad consultationem, de re iudi. l.absentem,ff.de pœnis,l.si præses, ff.eodem,Barto.l.2.§.exercitus,ff.de his,qui notan.infamia, Innocen.ca.cum dilectus, de fide instrumentorum. Sed in hac 59. ampl. huius reg. nota quæ scripsi in meo tracta.de leg.& stat.p.2.quæstio.fina.& p.3.quæst.18.& sequen. Roman. consilio 111. Ancha.consilio 219. Alexand.consilio 162. volumi, 2. Et quia ut dictum est minimum iudicatur arbitrio iudicis,non potest in hoc dari regu.firma.gl. l.2.ff.quod cum eo. Bar.l.scio,ff.de in integ.resti. gl.& Flor. l.res bona, ff. de contr. empt. tamen ponam hic nonnulla quæ pertinent ad declarationem huius dicti,& primo parum & nihil æquiparantur, Cepha.consilio 179.numero 16.Corn. consilio 29.volumi.3.Marsi.singu. 276. Iasl.cætera,numero 7.ff.de leg.primo.authen.qui rem, numero 15.C.de sacrosanct.eccle.Socin.Iun.l.stipulatio hoc modo,numero 23. ff.de verborum obli. l.naturaliter, §. nihil commune, numero 301. ff. de acquiren.poss.Socin.consilio 108.colum.2.volumi.6.Cagno.l.imaginaria, numero 12. ff.de regu.iur.& l.fina.numero 242. C. de pactis, Craue. consilio 46.numero 13.Marsil.l.furem, numero 8.de Sicar.& in pract.crim.§. & quia, numero 6. Ber.in rubr.de iure patro.numero 102. Secundo not. quod modica summa dicitur vsque ad duos aureos,l.si oleum,& l.seq.ff.de dolo. Tertio minima causa dicitur, quæ ad sumptus iudiciales non sufficit,cap.de appellationibus, de appellat. Quarto quandoque dicitur vsque ad decem libras auri, §.illud, authen.de appella. Quinto dicitur aliquando vsque ad quadraginta aureos, l.1. C.de defens. ciuita. Sexto dicitur minima, idest tertia pars totius,l.si quis in suo, ff.de inoffic. testamen. Septimo minima dicitur respectu maioris partis, Spe. in titu.de dolo,§.illud,versicu.si concipe. Octauo dicitur minimum, idest non maximum, l.si quid venditor.ff.de ædili. edi. Nono duo millia quandoque cum donat Rex,dicitur ipse modicum donare,glo.& Barto.l.sed & si, §.primo, ff.de iudic. glo.& Bartho.l.3.§.cum igitur, ff.de ui & ui arm. Bal.l.insulam, 2.oppos.ff.de verborum obligatio. Decimo minimum tempus dicitur spatium decẽ mensium,l.2.C.de secun.nup. quandoque decem dierum,l.promissor,§.1.ff.de const.pec.quandoq; viginti.l.1.§.hæc, ff.de itinere actuque priu. item quandoque quatuor mensiũ,l.si debitor,ff.de iud

60 Obligatio oritur, † & parit actionem in minimis,quando interuenit iuramentum.dixi supra ver.actio.& in versicu.iuramentum, Euerar.latissime in sua centura, in loco a vi energiæ, seu efficacia iur.

61 Occasio † leuis interdum est magni ponderis,l. ergo,§.si ex die, ff.de fideicom.liber.cum glo.ver. modica data occasione, Bal.cap.i.per tuas colũm. 1. de probat. l.in vsucapione, ff.de diuer. & tempo.præscri.

62 Offendens in uno,factus est † omnium reus, Iaco. Apost. c.2.c.deleat, de regu.iur.c.1.c.fina. de pœnit.dist. 5. unde dubius in fide infidelis est, & errans in unico articu.hæreticus dici potest,secundum Diuum Tho.2.2.q.5.articu.3. in corpore unde sumitur.

63 Opinio communis † etiam in minimis debet seruari,ac sequi, docet Mathesi.in tracta.de elect. uer.latissime,Neuiza.in Sylua.nupt.libro 5.& sequen.Docto.commun.capit.1. de const.Alciat.in tra.præsumpt.par.1.regu.51. Dec.l.ut uim, ff.de iusti.& iu.dicit hoc idem esse in opinione glo.dixi ego in meo tracta.de leg.& stat.p.2.q.16.nu.6. & sequen.

64 Patronum † expellunt liberi in quacunque etiam minima parte instituti, l.si ex modica, ff.de bon.quæ libe.concor.l.si tamen,§.fina.cum glos. ff.de ædili.edicto,l.ex facto,§.si quis autem, ff.ad Trebellianum.

65 Pax si fuerit inita cum † aliquo. pro qua ex forma statuti aliquid solui deberet, si defecerit unus nummus, non procedit concordia, Ange.l.si seruus,§.plurium, ff.si quis caut. Alex. consilio 106. uolumi.3.concor.Ang.l.in executi.§.item, & Docto.commun.ff.de uerborum obliga. Rom.l.2.ff. ad Syllan.

66 Peculiatus seruus dicitur ille, † qui unicum tantum nummum habuerit in peculio, l.si quid creditor,§.fina.de pecu. Archidia.capitu. non debet, de præben.io 6.not.Docto.l.2. C.de rescin.uend. conco.l.qui duos,§.fi.ff.de reb.dub.Bal.c.1.§.quin etiam,in tit.episc. uel Abb.

67 Petitio hæreditatis pro modico † etiam datur l.licet,ff.de pet.hæredita. Anto.in tracta.de mini. numero 116.

68 Pecunia communis † si non potest amoueri,habet etiam locum in uno nummo,Ang.l.si quis dederit,§.prætor, ff.de acqui. hæred. Bru.in tracta. stat.super fœmin.artic.9.nume.110. Ant.Corf.in tra.de min.nu.93.

69 Plus hæc dictio † refertur etiam ad modicum, capitu.literæ,de dilat.Barto.l.2. C.de rescin.uendi.ubi si quis prædium uendiderit pro decem,atque donauit illud plus quàm ualet, talis dictio plus, ad modicum refertur, Bal. l.cum filio, §.pater, ff. de lega.secundo.glos. l.Mæuius, ff.eo.l. hæc adiectio.ff.de l.3.capitu.fina.de desponf. impube.l.idest, de dolo, quæ tamen arbitrio iudicis relinquitur,Salyce.l.2. quæst.7. ubi Crem.numero 58. & Cagno,nume.129.C.de resc.uen.Alex.l.fin.nu.5. ff.si quis caut.Cœpo.l.si fugitiui, nume. 43. C.de ser.fugit.

70 Pignus † pro modico ẽt distrahitur, l.quamdiu, C.de distra. pign.l.in executione, ff.de uerborum obligatio. Anto.Corset.in tracta. de minimi.numero 113.item pro modico uenditur, Bald. d.l. quamdiu,& Ant.d.loco,nu.80.

71 Pœna corporalis, quæ debetur, † quando quis in ære non pôt soluere, procedit etiam si qs potest eam totam soluere, excepto vno nummo, Bal.l.cũ sit, C.de sepulchro viol. Anto.Corse. in tracta.de min. nume.99. nam qui non habet in ære, luat in corpore. vulg.reg. l.penultima, ff. de in ius vocan. cap.finem litibus, de dolo & contu. & hoc ne delicta remaneant impunitę, l.ita vulneratus, ff.ad legem Aquil. Quod procedit in vili persona, & pro enormi delicto, & est notandum quia qualibet pœna pecuniaria est minor qualibet pœna corporali, l.in seruorum, ff.de pœnis.

72 Pœna pecuniaria, † condemnatus soluere virtute statuti, si non soluatur integra, infra terminum statutum, non liberatur etiam si in vno tantum nummo quis defecerit, Alexan.consi.106. lib.3. Ang.Imo.& Alexan.l.in executione, §.item ff.de verborum obl.Roma.l.2. ff.ad Syllan.Barb.consi. 34.volu.4.

73 Possidens momento † publiciana experiri potest, l. cum sponsus, §.fina. ff.de public.in rem actio, vbi habetur per hæc verba, sed etiam is, qui momento possedit, recte hac actione experietur, not.l.si pecuniam, ff.si cer.pe. vbi ex actu momẽto neo transfertur dominium.

74 Posthumi natiuitate † rumpitur testamentum etiam si illico decesserit, l.2. & sequen. C.de posthum.hæred.inst. momento enim temporis rumpitur testamentum, glo.l.si tamen, §.fina. versi.simplicem, ff.de ædil.edic.l.ex facto, §.si quis autem, ff.ad Trebellianum, l.qui duos, §.fina. ff.de rebus dubijs.

75 Præscriptio interrumpitur per solutionem vnius nummi, l.j.§.cępisse, ff.de pollicit. Bal.c.illud de præscrip.Ias.authen.qui rem, C.de sacrosanct. eccle. Dec.capitu.de appellationibus, colum.1.de appellat.

76 Præsumptio † modica, restituit appellantem in integrum. Bellamera, Dec.334.nu.1.in term.in ti.de rest.in integ.

77 Promissio facta † de non instituendo aliquem hęredem, habet locum siue res magna, siue modidica fuerit promissa, Bal.l. stipulatio hoc modo, in princi.ff.de uerborum obligatio. ubi etiam Cuman. intellige dictam promissionem, neque in magnis, neque in minimis procedere, Tyraquell. in tracta.de iudic.in reb.exig.non fer.nume.quadragesimoprimo.

78 Promittens dare aliquam † summam infra aliquod certum tempus sub pœna, ipsa committitur in solidum, si quid summæ promissæ desit, Spe. in tit.de arb.§.fi.ver.ut autem, l.stipulationum aliæ, §.si fortem, ff.de uerb.obl. l.in executione, §.pe.ff. eo.l.quandiu. C.de distract. pigno. Tyraq.d.loco fallent.56.

79 Propositio dicitur pertinens, † quæ qualitercũque adiuuatur, etiam leui præsumptione, & indirecte, Bald. capit.licet causam, colum.8.in titu. quis dicatur, Dux.Com.Marc. Iacob.l.incerti, C. de interd. Bald. cap.quoniam de testibus, glo.cle. j.versicu.aut earum, de foro compten.

80 Præteritus ad hoc vt filius † dici non possit, ad rumpendum testamentum, sufficit si in vno nummo institutur, Bald.capi. per tuas, colum.fina.de probat.not. Doctor.commun. l.si quis la 1. ff. ad Trebellianum, l.denique, §.sed vtrum, ff.de appellatio. Bal.auth.omnimodo, C.de inoffi.testa.glos. §.aliud, auth.ut cum de appella.cogno. Franc.c.1. de test.in 6. Bal.in l.hac edictali, C.de secun.nupt. Ange.consilio 99.gl.auth.nouissima, C.de inoffi. testamen.

81 Prohibitus alienare bona † hæreditatis sub pęna priuationis, alienando vnam rem etiam minimam tota hæreditate priuatur, Deci.capi.de appellationibus, colum.2. de appellat.capitu.maioribus. de preben.Ange. consilio 168. idem est in prohibito alienare bona, conducta quocunque titulo.

82 Prestantiæ integræ solui † debent, alioquin deficiens in vno nummo, in pœnam incidit, Bald.l. quãdiu, C.de distr.pig. idem l. stipulatio hoc modo, ff.de uerb.obli.

83 Prohibitus † portare victualia extra territorium puniri debet, etiam si minimum portauerit, Bald. lege prima, C.quæ res exporta, non debent, Barbat.in proœm.clem. & consilio 57. libro primo. quicquid dicat Ias.l.2.in fine, ff.de iurisd.om. iudicum, nisi causa gustus tantum, vinum deferretur.

84 QVITANTIA etiam † pro modico fieri debet, ad petitionem soluentis, nec potest vllo vnquam tempore denegari, sicut satisdare cogitur, qui minimam rei partem possedit, glos. leg. sciendum, ff.qui satisda.cogan glos. leg. si fideiussor, §.fina.ff.eod.glo. §.sed hoc, Instit.qui satisda. cogantur.

85 RASVRA † qualibet modica in loco suspecto, vitiat instrumentum, capit.inter dilectos, de fide instrumen.no.cap.ex literis, eo.ti. Rebuf. in praxi iu.in tit.opponi, quę contra bullam possint, nume. 4.

86 Ratio qualibet † minima Ius nostrum reformat, nã ex facto ius oritur, l.ex plagiis, §.in cleuo, ff.ad legem Aqui.& ubi est eadem ratio, idem ius statui debet, l.illud, ff.eod.nam ratio legis est anima legis, l.cum ratio, ff.de bon. damn. dixi ego dę hac re latissime, in meo tract. de leg. & statu.parte 3. quæstio. 9. numero 9. & parte 3. quæstio 9. numero 4.

87 Rescinditur contractus † emptionis propter excessum vnius nummi, vltra dimidiam iusti pretij, Bal.cap.causam, quę columna 1.de testi.l.2.q. 9.& ibi Docto.commun. C.de rescinden. uendi. Anto. cap.cum dilecti, colum.4. de emptione, & venditione, & est com.opin.ut attestatur, Tyraquel.in tra. de iud.in reb.exig. non fer.fall.50.glo. & Abb.c.cum causam, Ancha.c.1. colum.120.de constitut.

88 Rescriptum vitiatur si † valor beneficij omittatur, etiam si beneficium modicum sit, c.si proponente,

nente, de rescrip. in 6. nisi facta fuisset gratia motu proprio, seu de certa scientia Pontificis cap. si tu, de rescri. in 6. Bal. l. imperialis, §. si miles, C. de nupt. l. impetrata, C. de sent. res. non posse c. li eo, de rescri. in 6.

89 Restitutio vnius nummi tantum, † quæ sit in ea paci, censetur indignus tota hæreditate, Bald. l. certa, quæstio. penultima, C. ad legem Falcid. sed vide Alexand. lege ex facto, §. Iulianus, ff. de vulg. not. lege hæredes palam, ff. de his quibus vt indignis.

89 Reus, qui potest etiam † summam soluere excepto vno nummo, subijcitur regulæ, qui nó habet in ære, luat in corpore, Bal. l. cum sit, C. de sepulcro violat. argumen. l. 5. §. si fortem, ff. de verborum obliga. Iasl. secunda, colum. 16, C. de iur. emphyteu.

90 Regula suum amittit † officium, cú in minimo etiá vitiatur, dixi supra in præfat. nu. 25. & in tra cta. de leg. & stat. p. 2. quæstio. 9. numero 8. Dyn. Boer. & omnes in rub. de reg. iur. in 6. Dec. & Cagno. l. 1. ff. eodem.

91 Satisdare cogitur etiam † qui modicam rei partem possedit, nam per eam non tollitur suspicio fugæ, glo. l. sciendum, in 4. parte, ff. qui satisda. cogan. glo. l. si fideiussor, §. fi. ff. eo. glo. §. sed hoc, Insti. de satis. Anto. Corse. in tract. de minim. num. 122. dixi super ampl. 83.

92 Scriptor potest † retinere quinternum, donec sibi fuerit satisfactum, Ant. in tract. de min. num. 90. & sic datur pro minima retentio.

93 Similium non est idem iudicium, † cum modica dissimilitudo assignatur, Anto. cap. fina. colu. 44. de consuetu. Felin. cap. primo, colu. 3. de spon. no. doct. l. non possunt, ff. de legibus, & dicam suo loco late.

94 Sindicus, qui vigore statuti plures delinquentes denunciare debet, si vnum omisit puniendus erit, ac si neminem denunciasset, Bald. l. minorib. C. de his, quibus ut indig. Barto. l. cum si. §. fi. ff. de public. iudic. Barbat. consi. 74. lib. 3. & consi. 40. libro primo.

95 Solemnitatis minimum omissum, † si ipsa de substantia fuerit, vitiatur totum, Abb. capitu. 3. de bapt. Anto. in tract. de minim. numero 86. Abb. cap. prudentiam, numero 5. de offic. deleg. dixi su pra ampliat. 35.

96 Soluere debens † aliquam summam ex aliqua causa, si deficit in vno nummo, incidit in pœná, ac si nihil soluisset, Bal. l. quamdiu, C. de distract. pigno. & l. stipulatio hoc modo, ff. de verború obliga. & hoc modo siue pœna sit imposita respe ctu eiusdem quantitatis magnæ, siue paruæ, item si quis vigore statuti appellans debeat soluere sex denarios pro libra, alioquin sit appellatio deserta, si in vno tantum nummo deficiat, appellatio deserta erit, ac si totum omisisset soluere, Bald. in addi. ad Specu. in 2. parte, in titu. de appella. §. restat, colu. 7. Alexand. in executione, §. item, ff. de verborum obligatio. Iaso. authen. qui rem, C. de sacrosanct. eccle. item qui non potest soluere in ære, luat in corpore, etiam si in vno nummo non potuerit. Bald. l. cum sit, C. de sepulcro violato, l. 5. §. si fortem, ff. de uerborum obligatio. l. 5. secunda, colum. 16. C. de iur. emphyteu. dixi supra ampliat. 89.

97 Spoliatus † ante omnia restitui debet, capi. grauis de restitu. spo. procedit hoc dictum usque ad minimum quadrantem, vnde si in vno nummo deficeret, non tenetur in alio respondere, Anto. Corse. in tracta. de minim. numero 123. Iaso. authen. qui rem, C. de sacrosanct. eccle. & in l. sunt ius, col. 3. C. de iud. Bal. c. conquerente, de restit. spol. Dec. consi. 34.

98 Statutum de non † alienando in requisito con sorte, habet locum etiam si in minima re fuerit consors, Bald. l. 1. C. de com. seru. manum. concor. simile. glo. l. si ex pluribus, §. fina. ff. de sol. Bal. l. 1. in fina. colum. 4. de edicto diui Adr. toll. & l. non pro ponas, C. de interd. matr. l. imperator, ff. de statu hom. Felin. capi. pastoralis, colum. 3. de rescrip. nor. cap. ego, de iureiuran. gl. c. duobus, de rescr. in 6. no. l. 3. ff. de verbo. signi. in maioribus, C. de appellatio.

99 Tempus modicum si † defecit, impedit prescriptionem vsucapione, & facit qué incidere in moram, dies enim interpellat pro homine, no. Menochius in tracta. de arbitr. iudic. cent. 2. casu 145. numero 8. Docto. l. 3. ff. de vsucap. l. quod te, ff. de certum peta. cap. potuit, locati. no. supra, versicu. momentum.

100 Testamenti † scriptura, vbi euidentior dicitur probatio, & in qua omnis suspicio cessare debet, nullum ne minimum quidem debet esse vitium falsitatis, Doct. l. edicta, Cod. de edicto diui Adria. tollen. præsertim quando est mutatio veritatis, Anton. Corset. in tracta. de minim. numero 104.

101 Testamentum rumpere † non potest filius, vt præteritus, qui in vno nummo fuerit institutus heres, Bald. capitu. per tuas, colum. fina. de proba. not. l. si quis, ff. ad Trebelliamum, l. denique, §. sed vtrum, ff. de minor. Bald. authen. omnimodo, Godi. de inofficioso testamen. glo. §. aliud, authen. vt cum de appellatio. cognosc. Bal. l. hac edictali, C. de secun. nupt.

102 Testis falsus † in vno, in omnis dicitur falsus, qui enim in vno deliquit, factus est omnium reus capitu. si ad sacras, 9. distinct. Docto. l. §. l. quis simpliciter, ff. de verborum obl. c. desleat, de reg. iur. c. 3. c. fina. de pœn. disti. ct. 5. item not. quod vnius tantum testimonio no creditur etiam in minimo, quia uox vnius, uox nullius, l. iuriiurandi, C. de testibus, cap. veniens, extra eod. capitu. cum esses, de testamen. ampl. ut nec statur positum in testimonio credatur, cap. iud cas, 3. quæst. 9. & nedum in sua, sed nec etiam in aliena, l. nullus, ff. de testib. tot. tit. C. ut nemo in sua causa, Barb. l. si dari, colum penult. ff. de verborum obligat. Felin. cap. constitutus, de rescrip. capit. fina. colum. 3. de

maior.& obed.Iaf.l.iusiurandi, colum.2 C.de iu reiu.l.admonendi,colum.20. ff.eod.fallit hoc nisi extaret causa necessitatis, vel publicæ vtilitatis, Ant.c.2.de probat.Iaf.colum.1.in fine, ff.de verborum obligatio.no.l.si quando,C.vnde vi,c.fin. quod met.causa,glo.l.vbi C.de iur.dot.& est com mun.opiu.

103 Thesaurarius si quis † tantillum suffuratus sit ex ærario, incidit in pœnam iuris pecuniæ publicæ, Doct. commun. l.si seruum, §.prætor. ff. de acquiren.hæred.not.Iaf.auth.qui rem,C.de sacro sanct. eccle.nisi esset honesta persona, adeo ut induceret præsumptionem, nullo quidem id dolo factum fuisse, Barto. l.quamuis, ff.de conditio.& demonstratio.

104 Tutoris datio non † valet, si in eius petitione modicum erratum fuerit, Barth.l.matri,& auiæ, quando mulier tut.off.quia modicus error donationem,tutoris vitiat.

105 Valor beneficij si non † fuerit expressus integer,sed tacitus in vno nummo, vitiat impetrationem,ita in terminis dixi supra, in limit.5. Rebuf. in praxi beneficiorum, in tertia parte signaturæ, nume. 9. Ampliatur hoc etiam procedere in vnionibus,idem super Regu.Cancell.de vnionibus,in in glo.5.ibi teneantur exprimere verum annuum valorem.

106 Venditor potest totam rem † retinere,pro vno nummo pretii non soluto.Bald.l.vna.C.commodati,Iaf.authen.qui rem,colum,5. C.de sacrosan. eccles.

107 Venditio facta † rei alicuius viliori pretio,quæ valeat inter maritum, & vxorem non valet propter suspicionem donationis, Doct. commun.l.si quis donationis.ff.de contro. empt. secus si fieret extraneo, Anton.in tracta.de mini.nu.108.

108 Venditio retractari potest † remedio legis 2. C.de rescind.vendit.etiam pro vno nummo vltra dimidiam iusti pretij,Bal.l.2.columna.8.C.de rescind.venditione, Alexan.l.si seruus,§.si plurium, ff.si quis caut. Anto.in tract.de minim. num.102. Bald.cap.causam,colum.1.de testam.Anto.capit. cum dilecti,colu. 4. de empt.& vendi.& est com. opin.dixi supra fall.86.

109 Vicinus, qui † ex forma statuti non potest vendere aliquid sine consensu vicini, an habeat locũ in eo,qui rem modicam in vicino habet, uide Afflictum in terminis, in tract. de iure prothom.§. sextus,numero 9.& dic quod debet requirere consensum vicini,not.l.j.versi.siue,C.comm.ser.manum.vbi consors dicitur ille,qui habet in re tantum millesimam partem.conc.Anto.consi.160.

110 Vinum,quod vigore † statuti extra territorium portari non potest, procedit vt qui non [illegible] horam portare possit causa gustus, Iaf. l.non dubiũ, C.de legib.Brun.in tract. stat. super fœmin,artic. 9.numero 10.Anton.in tracta. de minim.numero 88.Bal.l.ad Barbaricum,C.quæ res exportari non debeant, Barbatia in prooem. clem. consil. 67 libro primo. Tyraquell. in tracta. de iudic. in rebus exigen.non ser. fallen. trigesimasecuuda.

111 Vsura est quicquid accedit pacto, † etiam minimum, cap.j.vsurant. 14.quæst.3. glo.cap.plerique,& cap.nauiganti [illegible] Docto. de vsur. ampliat [illegible] etiam per consuetudinem induci posit ut permittatur vsura etiam in minimo, Bald.authen.[illegible] colum.2.C.de vsuris,Iaf.§.fuera[illegible] quen.Instit.de act.Roch.capit.fina.colum,9. de consuetu.

Sed vt ad concordiam hæc omnia reducantur 4 distinguendo dico, aut est eadem ratio in minimis, quæ est etiam in maioribus,aut non: Primo 5 casu de minimis curatur,secundo †,vero minime, Abb.cap. de appellationibus extra de appellat, Aret.l.seruum.§.prætor ait,colum. 2. de acquiren. 6 hæred.secundo dico aut sumus in † remediis ordinariis,aut in extraordinariis,primo casu de minimis curatur, secundo † autem secus, Abb. d. lo- 7 co, seu tertio loco dicas, aut exprimitur in iure quod modicum non curetur, aut non, primo 8 † casu non attenditur, secundo autem bene quidem † est in consideratione, Card.in proœm.cle. 9 in princi. Quarto loco aut agitur de iure commu 10 ni,aut de iure speciali primo † casu de minimis cu 11 ratur, secundo † autem non, Barto.l.si proprietarius, ff.de damno infecto,& in l.scio, ff.de in integrum restitutio. Bald. capi.cum adeo de rescript. Quinto dicendum est aut loquimur de mẽdacio, & veritate, aut vero loquimur de iuris rem[illegible]s, 12 primo casu † de modico curamus, præsertim in 13 lucro captando, secundo † autem casu non curamus de modico, Sexto distinguitur ita, aut modi cum pro forma traditum est, aut nõn,primo casu 14 † modicum attenditur,secundo autem secus, Doci.d.cap. de appellationibus. hoc idem dicendum est si circa substãtialia versaretur. Septimo distinguendo dico aut nos sumus in dispositione [illegible] 15 aut uero indispositione † hominis. primo [illegible] aut sumus seu loquimur in dispositione [illegible] munis,aut legis specialis, primo casu aut [illegible] in 16 quibus modicum considerare † fauo[illegible] uel saltem non odiosum, & tunc de modi[illegible] curatur, secus in odiosum esset, si sumus [illegible] iure tunc aut tendit ad impediendum dis[illegible]onem iuris specialis,pro conseruando iure [illegible]muni, tunc de modico curatur, si tendit ad [illegible] uandam dispositionem iuris specialis contra [illegible] commune, & de modico non curatur[illegible] aut sumus 17 in materia iuris communis,aut [illegible] † municipalis de prima satis dictum est superius,si loquimur de iure municipali de minimis curatur, quando 18 nos uero sumus in dispositione † hominis,aut loquimur de dispositione inter uiuos, aut ult[illegible], primo casu, aut in materia iudicij aut i[illegible] ctibus, [illegible] sumus in materia iudic[illegible] minim[illegible] attenditur etiam quando pr[illegible]rma [illegible] in tro[illegible] 19 ctum,alias secus,it[illegible] [illegible] † [illegible] qui præsertim quand[illegible] [illegible] dicũ 20 curatur,alias [illegible] in mora,si uero [illegible] † [illegible] vlti.

20 vlti. volun. aut constat de præuia mente testatoris, aut non, primo casu etiam minimum curatur, secundo autem secus, hæc omnia late dicuntur ex ampliat. & limit. super relatis, & notantur per Anton. Corse. in tracta. de minimis, numero 124. Tiraquell. in tract. de iudic. in rebus exig. non ser. sal l. 57. Brunus in tracta. stat. super fœmin. Artic. 9. numero 98. Asinius in praxi iudic. §. 7. fall. 59 numero 8. Gramma. §. tutor autem, nu. 6. Inst. de auctor. tutor. Deci. authen. qui rem, numero 19. vbi Ias. numero 25. C. de sacrosact. eccl. Docto. commun. c. de apellationibus, de appel. Bar. l. scio, ff. de resti. in integ. l. si oleum, in fine, ff. de dolo, l. senatus, §. Marcellus, ff. de leg. j.

Summaria in vj. Regu.

1 *Qualitas non potest esse sine subiecto.*
2 *Nullius entis, nullæ sunt qualitates.*
3 *Substantia sublata, corruit actus.*
4 *Qualitas quid sit, & quid subiectum.*
5 *Qualitas adest, & abest præter subiecti corruptionem.*
6 *Qualitas, quæ requiritur probari debet.*
7 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus uerbi.*
8 *Qualitas agentis intentionem demonstrat.*
9 *Qualitas adiecta in principali, censetur in eius accessorio repetita.*
10 *Prohibitio simplex, censetur facta respectu substantiæ, non qualitatis.*
11 *Qualitas quando præcipua dicatur.*
12 *Qualitas naturalis accidentali præfertur.*
13 *Qualitatum concursus adesse omnino debet.*
14 *Qualitas pro forma capitur.*
15 *Substantialia, accidentalia, formalia, actiue, quæ dicantur.*
16 *Hæreditate sublata, adhuc dicitur heres.*
17 *Emptione perfecta debetur pretium, licet res pereat.*
18 *Dominio directo translato, facit periculum in alium transiri.*
19 *Ecclesia diruta non amittit priuilegia.*
10 *Qualitas adiecta personæ. & rei, quomodo tollatur extincta re cum persona.*

R E G V L A VI.

1 QValitas non † potest esse sine subiecto, l. 2. ff. de vsufr. ibi est autem vsusfructus ius in corpore, quo sublato, & ipsum tolli necesse est, conc. Pau. l. si seruum, §. si modus, numero 3. ff. de act. empt. Alexan. consi. 233. numero 8. libro 6. l. fin. ff. de coll. bon. l. 4. §. fina. ff. de actio. empt. nullius
2 enim entis † nullæ sunt qualitates, capit. ad dissoluendum, ff. de despon. impub. l. j. ff. de hæred. ven.
3 vnde sublata † substan. corruit actus, l. naturaliter, §. acces. ff. de acquir. posse. Alber. l. si cum, §. qui, ff. de ædil. edicto, Lance. l. fina. §. si quis, ff. de lega. 1. l. eius qui, ff. si certum petatur, Ang. consi. 390. Aret. consilio 143. l. 2. C. sec. tab. Neuizan. in Sylua nupt. libro j. numero 231. Fran. in tract. de testib. concl. 29. numero 58. Socin. consilio 150. colum. 4. libro primo. Ias. l. eius qui, §. quod si, numero 3. ff. si certum peta. l. si ita, nume. 5. ff. de verborum obligatio. l. j. numero 44. ff. de lega. 1. Corne. consilio 112. colum. 3. volumi. 1. Bal. l. omnium, C. de testib. Tyraq. in tracta. primogen. quæst. 40. nume. 121. Cepha. consilio 68. numero 8. Deci. consilio 583. numero 9. consilio 222. numero 2. Alexand. l. Pomponius, §. sed si, numero 4. ff. de acquiren. poss. Pro declaratione huius regu. nonnulla prius præmittenda sunt. Et primo, quid sit qualitas,
4 † & quid subiectũ, quotuplexque dicatur, de quibus vide quæ scripsi, ego in meo tracta. de leg. & stat. par. 4. quæst. 31. numero 3. & par. 2. quæst. 2. Non tamẽ omitto, quod mutatione qualitatis nõ mutatur substantia rei, §. minus, Institu. de hære. quæ ab intest. defer. l. si fundus, §. si res, ff. de pign.
5 potest enim † qualitas adesse, vel abesse præter subiecti corruptionẽ, gl. l. si quid in bello, ff. de capt. & postlim. reuer. vnde facilius probatur qualitas q̃ substantia, Craue. in tract. de antiqui. tempo. par.
6 2. numero 63. quæ quando † requiritur probari debet omnino, Iohan. And. cap. primo, de homic. in 6. Alexand. consilio 1. numero 43. volumi. 3. & consilio 3. numero 5. volumi. 4. Tertio no. quod
7 qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus uerbi, l. in delictis, §. si extraneus, ff. de noxa. Ange. consilio 148. Alexan. consilio 162. numero 8. volumi. 2. Felin. capitu. ex parte, numero 25.
8 de rescrip. Quarto no. quod † qualitas agentis intentionem demonstrat, l. non codicillum, C. de testamen. Quinto qualitas † adiecta in principali,
9 censetur in eius accessorio repetita, Barto. l. si ita, §. Chrisognus, ff. de verborum obligatio. Bal. l. Titius, C. de oper. liber. Sexto, vitium qualitatis maius est vitio quãtitatis, Dy. c. plus semper, de reg.
10 iur. in 6. si tamen fiet prohibitio † simplex intelligetur facta respectu substantiæ, non qualitatis, l. generaliter, C. de non numera. pecu. Barto. l. iurisgentium, §. quod ferè, quæstio. 8. ff. de pactis. Septi
11 mo no. quod qualitas in substinẽdis actibus † præcipua dicitur esse Por. consilio 2. numero 15. l. si quæramus, ff. de test. l. conficiuntur, §. quoties, ff. de iur. cod. capitu. etsi cleric. de iudic. Octauo qua
12 litas † naturalis potius quam accidentalis debet attendi, l. quod habetur, ff. de tut. l. fina. C. de his qui ven. æt. impetr. cap. si fortè, de elect. in 6. Por. consilio 164. numero 95. & consilio 167. numero
13 94. Nono vbi duæ qualitates † requiruntur non sufficit adesse vna ipsarum, Docto. commun. cap. nauiganti, de vsur. Decimo not. differentiam esse inter subiectum, & qualitatem, nam est, quo pri-
14 mum res est, qualitas uero † est quædam forma adhibita, Cepha. consilio 171. numero 21. vnde pro ista regu. Abb. rubr. de appellat. numero 3. & in cap. non vt opponeres, numero 5. de bapt. Augu. Ber. d. rub. de app. nu. 21. cõc. l. si non fuerit, ff.

pro

pro ſocio cap. fin. de appel. cap. fin. de cond. appo ſit. Soc. in l. ita ſtipulatur nume. 75. ff. de verb. ob. Abb. cap. tua de ſponſ. nume. 10. Dec. leg. edita nume. 40. C. de ed. & quæ dicantur † ſubſtantialia, formalia, & accidentalia contractus, vide quæ ego ſcripſi in meo tract. de leg. & ſtat. p. 3. quæſtio. 4. nume. 3. & quæſtio. 5. nume. 2. item vide etiam in meo tracta. de defin. p. 2. in defin. contract. & ibi per totum habetur, quod ſit ſubiectum cuiuſlibet diſpoſitionis.

Ampl. reg. hæc multis modis, & primo. Dicemus nõ nulla etiam de reg. priuationis, & habitus.

1 Abſolutio † eſſe non poteſt ſine condemnatione, vnde petens abſolutionem tacite fateri videtur ſe excommunicatum ſeu ligatum, niſi ad cautelam faciat ſe abſolui, ſi & quatenus egeat abſolutione. Cagnol. l. nemo. ff. de reg. iur. glo. cap. venerabilem, verſi. poſtulauit de elect. Iohan. Andr. cap. cum dilectus de ord. cognit. Doct. com. l. decem, ff. de ver. ob. Euer. in loco a priuat. ad habitum, num. 2. Priuatio enim præſupponit habitum, nec ſine eo ipſa dari poteſt. d. l. decem, conc. Abb. de infidelibus nu. 5. de conſang. & aff. Iaſ. l. ſi quis maior nu. 24. C. de tranſact. l. ſi ſic. §. ſi mihi, nu. 4. ff. de leg. j. idem in rub. ad Trebel. nu. 7. l. apud, §. ſi Titius, nu. 22. ff. de leg. j. l. marcellus num. 14. ff. ad Treb. l. ait prætor, §. ſi neque nu. 6. ff. de iur. iur. l. manumiſsiones, nu. 12. ff. de iuſti. & iur. vbi Paul. nu. 7. idem Paul. l. ſub conditione num. 2. ff. de ſol. Alex. l. nullæ, nu. j. ff. de acquiren. hæred. Brun. in tract. ſtat. ſuper fœmi. art. 6. nu. 43.

2 Acceptilatio nulla eſt † vbi nullum debitũ præceſsit l. j. ff. de acceptilationibus l. an inutilis, ff. eo. eſt enim ipſa ſpecies abſolutionis, de qua ſatis in ſuper ampl. dictum eſt, cui adde. Barth. auth. ſi teſtis. nu. j. C. de teſtib. l. poſt legatum. §. ſi vero, ff. de his, quib. vt indign. l. Titio, ff. de cond. & demon. l. remitti, ff. de iur. iur. & l. j. ff. de ſuis, & leg. l. Iulianus, ff. de diuor. l. legata num. 4. ff. de adim. leg. l. 3. §. ſi duobus. ff. eo.

3 Acceſſorium eſſe non poteſt, abſque principali c. acceſſorium de reg. iur. in 6. gl. Dec. & Cagnol. l. cum principalis, ff. eod. Hypolit. ſing. 17. Bart. l. j. nu. 3. ff. de penu. leg. Fel. c. cum M. nu. 36. de conſt. Rom. ſin. 577. Bal. conſi. 30. nu. 5. volu. 2. Cephal. conſi. 252. nu. 84. Hyppol. l. j. §. item nume. 8. de quæſt. Iaſo. l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe nu. 20. ff. de leg. j. Aret. §. actio, nu. 20. Inſt. de act. Iaſ. l. j. nu. 13. C. de iudic. leg. edita num. 24. C. de edendo. leg. j. §. vir. vxori, nu. 19. de acquir. poſſeſſ. rubr. de leg. j. numero 44.

4 Acceſsio non datur † ei, qui nullam cauſam habuit, ita per iſtam reg. dicit Alex. l. Pomp. §. ſi liber. nu. j. ff. de acq. poſ. tradit latiſsime Bru. in trac. de augum. quæ. 8.

5 Accidens non poteſt † eſſe ſine ſubiecto. Doc. com. §. j. Inſt. de vſuf. per l. 2. ff. e. ti. Iaſ. Dec. & cõ. oẽs l. eius. §. qđ ſi ff. ſi cer. pe. Neuiz. in Sylua nup. l. j. nu. 231. Fran. in tract. de teſt. Concl. 27. nu. 58. Iaſ. l. ſi ita. nu. 5. de ver. ob. l. j. nu. 44. ff. de leg. j.

6 Accuſatio nulla eſt †, vbi nullum fuit repertum crimen. no. Doc. com. capitu. ſuper his de accuſ. l. ignorat. C. qui accuſare non poſſunt. l. libellorũ ff. de accuſ. Hoſt. in ſumma de accuſ. nu. j. dixi ego in meo tract. de defin. p. 2. Defin. 2. nume. j. Abb. Fel. Dec. & Auguſt. Ber. com. dicit in rubr. extra eod. nume. 21. Angel. in tract. maleficiorum in tit. de accſat. nume. 3.

7 Actio ius, & † obligatio extinguitur, ſublata re de medio, in qua competebat, not. Doct. com. l. j. C. de iur. emph. & Inſt. §. adeo, locati. l. 2. ff. de vſuf. §. j. inſt. eo. item actio deſcendens ex maleficio extinguitur, cum perſona. §. eſt enim, Inſt. de verb. oblig. l. j. C. ne ex delict. defunct. Bar. l. ex iudiciorum, ff. de accuſat. mors enim omnia ſoluit. §. deinceps. auth. de nuptiis.

8 Adulterium accuſari † non poteſt poſt mortem mulieris, neque poſt mortem mariti, ideo mulier ſuperſtes, poteſt petere dotem. Anto. capitu. fina. de donat. quam ipſa amitteret, ſi deprehenſa fuiſſet in adulte. Docto. com. in rubr. C. de edendo.

9 Affinitas non durat † mortua filia, cuius cauſa affines dicebantur. leg. cui eorum, §. affinitates, ff. de poſt. cap. infames. §. affinitates 3. q. 7. glo. l. ſed hoc ff. de re iud. l. fin. vbi Paul. & Iaſ. C. de verbo. ſign. Bald. cap. in literis de teſtibus Alexand. conſi. 107. col. 3. vol. 6.

10 Alimenta non debentur ab eo, qui † ea præſtare cogebatur reſpectu alicuius rei, ſi res fuerit ad nihilum redacta Bart. l. 3. ff. vbi pup. educ. debeat. ſicuti augentur ea, ſi res augeri contingerit. l. Plautius. ff. de cond. & demon. fallit hoc dictum quando vtile dominium, atque directum fuiſſet tranſlatum, quia ad eum, in quem traslatum fuerit, periculum ſpectat, & nihilominus alimenta habentur Doct. com. leg. j. C. de iur. emphyt. capitu. potuit locati. l. pignus. C. de pignor. act. imo l. d. capitu. potuit.

11 Banniti non ſunt † amplius filii, ſi intuitu patris fuerint banniti, mortuo eorum patre. Docto. l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. Angel. l. incola columna 4. ff. ad municipal. l. Titia, §. vſuras, ff. de leg. 2. Bald. l. j. §. fina. ff. de requiren. reis, & l. j. verſicu. extra. C. de poſtul. bannum enim extinguitur morte banniti l. ſororem, C. de his, quibus vt in dign. & leg. ex hoc iure, columna 3. ff. de iuſti. & iure idem in tracta. ſtat. verſicu. bannitus, ideo mortuus non poteſt offendi, licet viuus impune offendi poſsit.

12 Cauſa cum deficit, † corruit etiam effectus, l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patr. cap. cum ceſſante, vbi Dec. nume. 3. de appellat. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiſs. Bar. l. in omni, ff. de adopt. glo. l. fina. de teſtam. tutel. l. plane, ff. de oper. liber. Soci. conſi. 156. nume. 12. volum. 2. & glo. & Doc. com. l. ſi. diuortio, ff. ſol. mat. Alex. conſi. 89. lib. 2. Ruin. conſi. 137. nu. 11. lib. 3. Sign. conſi. 135. nu. 6. Tiraquel. in regu. ceſſante cauſa, nu. 12. Doct. c. quoniam de probat.

13 Cenſus

13 Census extinguitur, destructo† castro cui debetur, Roma. consilio 117. item destruitur etiam destructa re, in qua erat collocatus. Aegid. Boss. in tracta. de remissio. merced. numero 8. Docto. com. l. 1. C. de iure emphy. leg. 2. ff. de vsufru. §. adeo. Insti. locati. conc. simil. leg. j. ff. de hæredi. vendita. Iaso. leg. eius qui. §. quod si, numero 13. ff. si certum petatur. Decis. consilio 583. numero 9. Alexan. l. Pomponius, §. sed si, numero 4. ff. de acquir. poss.

14 Citatio non requiritur† vbi figura iudicii seruari non debet. Bartho. in extraua. ad reprimen. versicu. figura iu fine, Cuman. consilio 7. numero 7. ita per hanc regulam in terminis notat Afinius in praxi iudi. §. 7. numero 1. fallen. 34. Doct. l. si finita, §. Iulianus vbi Bolognin. numero 40. ff. de damno infecto. gloss. Clemen. sæpe versicu. citationem de verbo. significatio. & est Comm. opin.

15 Commisio causæ non † potest esse deficiente eo, cuius causa facta fuit, l. quæsitum, ff. de tutel. Bald. l. vnica, §. consules, ff. de effic. cons. not. l. Lucius, ff. de fideicom. libert. item mortuo eo, a quo fuit commissa deficit commisio, capitu. grandi, de suplenda. negligen. prælato. in 6. Bald. Alexand. leg. ex facto vbi Ripa numero vndecimo, ff. de vulga. & pupill. conc. sim. leg. adigere, §. quamuis, ff. de iure patrona. capitulo cum cessante de appellatio. §. disponat authen. de nuptiis Ruin. consilio 137. numero 11. libro 3. gloss. & Docto. com. l. si diuortio, ff. soluto matrimo. Alexand. consi. 89. lib. 2.

16 Commodatum† extinguitur extincta re commodata, sed damnum spectat ad illum, cui res cómodatur. l. j. vbi Doct. com. C. comod. & l. j. C. de iur. emph. vt dicam infra.

17 Conductio non est † amplius, extincta re conducta, damnum tamen ad locatorem pertinet, nisi conductor in culpa, seu in mora extiterit. l. conductor l. maritus, cum glo. versicu. nihilominus, ff. locati capitu. potuit, vbi Docto. com. extra eodem, leg. j. C. de iur. emph. vbi Ias. numero 20. §. adeo Inst. locati. leg. 2. ff. de vsufruct. §. fina. & §. j. Insti. eo. Aegid. Boss. in tract. de remiss. merced. numero 61.

18 Consecrata non dicitur† amplius Ecclesia, vel quid aliud simile, vt Calix, si in totum frangantur ac destruantur. c. Ecclesiis, de consecr. dist. j. dum modo destruatur ab habente auctoritatem Brun. in tract. de inter. & dimin. nu. 42. concl. 6. glo. authen. præterea, C. de sacr. sanc. Eccle. cap. de fabrica, de consecra. dist. j. secus si casu destruatur præsertim Ecclesia.

19 Constitutum nullum † dicitur, si id, super quo fundatur resoluitur, Bar. & Doc. com. l. si debitor ff. de prec. Bar. l. si rem, la 2. ff. de pignor. act. l qui pignoris, ff. de acq. pos. Cin. l. j. q. 12. C. etiam ob chyrogr. pec. Tiraq. in tract. de iur. const. p. 3. limit. 29. nu. 1. Paul. cons. 10. col. j. vol. j. Dec. cons. 366. Ruin. cons. 173. in 2. dubio. vol. j.

20 Contumacia† sublata, tollitur pœna, cuius causa imponi debeat l. j. §. si frater. ff. de collatio. bono. possessio. capitu. ex literis de const. Bald. capit. si. colum. j. in titu. per quos fiat inuest. not. idem Bald. l. puto. §. li quis l. quos prohibet, ff. de postu. Bar. l. si quis adulterium, §. j. ff. de adult. l. j. §. fin. ff. de req. reis.

21 Conuentio† personalis cum persona extinguitur, nec transit ad hæredes leg. qui in futurum, §. si ex alena, ff. de pact. Flor. l. si pactum in 2. casu, ff. de probatio. item hoc idem si deficit causa, in qua erat conuentio facta. Doc. com. l. 1. C. de con dictio. ob causam.

22 Crimen nullum † redditur, extincta persona delinquentis. l. defuncto, ff. de publ. iud. cap. quorundam a 3. distin. ideo corpus mortuum non suspenditur, neque cruciari potest Docto. com. l. 2. C. qui test. fac. poss. Bald. l. 1. columna 2. C. ne ex del. def. Angel. l. fina. C. si reus, vel actor, nisi ex atrocissimo crimine, quod arbitrio iudicis relinquitur, Bald. d. l. a. §. peruenit, qui filii sint legit. Aret. §. publica. numero 5. inst. de publ. iud. & Angel. in tracta. Malefic. versic. dominus, numero 41. Gomes, §. superest, numero 19. institit. de act. Ias. l. ex facto numero 42. ff. de vulga. Igneus, l. 1. §. sibi numero 39. ff. ad Syllan. Roma. singu. 431. Marsil. consilio 1. numero 36. volum. 1. idem l. fi. numero 28. ff. de quæstio. limitatur tamen hoc primum dictum pluribus modis, vide gloss. §. interdum Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. glo. l. ex iudicio versic. maiestatis, ff. de accusat. Hippol. l. qui falsam, §. accusatio, nu. 9. de fals. Spec. tit de accu. §. j. nu. 31.

23 Debitor re perempta, † liberatur, Docto. com. l. quod te. ff. si cert. pet. l. si seruitutes, §. sublatum, ff. de seruit. vrb. præd. §. fi. Inst. de vsufr. l. 2. ff. eo. l. 1. vbi Docto. com. C. de iure emph. l. vinum. vbi Doct. ff. si cert. pet.

24 Delegatio† extinguitur morte delegentis, & morte eius, cui delegatio fuit facta, Host. in summa de offic. delega. § finitur numero 3. item non valet si causa ad iurisdictionem delegantis nó spectet. Doc. com. l. nemo plus, ff. de reg. iur. Vant. in tract. de nullit. senten. ex defectu iurisd. deleg. numero 85.

25 Depositum finitur † re deposita extincta, & ad dominum periculum, seu damnum pertinet, Docto. com. l. 1. §. 1. ff. depositi, conc. simi. Ias. l. eius qui. §. quod si, numero 3. ff. si cert. pet. Tiraq. in tracta. primogeni. quæstione 40. numero 121. Decis. consilio 583. numero 9. Alexand. l. Pomponius, §. sed si, numero 4. ff. de acqui. poss. Angel. consi. 390.

26 Delictum extiguitur morte delinquentis not. l. 1. C. ne ex delicto defuncti, §. non autem, Inst. de perpet. & temp. act. l. si quis post, C. de bon. proscr. §. non autem, Institit. de public. iud. vide super ampl. 22.

27 Dignitas extinguitur morte eius, † cui conceditur, quando scilicet eius tatum comtemplatione datur.

datur, Docto.commun.cap.priuilegium, de regu. iur.in 6.conc.simile maritū,ff.de sol.Ang.§.sunt, Insti.de act.not.leg.non solum,ff.de re iudic. & l. si filio,ff.soluto matrim. Alexan.leg. non tantum, ff.de re iudica.l.in omnibus, leg. priuilegia, ff. de reg.iuris.

28 Dilatio non † durat sublata dilationis causa, Docto.commun.l.liberto, §.fina. ff.de annuis lega. l.tertia. §. Stichus,ff.de stat.liber. Docto. vbi Bartho.l.si quis heres,ff.de acquir.possess.capir.ab eo de appellatio.in 6.l.in illa, ff.de verborum obligatio.glo.capitu.fina.de cons.Aret.§.si minus,columna 7.Institu.de auct.tut. Bar.l.ij. ff.de re iudi. l.siue, C.de dila.

29 Dispositio de illa re, † quæ intertijt ante completam dispositionem, redditur nulla l.inter stipulantem,§.pe.ff.de verb.obli. nisi mora præcesserit,l.non motirurum, C.de contr.& comit.stipu.l.eum qui,§.j.de iureiu.

30 Dispensatio non datur, † nulla substinente causa dispensandi,capit.priscis,51.disti. cap.ceno manense,56.distinct.capitu.monachus,67.distinct. capitu.fina.77.distinct.glos.capitu. quod pro necessitate,j.quæstio.j.cap.eos,j.quæst.5.c.exiguns, j.quæstio.7.cap.ordinationes,quest.9 j.c.neophytus,61.distinct.

31 Donatio non habet † locum resoluto iure donantis, resoluto enim iure datoris resoluitur etiā ius acceptatoris,Bellam.Decis.742. numero 5. in titu.de restitu.integrum. Decis. cōsilio 490. Docto. commun. capitu. pastoralis de donat. item donatario mortuo donatio non reuocatur ob ingratitudinem ab eo commissam, nisi fuerit lis contestata, atque ante mortem ingratitudo probata, Ange.d.is solis, C. de reuocan.donat. l.fina. vbi Doct.commun.C.e.l.omnimodo, C.de inofficioso testa.

32 Dos nulla † dicitur sine matrimonio,l.3.ff.de iure dotium, Docto.commun. rubri. & l.j.ff.soluto matrimon. tamen e contra valebit matrimonium sine dote, licet soluto matrimonio nō dicatur amplius dos, sed patrimonium mulieris, sed si pereat fundus dotalis, an extinguatur dos? resp. distinguendo aut dos fuit æstimata aut non, primo casu dos perit periculo mariti, qui tenetur ad æstimationem, nam est fundata in genere quodam, quod perire non potest, Docto.commun.l.incendium,C.si certum petatur,si nōn fuerit æstimata, sed tantum datum sit prædium, vel domus in dotem, tunc periculo vxoris perit nisi maritus, vel eius hæredes fuerint in mora, vel in culpa, vel nisi aliter inter eos fuerit conuentum,l.æstimatæ,ff.soluto matrimon. l.quod si,ff.de iu.dot.l.si inter,C. eodem, item not. quod si mulier fuerit morosa in petenda dote, si casu perierit, perit eius periculo,l.si mora, l.si semel,ff.soluto matrimonio.item maritus promittens socero non petere dotem, extinguitur pactum post mortem soceri, ideo ab eius hæredibus petere poterit, not.l.si marito, §.1. ff.soluto matrimonio. Alexan. l. prima, columna 11.ff.eod.Ro.consi.417. vbi ponit quod deficiente causa obligationis finitur obligatio.

33 Ecclesia penitus † destructa, perdit iura ac etiā priuilegia,glo.c.2.de noui ope.nuncia.Alexand.l. inter stipulantem,§.sacram,ff.de verborum oblig. not. Doct.commun.l.si grege, de leg.j. Alex.consi. 43.volu. 1. Fel.cap.cum dilectus, de rescrip. item desinit esse sacra,cap.ecclesijs,c.de fabrica, de con secr.distinct.j.

34 Electa vbi est industria personæ, † cum persona extinguitur officium, & per consequens ius, actio, & obligatio.l.inter artifices, ff.de solut.Bar. l.veteris,C.de contr. & com.stip. Ias.l.si sic,ff.de verborum obligatio.Corne.consilio 243.volumi. 3. Alexan. consi.106. volumi.3. vbi enim est electa industria personæ, non potest per substitutum fieri. fallit enisi hæres artificis esset eiusdem conditionis, Duen.Regu.178.lim.2.Barlo.l.j.C. de præp.agent in reb.libro 12. Roman.l.j. ff.de in ius voc.c.is cui,de of.dele in.6.l.nemo, ff.de duob. reis,Rom.sing.670.Fel.cap.quoniam, §.is autem, nume. 5.de offi.deleg.

35 Emphyteusis † nulla est re extincta, in qua fuit constituta, Doct.commun.l.j. C.de iur. emph.ut si prædium impetu fluminis fuisse sublatum in totum, fallit in domo, qua destructa non finitur emph. sed propter solum quod remanet durat adhuc, Innoc.cap.potuit, col.19.locati. §.adeo.Inst. eo.l.2. ff.de vsufr.

36. Emptio † nulla est re perempta ante traditionem, seu ante perfectionem contractus, not. Doc. l.j. ff.de per.com. rei ven.non enim potest æstimari bonitas loci, qui nō est l.si seruum, §.j. ff.de act. empt.conc.simil.Dec.consi.583.nu.9.

37 Exceptio † nulla est, vbi nulla reperitur actio, quia ipsa est actionis exclusio,l.si instituta,l.pater filium,l.li quis,ff.de inof.test.l.Gallus,§.in omnibus,l.inter cæteras,de liber.& posth.leg.2.§.si mater,ff.ad Treb.l.post, §. l.si liberi, ff. de bon.pos. sec.tab.dixi ego in meo tract.de defi.par.2. Defi. 36. nu. 1. simile dicimus exceptionem esse debere de regula, dixi supra in procem.nu.31.

38 Excommunicatus † fatetur quis petens absolutionem. vel condemnatus nisi ad cautelam faciat se absolui, non enim esse potest absolutio, vbi nulla præcessit condemnatio, glo. capi. venerabilem, versi.postulauit, de elect.Iohan. And.cap.cum dilectus, de ordi.cogn.gl.l.decem, vbi Barto. & Ias. & Alexan. numero 1. ff. de verborum obligatio. Docto.commun.l.manumissiones, ff.de iusti. & iure, §. seruus, vbi Ange. de capit.dimin.l.Titio,ff. de condi.& demonstratio.l.Iul.ff.de repudijs,cap. ad dissoluendum de despon.impube.cap.quod vero,32.quest.2.cap.de infidelib.de consang.& affinita.Ias.l.si quis man. numero 11. Codi.de transact.Dec.consilio 278.numero 6.deci.15. numero 2.in tit.de proc.in antiquior. l. cum dotem, de verbo.obl.Deci.consi.14.nu.3.de rescr.in antiq. Pet.in tract.de testa.c.4.nume.1.Iacob. Menoch. in tra.de recuper.poss.Remed.13.nume.33. Cepha.

phal.consi.93.numero 9.consilio 248. nume.15. Deci.Pedam.120.nu.7. Ias.l.non erit, §.si neque, nume.6.ff.de reg.iur.Rolan.in tract. de lucr.dot. q.93.nume.5.

39 Falcidia non † detrahitur si patrimonium minuitur adeo vt nō habeat locum, etiam si casu minuatur mortuo testatore, legata tamen integra debētur, nec imputabitur legatarijs, l.in ratione, l.in quantitate, §.j.ff.ad legem Falcid.dicam infer. in versi. legatum.

Equipollentium † eadem natura est, l. mulier, ff. ad Treb. gl. fin. l. si mater, C. de inst. & subst. l. Iulianus, ff. de cond. & demonst. l. fideicommissa, §. si cui, ff. de con dict. indeb. l. seruo, C. de donat. quae sub modo, l. filius, C. de inoffic. testamen. gl. fi. l. nauis, ff. ad leg. Rhod. de iact. Euer. in loco ab aequipoll. nume. 1. l. vbi, §. 1. ff. de verbor. obligat. Neuiz. in sua Syl. nupt. lib. 1. nume. 21 5. Ias. leg. cum filia, numer. 141. ff. de legat. primo, l. si quis ita, §. ea lege, numer. 76. ff. de verborum obligation. Socin. l. Gallus, §. & quid si tantum, numer. 82. ff. de liberis & posthum. capit. in his, de verborum signific. cap. tua, de consanguin. & affin. c. licet, de test. clem. exiui, de verbor. signifi. l. fin. ff. mand. l. fideicommissa, §. si cui, ff. de leg. 3. Pro declaratione huius dicti nonnulla prius praemitten-
2 da sunt. Primò, † quod aequipollens est, quod habet eandem rationem, vel maiorem, & cuius effectus est idem cum eo, cui aequipollet, Bald. l. illud, C. de sacrosanct. eccle. non enim differunt inter se. Alber. tract. stat. lib. 2. q. 19. numer. 9. Lin summa,
3 ff. de re iud. Secundò praemitto, † quod regula aequipollentium, est regula parium, quorum eadem est natura, Bald. l. conuenticulam, C. de sacrosanct. eccle. gl. & Bald. l. si locet, ff. solu. matri. glo. l. Pomponius, ff. de neg. gest. Angel. l. de quibus. ff. de leg. gl. & Doct. l. si de eo, §. fin. ff. de acq. poss. l. 1. §. veteres, ff. eod. nam à pari potentia par producitur actus, glo. c. vnico, de aeta. & qual. 6. Doct. l. aduersus, C. si adu. rem iudic. Alber. auth. nouissima, C. de inoffi. testam. Mathes. notab. 191. gl. l. nam postea, §. si is, ff. de iureiuran. Tertiò not. quòd licet aequipollens subaudiatur, Bald. l. ab ab emptione, ff. de pact. potest tamen deduci in stipulatione, gl. l. si sub vna, vbi Doct. ff. de verbo. oblig. & l. quae extrinsecus, ff. eod. Ale. l. 1. §. fin. ff. eod. tit. Eodem modo deduci potest in iudicijs:
4 † nam sententia ferri potest per aequipollens, Spe cul. tit. de arbitr. ver. quid si, gl. l. praeses, de sent. & interloq. omn. iud. Angel. cons. 277. Doct. vt quia
5 duas, de elect. 6. † Et in constitutionibus, & vlt. volunt. vt latius inferius dicetur. Tertiò, & vlt.
6 infertur, † quòd negatio praeposita signo vniuersali, aequipollere facit suo contradictorio: negatio verò postposita signo vniuersali, facit aequipollere suo contrario, & negatio praeposita, & postposita signo vniuersali, facit aequipollere suo subalterno, Euer. in loco ab aequipoll. num. 12.

*Ampliationes.*

1 Abortus procuratus, † aequipollet homicidio, Doc. c. Moyses, 32. q. 2. c. homicidium, de poenit. distinc. 1. Alber. l. qui in vtero, ff. de stat.
2 hom. Actus purus, † & actus purificatus, aequipollent, Bal. l. cum testamento, C. de testamen. man. Vnde instrumentum habens conditionem purificatam, habetur ac si à principio esset purum, & simplex. l. fin. §. Titiua, ff. de vulg. & pup. Alexa. l. hoc iure, ff. de verb. oblig. Ruin. consil. 139. nu. 7. vol. 2. Idem est actui consentire, & actum facere, Bart. l. iubemus, nume. 6. C. ad Vell. l. in aedibus §. quod si, ff. de don. Dec. l. aliud, nu. 4. ff. de reg. iur. Hoc idē dicitur aequipollere, aliquid esse in actu, & esse in via deductionis ad actum, l. diuortio, §. non solum, ff. solu. matrim. Quinò actum non incipere, & coeptum non perficere, aequipollent, l. fin. §. illud, ff. de codic.
3 Affinem non esse, † & affinitatem solutam esse, aequipollent, Ange. l. cum eorum, §. 1. ff. de post. Albet. de Mal. tract. de testib. nu. 57.
4 Amicitia aequipollet coniunctioni † sanguinis, l. successori, ff. de neg. gest. Vnde amicus agit in causa pro amico, promittenda de rato, sicuti coniunctus pro coniuncto, c. Petrus, de homicid. c. subdiaconus, eod. tit.
5 Apparere, & existere, † aequiparantur, & aequipollent, sicuti non esse, & non apparere, paria sunt, l. in lege, ff. de contr. empt. l. duo sunt, ff. de test. tut. Ceph. cons. 9. num. 9. Alber. tract. stat. q. 43. nu. 1. volu. 2. dicam infer. ver. esse.
6 Appellationem esse interpositam, † vel esse infra tempora appellationis, paria sunt, Corser. sing. ver. terminus, nume. 1. in terminis. Item appellare, & sententiam recusare, aequipollent, gl. c. 2. ver. videtur, de const. 6. Tertiò non appellare, & frustra appellare, aequipollent, cap. non solum, capit. Romana, de appell. Card. clem. 1. not. 6. de dolo, & contu.
7 Approbare, † & non contradicere, paria sunt, l. quo enim, §. 1. ff. rem ratam hab. l. si absentis, C. si cert. pet. Bald. l. ue in arbitria, C. de rec. arb. Doct. l. qui tacet, ff. de reg. iur. l. qui patitur, ff. mand. c. is, qui de reg. iur. 6.
8 Arbitrium non ferre, † & nulliter arbitrari, aequipollent, Ruin. cons. 142. num. 4. vol. 4.
9 Bannire, † & relegare, aequipollent, Doct. com. §. relegari, Inst. quib. mod. ius pat. pot. solu.
10 Beneficium non habere, † ac illud tenue habere, aequipollent. Abb. c. cum super, numer. 5. de concess. praeb. c. 2. de transl. episc.
11 Capere, † quod alteri mox restitui debet, par est, ac si non cepisset, not. l. non videtur, ff. de reg. iur. l. si pars, §. fin. ff. de inoffic. testam. l. sed si. §. item, ff. de leg. praest. l. Sulpitius, ff. de don. inter vir. & uxor. l. fin. §. fin. C. de bon. quae liber. leg. si quis mandato, ff. de neg. gest. nam verba cum effectu debent intelligi.
12 Cessio aequipollet traditioni, † Bart. l. Labeo, ff. de pact. & alij Doct.
13 Ciuitati relinquere, vel ciuibus eius, † aequipollent. Paul. l. 1. nu. 3. ff. de condit. & demonstr.

Colle-

14 Collegio ecclesię, † vel ecclesiæ legare, ęquipollent, Rum. consi. 160. nu. 13. volu. 3.

15 Conditio adimpleta, † æquipollet actui puro Rol. consil. 22. nu. 10. volu. 3. Ruin. consi. 139. nu. 7. volu. 2. Parif. conf. 11. nu. 63. volu. 1. cum simil. Dec. consi. 279. nu. 2.

16 Confiteri † aliquid in tormentis, vel metu tormentorum, æquipollent, Rol. conf. 17. nu. 17. vol. 3. Item confessio geminata æquipollet confessioni iudiciali, Bal. l. cũ lcimus, C. de agric. & cẽs. lib. 11.

17 Consentit e actum facienti, vel † actum facere, sunt vnum, & idem, lat. l. nunc autem. nu. 2. ff. de re iud. Item consentire, & non contradicere, æquipollent. Doct. l. in adoptionem, ff. de adopt.

18 Dare, & promittere, paria sunt. † Dec. cõl. 286. nu. 5. Doct. com. l. si cum dotem. §. transgrediamur ff. solu. matri. Decis. Pedam. 43. nu. 11.

19 Demõstrari nõ posse, vel non esse, † æquipollẽt, Rol. conf. 8. nu. 17. volu. 3.

20 Difficultas magna † æquipollet impossibilitati, Alba. consi. 8. nu. 16. Fel. c. ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 85. de const. l. apud. §. constat ff. de vi. l. in contractib. C. de non nu. pecu. Doct. com. l. quod te, ff. si cert. pet. l. nepos, ff. de verb. sign.

21 Domui alicui † relinquere, & relinquere familiæ, æquipollent. Ruin. conf. 203. nu. 7. volu. 2.

22 Dotem legare hoc † pacto, videlicet, lego pro dote, vel animo compensandi cum dicte paria sunt, Ruin. consi. 156. nume. 8. vol. 3. Item dotem recipere iussũ patris, seu de voluntate patris, æquipollet, Decis. Pedam. 44. nu. 10.

23 Emphyteuta † non soluens, seu alienans æquipollent. Rol. consi. 17. nu. 13. volu. 1.

24 Aequitas æquipollet † specialitati pat enim dicere est, hoc est speciale, vel de æquitate. gl. l. qui res §. aream. ff. de solut. Item par est, si dicatur, hęc lex loquitur de æquitate, illa de rigore, ac si diceret, ista corrigit illam, glo. & Bart. l. dotem. §. fin. ff. de public. Bart. l. ex hac colu. 1. ff. de donat.

25 Error supinus facti, æquiparatur † errori Iuris, not. Doct. l. regula. ff de iur. & facti ignor. l. quamquam. ff. ad Vell. Item error iuris dubius æquipollet errori facti. Doct. C. de quarta de præscr. vbi Abb. nu. 12. Ruin. conf. 25. nu. 11. v. l. 2.

26 Esse. Non esse, & non apparere. paria sunt. † Decis. Ped. 79. nu. 44. Decis. 141. nu. 17. Decis. 129. n. 9. Idem est, si sit inutile, Paulus. l. quoties, nu. 2. ff. qui satisd. cog. cõs. 421. nu. 4. vol. 1. conf. 15. nu. 2. eod. uol. Tertiò idem est, non esse vel ignorari, Lambert. in tract. de Iure patr. Art. 10. q. 9. par. 1. h. 2. nu. 3. Tiraq. tract. l. si vnquam c. 145. nu. 15. Corn. conf. 24. nu. 11. uol. 3. Grat. conf. 87. nu. 17. volu. 1. Lambert. tract. de Iure patr. 22. q. 9. 7. Par. 2. l. nu. 3. Menoch. in tract de adipisc. Rem. 4. nu. 465. Rol. consi. 59. nu. 7. vol. 3. conf. 2. nu. 24. eod. volu. Paris. consi. 104. num. 2. volu. 1. Quartò idem est non esse, vel minus legitime esse. c. & cui de præb. 6. l. quoties. ff. qui satisd. cog. l. nulla, ff. de auct. tuto. Doct. l. acceptam. C. de vsur. Quintò, non esse, nec posse disponere paria sunt. l. nec emere. ff. de contr. empt. Sextò & vlt. esse certum vel esse debere certum paria sunt. l. qui cum alio, ff. de reg. iur. l. 2. §. si a pupillo. ff. pro emptore.

27 Excipere, & † non probare, æquipollent. Abb. c. cum super nu. 5. de concess. præb.

28 Excussionem nõ fuisse factam † uel minus legitime factam æquipollent. Rol. conf. 9. nu. 7. conf. 14. nu. 25. consi. 63. nu. 8. uol. 1.

29 Exprimere rebus † uel factis, & exprimere uerbis, æquipollent. Doct. l. de quibus. ff. de l. Item qđ exprimitur per relationem par est ac si expresse exprimeretur. dixi ego in tract. de reg. Iur. in Reg. 2. l. asse toto. ff. de hæred. inst. Tertiò uoluntas Principis æquipollet expressę dispositioni, l. omnes, C. de præscr. 30. uel 40. anno. Doct. §. sed quod Principi. Inst. de iure nat. gent. & Ciu.

30 Extra territorium esse, uel † in territorio exempto, æquipollent. Rol. conf. 33. nu. 23. uol. 3.

31 Factum non esse † uel inutiliter factum, æquipollent. Grat. conf. 77. nu. 14. uol. 1. Secundò nihil factum, uel sub conditione factum paria sunt. Rol. consi. 59. nu. 8. uol. 3. Tertiò factum pure, uel sub conditione adimpleta, æquipollent. l. fin. §. Fitius, ff. de uulg. & pup. subst. Quartò factum non esse, uel iniuste factum, æquipollent. l. 1. §. quod Prætor, ff. quorum leg. leg. nulla. ff. de aucto. tut. Quintò facere per se, uel per alium, de reg. iur. 6. Sextò, Paria sunt facere, uel facienti consentire, l. 1. §. omnia, C. de uet. iur. enuc.

32 Familiæ aliquid † relinquere, & domui, æquipollent. Doct. l. 1. ff. ad Syllan. Ruin. conf. 203. nu. 7. uol. 2. l. pronunciatio. §. cõmuni. ff. de uerb. obl. Alc. l. 1. nu. 5. ff. eod. dixi super. nu. 21.

33 Filium † nõ extare & non posse succedere ęquipollent. Alex. l. Lucius nu 11. ff. de uulg. Dec. consi. 296. nu. 3. l. & si. §. filius. ff. de bon. quæ lib. Imola l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. delib. & posth. §. sed nostra. Inst. de succes. Libert. l. si necem. § si de portatus. ff. de bon. lib. l. 3. ff. de bon. poss. contra tab. Bald. l. quicumque. C. de seru. fug. l. unica. C. quando non pet. part.

34 Habere non posse † & cum difficultate habere, æquipollent. Bald. l. mater nu. 17. C. de rei uend. l. naturalem. ff. de aquir. rer. dom. Secundo habere parum & nihil habere æquipollent. Soc. conf. 30. nu. 3. lib. 4. Tertio habere & debere habere, æquipollent. Bart. leg. pe. §. cum ita. ff. de auro, & arg. l.

35 Hæredem non fuisse datum, † uel incapacem datum esse, æquipollent. Grat. consi. 124. numero 27. uolumine 1. l. cohæredi. §. fin. ff. de uulg. & pupill. subst.

36 Hæreditatem adiri per † filium, patre iubente, & adiri per patrem, filio consentiente, æquipollent. Bal. l. filio, nu. 1. ff. de iure delib. Secundo hæreditatem non adire, & illam indebite adire, æquipollent. l. 2. ubi Doct. comm. C. de success. edicto.

37 In continenti fieri, & † esse æquipollent. Doct. comm. l. lecta. ff. si certum peta. Ripa in tit. de Iure natur. gent. & Ciui. Resp. 8. nume. 3. dixi in trac. de reg. Iur. reg. 5. ampl. 165.

38 Instrumentum † non habere, uel inualidum habere æquipollent. Gratia. conf. 140. nu. 33. uol. 1.

39 Inundatum esse † fundum & hostibus occupatum æquipollent. Alber. l. cum unus. §. si propter. nu. 1. ff. de bonis autor. iud. possid. Doct. comm. l. 1. C. de iure emphyt.

40 Inutilem reddere, & in † totum extinguere, æquipollent, Ripa.l.fi.num.51.C.de reuoc. don. Secundo titulum non habere, & inualidum, æquipollent. Ripa in tit.de causa possessio. & proprie. Resp.2.num.9.l.quoties.ff.qui satisd. cog. Tertio inutile agere, & nihil agere, inutile esse, & nihil esse, æquipollent, Abb.c.veniens,num.1.de præsby.nou.bapt.c.inter,num.16. de transl. episcop. Quarto inutiliter appellare perinde est, ac si non appelletur. Abb.c.cum venissent,num. 10. de eo, qui mitt. in poss. Quinto inutilem habere actionem, & illam non habere, æquipollent. Abbas, c. ad aures,num.9.de præscr.c.1.num. 27. de re iu. Sexto iudicatum nō esse, & inutiliter iudicatum, æquipollent.l.4.§.condemnatum.ff. de re iudica. Afflict.decis. 182. num.4. Septimo non nasci, & inutiliter nasci, seu non esse factum, vel inutiliter factum, æquipollent.l.fi.C. de instit. & substitut. Corn.consi.276.num.16.volu.3. Curt. consi.51. num.28.Dec.consi.227.nume.11. Cephal.consi. 221.nume.10.sicuti dici solet, non dicitur venisse, qui non stetit.

41 Legare ecclesiæ & legare † collegio ipsius, æquipollent.Ruin.consi.160.num.13. vol. 3. l.annua,§.1.ff.de annu.leg.Inn.c.nouerit, de sent. excom.Secundo legare dimidiam & portionem dimidiæ æquipollent.Paul.l.Lucius §.filiam. num. 2.ff.de legat.2. Tertio, legare pro dote, & legare animo compensandi cum dote, æquipollent.l.vnica.§.primum.C.de rei.ux.act. Alex.l. huiusmodi, §. cum pater, ff.de leg.1.

42 Malefacere, & nihil † facere, æquipollent. Socin.Iun.l.si quis arbitratu, num.6.ff.de verb. obli. dixi superius, num.40.

43 Mandato alicuius aliquid † agere, vel de huius voluntate, æquipollent. Ale.l.post dotem, nu. 3.& num.11.ff.soluto matrimonio.Angel.§. venditæ, num.1.Inst.de rer. diuis.

44 Mandatum non † habere, vel habere, sed non esse in specie ad actum, in quo requiritur in specie, æquipollent.Paul.l.1.§.fuit,num.3.ff. ad Trebellia.l.si procurator,num.2.C. de procur. consi. 13. num.49.volum.3. Item mandatum non habere, vel illud habere reuocatum, æquipollēt,l. cum pater.§.Mœuio.ff.de leg.3.Alber.l.cum quis. §. si debitori.ff.de sol. & liber.

45 Maritum non habere, vel † illum inutilem habere, æquipollent. Rol. consi. 9. num.34. volu.1. Idem est in vxore, idem Rol.consi.96.nu. 39. volum.3.c.2.de transl.episc.l.j.§.& quidem.ff.quod cuiusque vniuer.nom. Mona.c.fi tibi,nu. 10. de præb.6.Abbas c.bonæ, not.3. de postul.præla.

46 Membrum nō habere, † seu illud habere inutile, æquipollent. Paul.l.de quibus,nu.13.ff. de leg.

47 Metus de seipso, & † coniunctorum suorum, æquipollent.Rol.consi.2.num.62.volum.1. Item confessio facta in metu tormentorum, & in tormentis, æquipollent.dixi superius, nu.16.

48 Meum esse, & id mihi † deberi, æquipollent. not.Doct.l.debitor.ff.de verbor.signifi.

49 Mortuus nasci, & uiuere nō † posse, æquipollent.Dec.consi.623.num.3.Crau.cons.210. num. 6.Doct.l.septimo mense, ff.de stat. hom.l.Paulus. l.pen.C.de posth.hæred.inst.Socin.l.cum malus. ff.de cond.& demonst.Rol.in tract.de lucro dotis, q.61.in terminis.Item mortuus, & vulneratus ad mortem, æquipollent.Bal.c.1.in ti. quib.mod. feud.amitt.l.1.C.de nundin.l.bello.ff.de excusat. tutor.Anch.consi.430.l.ita.ff.ad l. Aquil.

50 Mutilare membrum alicui, vel † eum interficere, æquipollent quo ad incurrendam irregularitatem. Anchara. & Doctor. cap. qui mandat, de vsur.6.clem.1.eod.tit.

51 Nasci, & statim moriens, perinde † est, ac si natus non esset. Tiraq.in tract.primog.q.4.nu.197. §.dubitarũ, Auth.de incest.nup.l.1.ff.pro herede.

52 Necessitate vrgente aliquid † fieri, vel magna vtilitate, æquipollent.c.post translationem. §. fin. de renunc.c.quæris.de ætate, & qual.

53 Negatio præposita † signo uniuersali, æquipollere facit suo contradictorio: negatio verò postposita signo vniuersali, facit æquipollere suo contrario, & negatio præposita, & postposita signo vniuersali, facit æquipollere suo contrario subalterno. Euer.in loco ab æquipollent.num. 12.

54 Nolle, & non posse, † æquipollēt.l.3.C. de hæred.insti.l.1.§.visus.ff.de proc.l. mulier. ff ad Trebell.Bar.l.1.ff.de vulg Ruin.consi.126.nu.5.uol. 2. Item noluisse, & de uoluntate non apparere, æquipollent.Paul.l.qui quartam, nu.2.ff.de leg.3.

55 Nomine alterius agere, † vel procuratorio, æquipollent.Ruı.consi.47.nu. 6. uolu.4. Item nomen proprium exprimi, vel per indubitatas circunstantias, æquipollent.Doct.l.certum.ff. si cert. pet. Abb.c.quanto, nu.7.de his, quæ fiunt à præl.

56 Nullum esse, ac illud impugnari † posse, æquiparantur.l.cum antiquioribus.§. sin autem. C. de temp.& repar.appell. num. 6. Item è contra nullum esse actum, & non posse dici nullum, paria sunt, ac si actum valeret. Cephal.consi.3.nu. 111. glo.l.si à creditoribus.C.de seru.pigno. da. glo.l. qui habebat.C.de man.test.Ang.cons. 187. Dec. consi.456.num.20.consi.557.num.13. Vnde ubi os clauditur volenti dicere de nullitate sententiæ, perinde est ac si sententia ipsa valida esset, Paul. consi.288.nu.2. Tertio nullum, & inefficax, æquipollent.l.dari.ff.de uerb.obli.l.qui bis idem. ff eo.

57 Obscurè loqui par est, † ac si nihil loquatur. l. de ætate.§.nihil.ff.de interrog.act.

58 Occidere aliquem, uel † infirmum sine medico negligere, æquipollent.l.si uerum.ff. de uerbo. oblig.Rol.tract.de lucro dot.q.64.num.61.Item occidere, & alimenta negare, æquipollent.l.necare.ff.de liber.agno.

59 Ope exceptionis excludi, & † ipso iure, æquipollent.l.nihil interest.ff.de reg.iuris.

60 Pactum, & præscriptio, † æquipollēt.Rol.consi.89.num.13.uolum.2.

61 Parentelam uocare, & illos † de parentela, æquipollet.Alba.consi.51.num.3.

62 Ponere obscure, † & non ponere, paria sunt, Paul.l.Titiæ.num.3.de leg.1.

63 Possidere mala fide, † & in possessione non esse, æquipollent quo ad præscriptionem inducendam.l.fi.C.unde ui.c.sæpe, de rest.spol.Doct. cap. possessor.de re.iur.6. Secūdo possessio uiolēta, &

possessio

possessio clandestina, æquipollent. l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam, l. eum, ff. ad leg. Flau. de Plag. Tertiò, possessionem amittere, & actionem ad illam recuperandam, æquipollent. Ruin. consi. 161. num. 14. volumin. 1. Quartò possessionem non capere, & illam nulliter capere, æquipollent. Roland. consi. 76. nu. 26. vol. 3.

64 Posthumus nasci mortuus, † vel iamiam moriturus, æquipollent. Fel. c. sicut, de homicid. Paul. Leazar. Clem. Pastoralis, de re iud.

65 Præceptum legis noscitur † per verba æquipollentia præcepto, c. quod præcipitur, vbi Doct. 14. q. 1. c. 2. de maior. & obed.

66 Probare minus sufficienter, † & non probare, æquipollent. Abb. c. cum Bertoldus, numer. 18. de re iud. Item non probari, & nihil esse, æquipollent. Dec. consi. 272. nu. 5.

67 Proximè fieri habetur † pro esse, l. 1. §. sed in eo, ff. ad Syll. Dixi ego latè in tractat. de reg. iur. Reg. 5. Ampliat. 163.

68 Quietantia æquiparatur † cancellationi, Doct. l. nihil interest, ff. de adim. l. not. l. 1. & 2. ff. de his, quæ in test. del. l, nostram, C. de testament.

69 Relatio æquipollet nominationi † expressæ, Grat. consi. 50. num. 28. vol. Dixi ego in tract. de reg. iur. in Reg. 10. num. 1.

70 Remittere, & donare, † æquipollent. Bart. leg. Aurelio. § Caius. ff. de lib. leg. l. sub prætextu, C. de transact.

71 Renunciare facto, vel verbis, † æquipollent, Doct. comm. l. non dubium. C. de legib. c. intelligentia, de verb. sign.

72 Rem non extare, atque difficile † posse inueniri, æquipollent, l. cum res, ff. de l. 1, l. cum vnus, §. fin. ff. de bon. auth. iud. poss.

73 Reum non comparere, seu comparere † & nolle litem contestari, paria sunt, Mathes. auth. qui semel, num. 17. C. quomo. & quan. Iudex.

74 Scire, & scire debere, † æquipollent. Rol. consi. 72. nu. 22. vol. 3. Grat. consi. 110. nu. 17. vol. 1. sicuti scire, & scire posse. l. si duo. ff. de acq. hæred. Maranta in tracta. de ord. iudic. par. 3. nu. 103. Dec. l. quod te, nu. 17. ff. si cert. per. Ceph. consi. 216. nu. 14. Crau. consi. 231. nu. 5. Paul. l. si duo, nu. 5. ff. de acq. hær. Decis. Ped. 101. num. 27.

75 Scriptum non esse, † vel ita esse scriptum, vt non possit intelligi, æquipollent. l. 2. ff. de his quæ pro non scr. haben. Tiraq. tractat. de retr. tit. de retr. lignag. §. 36.

76 Sententia lata, & conclusum † in causa, æquipollent. Cyn. l. alia, C. de his, quib. vt indign. Ioa. Andr. c. 2. de rest. in integ. & l. incerti, C. de interd. l quamuis, C. de adult.

77 Soluere creditori, † vel alteri eius mandato, æquipollent: sicuti soluere realiter, & promittere, æquipollent cum cautione de soluendo, l. fin. C. ad leg. Falc. l. fuit, ff. de acq. hæred.

78 Stipulatio † concipi potest per æquipollentia, l. si sub vna. cum gl. l. quæ extrinsecus, vbi Doct. ff. de verb. oblig. Alex. l. 1. §. fin. ff. eod.

79 Tempore prohibito aliquid fieri, † & conferri in tempus prohibitum, paria sunt. Abb. c. fin. nu. 20. de fer. c. accepimus, nu. 2. de pact. c. de vxore, nu. 2. de sepult. Crau. consi. 175. nu. 8. Tiraq. tract. se mort. saisit. hm. 2. nume. 4. Mandos. Reg. Cancel. Reg. 8. q. 3. nu. 2. Ruin. cons. 90. nu. 6. vol. 3. Paris. consi. 190. nu. 25. volum. 3.

80 Testes concordes dicuntur, † si per verba æquipollentia deponant, Bald. c. bonæ, il 1, de electio. Abb. c. nihil de verb. signifi. c. cum ecclesia, de causa poss. & propr. Alex. in add. ad Bart. l. 3. §. ideoque, ff. de testib. consi. 112. vol. 3.

81 Timore aliquid agere coactionis, † seu coactè agere, æquipollent. Dec. consi. 690. numer. 10. Anch. consi. 159.

82 Titulum non habere, † & eum nõ posse ostendere, æquipollent. not. l. cogi, C. de petitio. hære. Decis. Ped. 159. num. 23.

83 Tutorem non esse, vel esse, † sed non habere administrationem, æquipollent. Paul. l. si tutor, num. 2. C. quib. ex caus. rest. detur.

84 Vacans ecclesia, & prælatus † impeditus, æquipollent. not. cap. cum venissent, de in integr. rest. Ioan. And. c. olim, de reb. eccl. non alienan. 6. Rui. consi. 63. num. 2. volu. 5.

85 Vendere iniusto precio, vel † non vẽdere, æquipollent. Abb. consi. 8. nu. 55. not. l. si dubium, ff. de leg. 3. Alber. tract. stat. par. 2. q. 2. num. 20.

86 Venire, & nõ stare, † perinde est ac si quis non venisses, vnde dici solet, non dicitur venisse, qui non stetit, Abb. c. cum à nobis, nu. 10. de elect.

87 Vincula Sub vinculis esse † & esse sub custodia cum datis fideiussoribus, æquipollent. in iure. Lucas de pen. l. si grauius, C. de dign. lib. 12.

88 Vocandum non vocari, † vel vocatum non audiri, vel auditum non admitti, æquipollent. Bald. l. qui crimen, nume. 17. C. qui accus. non poss. c. obeuntibus. 63. distin.

Pro declaratione huius præsentis tractatus ad huc nonnulla declaranda sunt. Primò, quod aliquando reperitur identitas rationis inter duo, & tunc procedit regula similiũ, l. illud, ff. ad l. Aquil. Secundò reperitur aliquando paritas potentiæ causæ, & tunc habet locum regula pariũ, Doct. l. si foret, ff. sol. mat. Tertiò reperitur identitatis col latio, & tunc valet arg. à proportione, §. quæ diximus, Inst. quod cum eo. Quartò, quando casus reperitur omissus, tũc per æquipollens potest adimpleri, & habet locum præsens tractatus, l. mulier, ff. ad Trebel. Fallit hoc dictum primo, quando ratione casus omissi deficit solennitas. l. cõmodissimè, ff. de lib. & posthu. l. si cum dotem. ff. sol. matr. Secundò fallit in conditionibus, quę adimpleri debent in forma specifica, l. Mœuius. l. qui heredi. §. fin. ff. de cond. & demonst. Tertiò non procedit, quando constat dispositionem debere habere locum in casu vero, l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. l. fin. C. de his, qui ven. æt. imp. vbi cum fit mentio ætatis, intelligitur, de ea, naturali, non autem de ea, quæ beneficio Principis suppletur. Quartò non procedit in odiosis, Quintò hoc idem, cum tractatur, an sit odiosum, vel fauorabile, l. 1. §. si quis, ff. de ventre in poss. mitt. Sextò hoc idem in dispositione qualificata, Bart. l. denficiastr. §. quid tamen, ff. ad l. Iul. de adult. Septimo non procedit, quando tradita est certa forma, quæ præcisè serua ri de-

ti debet, d. l. Mævius. Octauo non procedit, quando magis ponderatur modus, quàm finis. Nono non procedit, quando non insurgit idem effectus gl. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Decimo non procedit, quando insurgit diuersitas in ratione, & interesse. Vndecimo non procedit in exorbitantibus à iure communi. Duodecimo, & vlt. nō procedit in omnibus his casibus, in quibus stricta fit interpretatio legis, de qua dixi latè in tract. de leg. & stat. par. 3. q. 12. & ex his satis fit declaratum hoc dictum, æquipollentium eadem est natura.

*SVMMARIVM.*

1 *Connexorum eadem dispositio est.*
2 *Connexa pro vno reputantur.*
3 *Connexum quid sit.*
4 *Connexa tendunt ad eundem finem.*
5 *Connexum iudicatur arbitrio iudicis.*
6 *Connexum comprehenditur intellectualiter.*
7 *Cōnexo vno permisso, alterum permissum dicetur.*
8 *Connexorum regula in quibus habeat locum.*
9 *Connexorum regula in quibus locum non habeat.*

## REGVLA IIII.



1 Onnexorum † eadem dispositio est, c. translato, de cōsti. ibi, Translato sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. quia enim simul, & ab eodem fonte, & sub eadem sponsione, vtraque data sunt: quod de uno dicitur, necesse est, vt de altero intelligatur. l. si. §. sed & si, §. filio, num. 3. ff. de vulgar. Dec. c. quanto, col. 3. de iudic. gl. c. quo iure, 8. dist. c. æstimant, 11. q. 3. c. cum dilecto, de dolo, & contu. l. 1. ff. quod met. causa d. enim actum, ubi Bar. num. 1. ff. de neg. gest. Afflict. decis. 213. num. 3. Ale. l. præcip mus. C. de appellat. idem consil. 122. num. 4. uol. 4. Crau. consi. 275. nu. 3. Anton.
2 de Petr. l. 1. num. 247. ff. de iureiu. quia † connexa pro uno reputantur. l. quod conclaue. ff. de damn. infecto. Anch. consi 160. l. si finita. §. ex hoc, ff. eo. Albert. Bruu. tract. stat. super fœmin. arti. 6. num. 311. Ripa respons. 1. c. nu. 4. tit. de rescri. Cagnol. l. secundum naturam, nu. 2. ff. de regul. iu. Dec. l. si Ruffinus. col. 2. C. de test. mil. Anch. consi. 72. Ale. consi. 85. uol. 3. & consi. 145. eod. uol. 3. ias. l. t. C. de transac. vnde connexitas facit quandoq; fieri, quod aliàs non fieret. Spec. tit. de sent. excom. §. 2. Pori. l. si tibi. C. ad Carbon. Bal. l. cum necessitatem. C. de fideicom. Pro cuius dicti declaratione
3 nonnulla prius hic notanda sunt. Primò, † quod connexa dicuntur duo, vel plura, quando neutrū potest esse sine altero, Nicomitius rubri. ff. de noui oper. nunc. num. 58. Aret. c. translato, de constitu. not. l. etiam. ff. de minor. est enim consequens rei siue præcedat, siue sequatur. Are. consi. 29. nume. 29. Bal. c. cum omnes. nu. 3. de const. Fel. c. transla
4 to, nu. 6. eod. tit. Item † negotia conuexa dicuntur quę ad eundem finem tendunt. gl. l. cum filius. §. 1. ff. de verb. obl. Bal. l. ampliorem. C. de appella. Fel. c. cum inter. num. 7. de re iudi. & ea, quæ sub eadem specie continentur. l. etiam. §. 1. ff. de min.
5 † iudicis tamen arbitrio relinquitur; Imol. consi. 139. nu. 9. Alc. consi. 167. nu. 12. gl. c. si ciuitas. de
6 sent. excomm. in 6. Secundò not. † quod connexum comprehenditur intellectualiter, licèt non exprimatur. Doct. l. etiam. ff. de minor. c. hoc. 2. q. 6. c. quo iure. 7. distinc. l. qui proprio. §. item. ff. de procur. & l. si cognati. ff. de neg. gest. gl. c. preterea. de offic. deleg. cap. quod magnum. 13. q. 3. Tertio
7 not. † quod in connexis prohibito uno, seu permisso, censetur & reliquum esse prohibitum, uel
8 permissum. Aug. cons. 326. † cuius ratione uenit
9 in iudicio, † quod aliàs non ueniret. Bart. l. cum. nu. 2. ff. de neg. gest. Bal. l. cum necessitatem. C. de fideic. quibus ita præmissis, infertur ad plura.

### *Ampliationes.*

1 Administrator tenetur † de connexis, si propter culpam commissam in non administrando connexa; fuit damnificatus. l. tres tutores. ff. de adm. tot. ubi Bald. Corn. consi. 255. num. 2. uol. 1. Aret. cons. 19. nu. 20.

2 Arbiter cognoscere † potest de cōnexis ad causam. Marsil. rubr. ff. de fideiuss. nu. 219. Abb. cons. 68. uolu. 2. Ioan. de An. c. licet, de simon. Bal. l. testium. C. de testib. Blanc. in tract de compro. q. 9. art. 32. nu. 8. l. ad legatum. ff. de proc. Specul. §. sequitur. tit. de arbitr.

3 Beneficium dicitur † connexū, & accessorium, cum minus dignum magis digno adnectitur. c. quod in dubijs, de consecr. eccl. Rebuff. in tit. de unionibus. num. 19. & impetrans beneficium tanquam accessorium, quod est principale, non ualet impetratio. Et nota, quod duplex est connexitas beneficiorum, perpetua uidelicet, & temporalis. Perpetua est, cum exprimitur, quod perpetuo duret. c. expofuisti. de præb. Tēporalis autem, quando fit ad tempus, puta ad alicuius uitam. not. c. 1. ne sede uac. Item notandum est, unionem beneficij tribus modis fieri. Primò ut ex duobus beneficijs unum fiat. c. decimas. 16. q. 1. Secundo, ut una ecclesia alteri subijciatur, & tunc inferior dicetur connexa. c. recolentes, de stat. mona. Tertio modo fit unio duarum ecclesiarum, ut utraque remaneat principalis ecclesia, sed unus ambarum fuerit possi. flor. gl. c. & temporis 16. q. 1.

4 Canonicatus confertur † per collationem præbendæ conuertur conferri canonico ratione connexitatis. Imol. c. cum M. de const. Felin. cap. translato, num. 6. eodem titu.

5 Capitulum connexum † dicitur, cum ipsum solum factum suis qualitatibus continet, Felin. c. cum inter. nom. 7. de re iudic. Boer. q. 143. num. 9. Idem si unum ab altero descendit. gl. l. etiam. §. 1. ff. de minor. R pa. l. admonendi. num. 124. de iure iur. Crau. consi. 275. num. 4. ut quando unum est consequens alterius. Zabar. consi. 29. uel quando plura in unum concurrere possunt. Dec. cons. 33. num. 2. Separata uerò sunt, quando unum uenit ad determinationem alterius. l. etiam. §. 1. ff. de minor.

minor. vel continet plura diuersis temporib. facta, gl. l. si quidem, C. de exc.

6 Causæ connexitas non attenditur, † vbi reus & actor sunt diuersi fori, c. fin. de iud. Doct. com. l. nulli, C. de iud. Fallit, si essent eiusdem fori, Anton. Capic. decis. 122. num. 5.

7 Citatio non requiritur † ad actum habentem connexitatem necessariam cum actu præcedenti, Gem. c. si capitul. §. 1. de concess. præben. 6. Felin. c. cum olim, de test. Alber. 1. par. stat. q. 124. dependentia enim sunt pars eorum, à quib. dependent, cap. cupientes. §. denique, de elect. 6. Marsil. rubr. de fideiussor. nu. 220.

8 Commissio vnica sufficit in connexis, † quæ aliàs multiplex requireretur, nam multa conceduntur ratione connexitatis, quæ aliàs minime concederentur, Spec. tit. de sent. exc. §. 2. Bart. l. cum actum, de neg. gest. c. quanto, de iud. Gomes. in reg. vtriusque sing. ver. & ista.

9 Consules mercatorum, habentes † iurisdict. in causis principalibus, & in accessorijs & connexis habere dicuntur, Bald. l. si quis ex argentarijs, §. rationem, ff. de edendo.

10 Dispensatio videtur ei concessa, † cui confertur id, sine qua ei conferri non posset, Aret. §. idemque, nu. 8. Inst. quib. ex caus. man. non lic. c. venies, de filijs presb. c. diuersis, de cleric. coniug. Specu. tit. de dispens. §. qualiter, ver. quibus, nam dispensatio extenditur ad connexa, gl. cap. ordinarij, de offic. ord. 6. gl. & Doct. c. quoniam, de preb. l. si cum tibi, C. de iud.

11 Domus habet † porticum connexum, vnde qui vulnerat in porticu, dicitur vulnerare in domo, not. l. cætera, la 2. de leg. 1. Ias. l. plerique, nu. 19. ff. de in ius vocan. Rom. l. si vero, §. de viro, nu. 224. ff. solu. matrim. Menoch. in tract. de arb. ind. lib. 2. Cent. 1. Cas. 95. num. 11.

12 Ecclesia habet cemeterium † connexum, c. 1. de consecr. eccle. vel alt. Rota decis. 6 de concess. præben. Menoch. tract. de arb. ind. lib. 2. Centur. 1. Cas. 95. nu. 10. vnde polluta ecclesia, polluitur & cemeterium: non tamen è contra, quicquid dicat cõtrarium Menoc. d. loco, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, sed non è contra.

13 Fideiussor in causa principali † tenetur ad causam connexitatis, leg. locus. §. Paulus. ff. de admin. tut. Bart. l. non quasi, §. 1. ff. rẽ pup. salu. fore. Mars. rubr. ff. de fideiussor. 25. nu. 214. dependẽtia enim videntur pars eorum, à quib. dependent, c. cupientes, §. denique, de elect. 6. l. tutores, de administ. tutor. Fel. c. significauerunt, de except. Spec. tit. de accusat. §. 1. Mars. d. loco, num. 221.

14 Gratia si concedatur cum officio † executoris, quemadmodum non finitur gratia morte concedentis, ita etiam nec executoris officium expirat, c. super gratia, de offic. deleg. 6. Din. c. accessorium, de reg. iur. 6.

15 Hæreditas non potest in vno † capite adiri, & in altero connexo repudiari, §. 1. Inst. de hær. qual. & differ. Inst. quib. alien. licet, vel non, §. 1. gl. l. hæres, ff. de acq. hæred. gl. l. eius, ff. si cert. pet. Cran. consi. 275. nu. 5.

16 Hæres si contrauenit contractui † inito cum pluribus cohæredibus in totum, etiam quo ad alios rescinditur, quia connexitas contractuũ est quid indiuiduum, Anch. consi. 100. Menoch. tracta. de arbitr. iud. lib. 2. Cen. 1. Cas. 95. nu. 9.

17 Impetrans † beneficium aliquod, & eius connexum impetrasse dicitur. Doct. com. c. super eo, de præb. in 6. Nec referre, quòd exprimatur beneficium connexum, quia perdit nomen beneficij. Ioan. Bapt. tract. de vnione, articu. 8. q. 11. nisi essent annexa principaliter. glo. & Doct. c. 1. ne sede vac. clem. ne in agro. §. cæterum, de stat. mona. Beltr. cons. 11. nu. 44. Abb. c. extirpandæ. §. qui verò, de præb. Rebuff. in praxi ben. 3. par. sign. ver. annexorum, num. 1. & in tit. de vnion.

18 Indiuidua † & connexa, eadẽ dicuntur, vnde quemadmodum connexa separari non possunt, ita qui partem indiuidui facit, nihil fecisse videtur. dixi ego in tract. de reg. iuris.

19 Instrumentum, quod † non valet in causa principali, nec etiam valebit in connexo. Ias. l. 1. §. vir vxori, num. 19. ff. de acq. poss.

20 Iudex ecclesiasticus † cognoscit de causa seculari connexa cum spirituali. c. prudentiam, de offic. deleg. not. l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. si autem fuerint plures iudices in eadem causa, mortuo uno continuatur causa in alijs. Pau. l. more, num. 10. ff. de iurisd. omn. iud.

21 Iuramento positionibus † si quis respondere teneatur, tàm in contentis in forma, quàm super connexis, tali iuramento standum erit. Alc. l. 1. §. si quis. ff. de verb. obl. Asin. in praxi iud. §. 19. cap. 22. num. primo.

22 Iurisdictio † transit cum omnibus suis connexis, c. translato, de const. l. more. ff. de iurisd. omn. iud. Bal. l. si quis. §. rationem. ff. de eden. & si Princeps eam alicui incapaci concedit, videtur eum dispensare. Rom. consi. 216. Aret. §. idem. num. 2. Inst. quib. ex caus. man. non liceat. Doc. l. quidam. ff. de re iud. Ioan. And. c. si principalis, de rescript. Inno. c. cum olim, de priuileg.

23 Ius patronatus † dicitur annexum spiritualitati, & vniuersitati. gl. c. literas, de iur. cal. c. fi. de iudic. 6. clem. dispendiosam, de iudi. gl. c. accusatus, ver. iudicari. de hær. in 6. Bar. l. solet. ff. de alim. & cib. leg. Bal. l. 1. C. de reb. cred. Anchar. consil. 72. Pau. l. cum hi. ff. de transact. Are. consi. 83. idem. l. 1. ff. solu. matrim. Sylu. consi. 32. nu. 9. unde venditio ipsius omnino prohibita est. Lambert. tract. de iure patro. lib. 1. arti. 11. q. 5. par. 2. lib. 1.

24 Laicus ratione connexitatis † simul obligatus cum clerico, eius intuitu coram iudice ecclesiastico conuenitur. Soc. l. cum Senatus. ff. de reb. dub. Anton. l. 1. ff. de senten. quæ sine appell. resc. Decis. Pedam. 103. num. 3.

25 Legatum † comprehendit rem connexam, l. creditor. §. Caio. ff. de liber. leg. l. nomen. ff. de leg. 3. Bar. l. cum aurum. ff. de auro, & arg. leg. Roman. sing. 509. vnde legata domo, venit etiam hortus cohærens cum ea. August. Ber. cap. Raynu. nu. 58. de testamen.

26 Lex abolitur sublato † titulo Regis tyrãni. Pel. c. translato. nu. 1. de const. glo. l. decet, C. de sacrosanct. eccl. c. fraternitatis. de hæret.

Liberatio

27 Liberatio super principali, † extenditur ad ipsius cõnexum, Marsil.Rubr.de fideiussor nu. 27. Fel.c.super literis,de rescr.Bart.l.Aurelios,§.Caius,ff.de liber.l.Marsi.sing.251.

28 Licentia aliquid agendi alicui concessa † censetur concessum etiam eius connexum,Cephal.con sil.4.Marsi.sing.17 & Doct.l.Gracchus, C.ad leg. Iul.de adult.

29 Litigare apud † eundem iudicem coguntur ratione connexitatis, licet sint diuersi fori, Capic. decis.221.in terminis.

30 Mandatum.Procurator apponens † manus ad connexa mandati, non dicitur excedere fines illius.gl.c.licet,7.quæst.1.Paul.consi. 30.Fel.c.translato,no.6.de cõst.l.quod seruus,ff.deposi.l.filius, C.de pactis.

31 Melioramenta sunt connexa † rei melioratæ,l. si communem,ff.quemadmo.seruit.amit.l.proinde.ff.ad l.Aquil.Curt.cons. 95.num.12.sicuti feodo affixa dicuntur de feudo.conc.Bart.leg.soleor, ff.de alim.& cib.leg.Cephal. consilio 183.nume. 33.uolumine 2.

32 Minori beneficium † competens,extéditur etiá ad illius consortes eiusdem litis maiores, Bald.l. 2.§.sed vtrum, ff. ad minorib.Afflict. decis. 213. nu.3.in terminis.

33 Natura connexorum est, vt † vnum immutet alterum, Aretin.consi.114.nu.5.Aug.Ber.c.ex literis,nu.9.de prob.

34 Negocio principali finito, & eius † connexum terminatum dicitur, Bald.leg.in bonæ fidei,C.de vsur.l.qui per collusionem, §.fin.ff.de act.empti.l. 4.vbi doct.C.deposi.Bart.l.ex diuerso. §.vbi.ff.de rei vend.Ias.l.2.nu.13.C.de iudic.

35 Obligatus ad † aliquid agendum , censetur etiá ad illius connexa, Aret.consi.29.Fel.c.significauerunt,de exce.c.cũ inter,de re iud. Aret.cõs.114.l. Gallus.§.& quid si tantum. ff. de liber.& posth.

36 Occidens † seruum , quem alteri tradere debebat,tenetur,non solum ad æstimationem serui sed etiam ad pœnam dependentem , text.est in terminis l.proinde.ff.ad leg.Aquil.l. eum actum, ff. de neg.gest.gl.l.Diuus,ff.de admi.tutor.Marsil.Rub. ff.de fideiuss.nu.215.

37 Onus suscipit † ille, qui lucrum sentit,l.vnica, §.pro secundo.C. de cad.toll.Cagnol.l.secundum naturam,nu.j.ff.de reg.iur.

38 Porticus domui † cõnexus dicitur esse, vnde in porticu vulnerans , in domo dicitur uulnerasse, & in porticu,& è contra,l.cætera, vbi Doct.de leg.1. Ias.l.plerique,nu.19.ff.de in ius voc.Menoc.tract. de arb.iud.lib.2.Cent. 2.Cas.95.nu.12.

39 Pignoratitia † actio comprehendit eius connexum,Azo in Summa. C. de pign.act.nu. 16. Negus.in tract.de Pign.& hypot.3. par.1.memb.nu. 18.Bart.l.si conuenerit.§. si nuda.ff.de pign.act.in de alluuio cohærens rei pignoratæ , cedit etiam obligationi,l.si inter, §.1.ff.de pignor. Neg.dicto loco,2.mem.2.par.no.25.

40 Possessione tradita alicui † alicuius rei, & eius connexum concedi dicitur,Aug.Ber.c.ex litteris, num.14.de iure patr.nor.Doct.l.eos.C.de vsuris.

41 Præbenda iudicatur eodem † modo cum suis connexis,Gem.c.nulla 12.q.2.c. id constituimus, 17.q.4.c.1.de immun. Eccl. Arch. c. 1.de censib. Innoc.c.volentes,de priuileg.6.Aug. Ber.cõsi. 10. nu.4.vol.1.Quint. Mandos. Reg. 11.Cancell. q. 12.nu.3.Fel.c.translato nu. 6.de const.

42 Præscriptio facta † de principali,extenditur ad illius connexa.l.eos.C. de vsur.quando scilicet eo dem tempore erant connexa.l.qui fundum.§.fin. ff.de vsucap.pro empt.l.rerum.ff.de vsucap.Rom. sing.587.572.Afflict. decis.139.nu.5.

43 Procurator ponens manus ad principale,† extenditur etiam ad eius connexa, Anch.consil.30. Pau.consi.28.in antiquis.Fel.d.c.translato de cõst. Marsil. in Rub.de const.nu.216.

44 Punitur quis quandoque † ratione connexitatis, etiam ex facto alterius. Aug. Ber. c. in litteris numer. 103. de rest.spol.Fel.c.translato,de const.

45 Quietatio † generalis extenditur ad connexa, Doctor. commun.cap. translato de const. Dec. c. quanto,num.3.de iud. Iason.l.sed & si.§.filio, ou. 3. ff.de vulg.

46 Renuncians † vni ex connexis, alteri renunciare videtur gl.c.quo iore.8.dist.c.si quis sacerdotiũ 81.dist.c.nullus,9.q.2.c.si quis Episcopus.2.q.1.

47 Rescriptum subreptitium † in principali,& in connexo subreptitium dicetur, Spec.tit.de exc.§. 3.ver.si quid.

48 Sententia lata † in vno, trahitur ad eius accessorium seu connexum.Doct.c.cum super de offic. deleg.l.1.§.item.ff.de aqua quot.& æst.Menoch. tract.de arb.iud.lib.2.Cent.1.Cas. 95.nume. 17. Marsi.Rub.de fideic. no.219.

49 Statutum in † vno de connexis, extenditur ad reliquũ.Anan.cõsi.36.Curt. consi.129.Rol.tract. de lucro dot.q.57. nu. 9.l.eum rem, C. vbi causæ fiscæ. Bald.l.3.§.sed et si.ff.de neg gest.

50 Testis dictum comprehendit connexa,† Inno. c.pastoralis,de except. Bald. l. ordinarij, C.de rei vend.Marsi.Rubr. de fideiuss. nomero 215.

51 Transactio facta in vna re,extenditur † ad eius connexa,gl.c.accusatus, ver.iudicari, de hæret. 6. Paul.l.si certa C. de transact.Add.ad Bart. l. eum actum,nu.1.ff.de neg.gest.Ripa.resp.11.tit.de rescrip.nom.4.

52 Venditio rei factæ comprehendit illius † connexum,Marsi.l.1.§.item, num.8.ff.de quæst.l.prædijs.§.qui domum.ff.de leg.3. Alex.consi. 54.uol. 3.Ias.l.si fideiussor, §.meminisse, nu.20.ff.de l.1.l. quod fundum, ff.de contrahen. empt.Aug.Ber.c. Raynutius.nu 68.de testam.Marsi.Rubr.ff.de fideiussor.nu.217. vbi vendita vacca, venditur vitulus, qui nondum pascitur herbis.

53 Vicinitatis ratio est † eadem connexitatis, Roman.l.si verò,§.de uiro, no.320. ff. solu.matrim. vnde cũ statuimr aliquid in aliqua ciuitate seu cũ deficit statutũ alicuius ciuitatis, extédi debet ad illius cõuicinã, & in defectu ad ipsam recurri. not. l.1.C.de can.larg.lib.10.l.4.§.si tam vicinum ff.de damno infecto, l.si ita, ff.de fundo instr.l.dominus ff.loc.c.cũ olim , de cõsuet. l. diuus. ff.de tutor.& cur.dat.ab his,l.q. sæpe,§.fi.ff.de contrah.emptio. l.pro locis.C.de anno.& trib. lib.10. c.quosdam, c.quanto,de præsumpt.l.si vicinis.C.de nopã leg. si ven-

si ventri, §.fin. ff.de priu.cred.l.1. C.de seru.fug. l. multum interest, C. si quis alteri, l.præsenti, C. de his, qui ad eccl. confug. c.decet, §. cessant, de immun.eccl.6.c.sicut,c.si quis contumax.17.q.4. c.nulla, 12.q.1.l.quicũque, C.de æd.publ.l.opus, de oper.publ.l.cum Nauarcorum, C.de nauic.lib. 11.l.2. C.de anno.ciu.lib.11.l.si quis ad declinandam, C.de episc.& cler.l.qui filiabus, ff.de leg.1.l. hæredes, §. sed etsi, ff.de testam.l.qui non militabat, §.Lucio, ff.de hær.inst.l.nũmis.ff.de per.hære.

54 Vnitorum igitur, † seu connexorum eadem sentẽtia, seu dispositio est.declaratur hoc dictum, quando militat eadem ratio in vno, quæ in alio, l. illud.ff.ad leg.Aquil. Secundò hoc idem, quando sunt inseparabilia, l. si communem, ff.quemadm. seruit.amitt. Berengar.l.vnica, num.67.C.de sent. quæ pro eo. Paul.l.more, num.10.ff.de iurisdict. omn.iud.l.si ita, §.regula.nu.2.ff.de liber.& posth. l. si cognati, nu.3.C.de neg. gest. Tertiò, quando tendunt ad idem, secus si ad diuersa tendãt, Aug. Ber. consi. 15.nu.71.vol.3.c.super literis, nu.42. de rescr. Quartò hoc idem, quando essent incompatibilia, leg. Titio, ff.de vsufr.lega. Quintò illud, quod venit ad faciliorem expeditionem, & potest æquè comprehendi, tunc vno concesso, & reliquum conceditur, l. ad rem mobilẽ, ff.de procur. Si verò non potest æque comprehendi, & tunc, aut sumus in materia large interpretanda, & tunc procedit dictum, connexorum eadem dispositio est: si verò sumus in materia strictè interpretanda, secus est, Fel.c.de testibus, de testib.c.postulasti, de rescr. Sextò fallit, quando vnum connexorum est maius altero, Bart. l. pen.§.illo, C.de necessar.seru.l.si hæreditas §.fin.ff.de testam.tutela. Septimò fallit in reseruatis principum, Dec. c. si quando, de rescr. Octauò fallit, quando vnum ex connexis requirit specialem mentionem, Sapia l. cui, nu.4.de iurisdict.omn.iud. Nono fallit, quando vnum de necessitate non infertur ad aliud, Bar.l. ambitiosa, ff.de decr.ab ord.fac.ex quib.redditur declaratum dictum, connexorum eadem dispositio est.

*SVMMARIVM.*

1 *Contrariorum eadem est disciplina.*

2 *Idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito.*

## *REGVLA. V.*

1 Ontrariorum † eadem est disciplina, l. fin.§.si filius, ff.de l.3. gl. 1. §. non enim. Auth. vt non fiant pign. l. pen.§.fin.ff. si vsusfr. pet. l. pen. ff. de rer. diu. §.si quis, Auth.de fid.instrume.l. 1.ff.de his, qui sunt sui, §. 1. Inst.eod. tit. Ripa in tit. de exc. & præscr.Resp.2.num.5.Alex.rubric. ff. de acq. poss.nu.2.l. cum quo, nu.3.ff.ad l.Falc. Dec.consi.150.nu.14.Ceph.cons.74.nu.11.cons. 113.nu.24.Tiraq.tract.de retr.lign.§.12.gl.1.nu. 16.Alber. Brun. tract.stat.lib.2.q.32.nu.6. Paris. consi. 82.nu.49.vol.4.Ruin. consi.71.nu.47.vol. 3. Corn.consi. 248.nu.4.volu.4.Roma.consi.70. nu. 8. Paul.consi.21.nu.26.vol.3.Ber.consi.157. nu. 2.volu.1. consi. 140. num.15.volum. 3. Aret. §.sequitur, numer.4.Inst.de his, qui sunt sui.Rol. consil. 60. numer. 6. volumin. 1. Et hoc, quando nos sumus in directo contrarijs, gl. §. videamus, ver. simul. Inst.de his, qui sunt sui. Quo casu dici
2 solet, † idem operatur oppositum in opposito,
quod propositum in proposito, d.l.fin.ff.de leg.3. quod dictum quomodo, & quando procedat, mox dicemus.

*Ampliationes.*

1 ABsoluere nemo potest, qui † condemnare non potest, l.nemo, ff.de reg.iur.l. solet, ff. pro socio Ias.l.3.ff.de re iud.Fel.c.non potest, eod. titu.Socin.& alij, rubr.ff.de acq.poss. Socin.consi. 120. volum. 1.l. 3.ff. de reg. iur. Cagn.d.l.nemo, nu.1.limitat quatuor modis, & in l.secundum naturam, num.18.ff.eod. tit.

2 Acceptari debet cõtractus † per pupillum initus per tutorem, tam quoad commodum, quàm quoad incommodum, l.cum quęritur.ff.de adm. tutor.Bal. consi.357.lib.1.Anch.consi.207.Paul. consi.139.Socin.consi.125.volu.3.Cagn.l.secundum, nu.6.de reg. iur.

3 Acta contraria concordari debent, † in quantum potest, Ias.l.cum falsa, num.3.C.de iur.& facti ignor. Natta consi. 435.num. 13.volu.2.Dec. consi.374.nume.2. consi. 602.num.6.Rol.consi. 61.num.31.volum.2.

4 Actio contraria oritur † quandoque ex eodem facto.not.l.si seruus.ff.commod.Item actio cõtraria intentata in eodem libello, non subsistit, not.l. naturaliter, §.nihil commune, ff.de acq.poss.Doc. c. nullus pluribus, de reg. iur.6.vt modo dicetur.

5 Allegans contraria non auditur, l. † Titiæ, ff.de cond.& demonst.Ias.l.naturaliter, §.nihil commune, ff.de acq.poss.nu.2.Guido sing.761.§.2.Fallit hoc, nisi sint contraria in diuersa instantia, idem sing. 79. Bal. professio, nu. 1.C.de muner.pat.Alba.consi.9 nu.24.consi.21.nu.5.Maranta de ord. iud.4.par.distin.20.nu. 4.

6 Argumentum colligitur ex contrarijs, † vt dictum est superius in principio, sicut colligitur etiam à contrario sensu, l. 1.§.huius rei.ff.de offi. eius, l.qui testamẽto. §.mulier.ff de testam.c.cum apostolica, de his, quæ fiunt à prælat.c.cũ virum, de regular. Bald. l. conuenticulam. C.de episc.& cler. quod procedit in iudic. contr.& vlt.volunt.

7 Augmentum idem operatur † quo ad augmentum, quod diminutio quo ad diminutionem, l. legata inutiliter, ff.de adim. leg.l.fin.ff.de leg.3.Bald.l. non nudis, C. de probat.

8 Bonæ fidei contractus si fuerit † initus, & eius distractus fuerit bonæ fidei, Bart. l.ab emptione, ff. de pact. quod enim requiritur in construendo, idem requiretur in destruendo, l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.

9 Bonum quod est, † eius contrarium erit malum,

lum, c. hospitiolum, 32. distin. Cagno. l. secundum naturam, nu. 16. ff. de reg. iur.

10 Cognito † vno de cõtrarijs, cognoscitur & reliquum, Bart. l. qui accusare, nu. 5. & nu. 10. de accusat. Port. Inst. de his, qui sunt sui.

11 Collatio beneficij † quemadmodum non requirit scripturam, ita nec eius renunciatio, Bald. c. solicitè, de rest. spol. Natta consi. 442. nume. 11. volumine 2.

12 Commodum qui sentit, sentire debet † & incommodum, c. qui sentit, de reg. iur. 6. l. post perfectam, C. de peric. & com. rei vend. l. id, quod. ff. eod. l. secundum naturam, ff. de reg. iur. l. si igitur ff. pro socio.

13 Concordari † debent contraria, quantum potest, l. vnica, de inoffi. don. Natta consi. 435. num. 23. volum. 2. Dec. consi. 374. nume. 2. consi. 602. nu. 6. Rol. consi. 61. nu. 3. volu. 2.

14 Contractus si † est bonæ fidei, & eius distractus erit bonæ fidei, Doct. com. l. ab emptione de pact. Euer. in loco à contrarijs, nu. 6.

15 Contraria cõtrarijs † curantur. Tiraq. tract. de leg. connub. l. 5. gl. 1. p. 5. nu. 23.

16 Distinctione temporum † concordantur scripturæ cõtrariæ. gl. l. apud antiquos, C. de fur. Bar. in prima const. Cod. nu. 13. tit. de nouo Cod. facien. cum simil.

17 Doctor contrarius † non est recipiendus, Ias. l. si ex toto. §. si ita num. 28. ff. de leg. 1.

18 Dominium. Sicut † fortior est dispositio testatoris dispositione contrahentis in trãsferendo dominium, ita etiam fortior erit in impediendo translationem dominij. Henric. c. Rayaald. de testam. Cyn. l. ea lege. C. de cond. ob causam, Euer. in loco à pugnantib. nu. 1.

19 Donatio pacto † nudo fieri potest, l. si quis argentum, C. de donat. sic etiam nudo pacto resolui potest. Doct. com. l. ab emptione. ff. de pact. Natta consi. 442. nu. 9. volu. 2.

20 Duo cõtraria † in eodem subiecto non possunt esse eodem tẽpore, l. vbi repugnantia, ff. de reg. iu. l. 1. C. de furt. l. Titiæ. ff. de cond. & demonst. c. vt qui duas, de elect. 6. scripturæ. C. de fide instr. l. ius non nostrum. ff. de reg. iur. Ias. l. si is, qui pro emptore. nu. 176. ff. de vsu capion. Alex. l. clam possidere, §. qui ad nundinas nu. 10. ff. de acquir. poss. Mantua sing. 73. nu. 2. Tiraq. de leg. connub. l. 9. gl. 1. 9. par. nu. 141. Corn. consi. 302. nu. 4. vol. 1. Euer. loco ab emph. nu. 11.

21 Effectus † contrarij non possunt oriri ex eodẽ facto Ripa. l. tem, quę nobis. nu. 16. ff. de acq. poss. contraria tamen contrarios operãtur effectus Spec cul. li. 1. de aduo. §. 6. nu. 6. Port. Inst. de his qui sũt sui in princ. nu. 2. Alber. tract. stat. lib. 3. nu. 8. q. 27. Corn. consi. 209. nu. 3. vol. 1.

22 Eligens vnum ex contrarijs, † videtur alterum renunciare, gl. l. nihil, ver. summouebatur. ff. de inoffic. test. l. non satis. §. si vero. ff. quemadmodum seru. amitt. Bart. auth. hoc locum, nume. 4. C. de sec. nupt.

23 Exceptiones † contrarias proponentis, necesse est inesse mendacium: nam si vna est vera, necessario eius contraria erit falsa cum ad positionẽ vnius contrariorum, sequatur remotio alterius, l. hæc verba. ff. de verb. sign. l. sed & si. ff. de inst. quã ib. re distingue ut per Din. c. nullus pluribus, nu. 6. de reg. iur. 6.

24 Expellunt mutuo se † omnia contraria, Soci. cõsi. 67. nu. 35. vol. 1. consi. 163. nu. 20. vol. 2. not. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. l. hæc verba, ff. de verb. sign.

25 Euitari debet † in quantum fieri potest cõtrarietas. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. Bar. l. fin. §. idẽ. ff. cõd. indeb. Ceph. cõsi. 90. nu. 53. consi. 224. nu. 21. consi. 253. nu. 17. Crau. consi. 70. nume. 5. Paris. consi. 78. nu. 20. uol. 1. consi. 77. nu. 5. vol. 4. Maranta de ord. iud. 3. par. nu. 112.

26 Fateri non dicitur † alterum, si quis cõtrariũ aliquid fateatur, Ias. leg. 1. in fine, C. de diuers. rescr. sed si quis dicat aliquod contrarium, alterũ negare uidetur: quia posito uno, remouetur alterum, Ber. c. quoniam contra, nu. 5. de prob.

27 Fertilitas quemadmodum † non auget pensionem, ita sterilitas eam non minuit, sed una cum altera compensatur dixi ego in tract. de compens. Fallit nisi sterilitas contingeret aliquo fortuito casu Aeg. Boss. tract. de remiss. merc. in principio.

28 Feudi contractus recipit † argumentum a cõtrario sensu, Bart. l. iurisg. §. quinimo, ff. de pact. Bald. c. quæ in ecclesiarum, de const. l. uoluntas, C. de fideicom. Euer. in loco a contrario sensu, nu. 28. item si Abbas iurauerit non infeudare de nouo, poterit nihilominus de fundo ad monasterium reuerso eundem, vel alterum inuestire, quia non nouum, sed vetus, per locum a contrarijs dicitur Angel. l. non est nouum, ff. de legib. Euer. in loco a contrarijs, nu. 1.

29 Filiua quemadmodum non potest † compellere patrem se de sua potestate patria dimittere, nisi in certis specialib. casibus, §. fin. Inst. quib. mod. ius patr. pot. solu. l. si lenones, C. de episc. aud. ita etiam è contrario, vt contrariorum eadem sit disciplina, pater non potest filium naturalem tantum inuitum redigere in suam potestatem, procurando eum per rescriptum Principis legitimari. §. generaliter Auth. quib. mod nat. effi. sui: & hoc nisi filius occultaret matrem suam, ne pater eam duceret in vxorem, quia tunc filius inuitus & iã per rescriptum Principis, poterit legitimari. §. sit igitur. Auth. quib. mod. nat. effic. leg. Rom. sing. 230. Euer. in loco a contr. nu. 5.

30 Habilitari forensis quemadmodum † non potest a statuto ad aliquid agẽdum ita nec etiam poterit inhabilitari. Ias. l. cunctos populos. C. de summa Trin. & fide Cath. Euer. in loco a cõtrarijs n. 5.

31 Incolis onera subeũtibus † cõmunicanda sunt Iura Ciuitatis, forenses autem, qui non ligantur statutis, non gaudent beneficijs statutorum. Soci. consi. 153. li. 2. Cagnol. l. secundum naturam, nu. 4. ff. de reg. iur.

32 Incõtinenti nemo † contrariari dicitur, Corn. consi. 196. nu. 3. uol. l. nã ad ea, ff. de cond. & dem.

33 Instrumẽta † contraria non valent, nisi aliqua distinctione concordari ualeant, Bar. l. scripturæ, nu. 1. C. de fid. inst. Idem est, si in eodẽ instrumento adsit contrarietas, si uerò duo instrumenta contra-

traria producantur, a diuersis partibus, standũ est parti digniori cæteris paribus. Bar. d. l. scripturæ. contrarietas verò inter publicam & priuatam scripturam ita vitiat Instrumentum, sicuti inter duas publicas, Ruin. consi. 11. num. 21. vol. 5. Grat. consi. 50. num. 9. volum. 1.

34 Intentans contraria, † non auditur. l. 1. C. de furt. l. 1. C. de seru. export. Natta conf. 120. nu. 4. Dyn. c. nullus plurib. de reg. iur. in 6. nu. 3.

35 Ius ciuile † nullum contrarium habet. §. quibus. 1. consti. Cod. Bald. in 1. consti. ff. uet. §. 1. nu. 8. nec patitur ius nostrum, quem pro parte decedere testatum, uel intestatum, l. ius nostrum. ff. de regulis iuris.

36 Laudum. † Argumentum à contrarijs locum habet in laudo. Bal. consi. 142. uol. 2. Euer. in loco a contrario sensu. num. 35.

37 Legatum ad † pias causas, sicuti fieri potest, cũ duobus testibus. c. relatum, de testam. ita etiam ad reuocationem legati: nihil enim tam naturale est, unumquodque uinculum dissolui eo modo, quo ligatum est. l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. c. 1. eod. tit. Ale. rub. ff. de acq. poss. Euer. in loco à contrarijs, num. 3. Cagn. d. l. nihil. num. 6.

38 Lex nullum † habet contrarium. gl. §. quibus, a constit. Cod. legis ramen sensus contrarius pro ipsa lege capitur. glo. l. qui testamento, §. seruus, uer. argumento, ff. de testam.

39 Libelli † contrarietas si iuris interpretatione potest reduci ad ordinem compatibilem, processus non est nullus, aliàs secus. Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 180. ff. de acq. poss. Are. consi. 107. nu. 3. Dyn. c. nullus, de reg. iur. in 6.

40 Malæfidei † possessore cognito, cognoscitur possessor bonæfidei, Dyn. c. possessor. de regu. iur. in 6. Euer. in loco à contrarijs. nu. 1.

41 Malum † cognoscitur à suo contrario, quod bonum est. c. hoi pitiolum. 32. dist. Cagn. l. secundum naturam, nu. 16. de reg. iur. dixi sup. nu. 9.

42 Mandatum. † Argumentum colligitur à contrarijs etiam in mandatis, l. eum qui. §. filius. ff. de acquir. hæred. Euerard. in loco à contrario sensu, nume. 36. & sequen.

43 Natura † contrariorum est, ut posito uno, alterum ponatur, & uno remoto, alterum remoueatur, & cognito uno, alterum cognoscatur. Corne. consi. 119. num. 5. uol. 2.

44 Obligatio † quemadmodum non tollitur tempore. l. obligationum, § placet. ff. de actio. & obli. l. si certis. C. de pactis. Euerard. in loco à contrarijs. nume. quinto.

45 Onus † qui sentit, sentire debet etiam lucrum, c. qui sentit. de reg. iur. In 6. l. unica. §. pro secundo. C. de cadu. toll. §. cum autem. Insti. de empt. & uend. Euer. loco a contrarijs, num. 5. Cagnol. l. secundum naturam. ff. de regul. iur. l. sit igitur. ff. pro socio. c. rationi, de reg. iur. in 6. l. filium. §. si à legato. ff. de leg præst. l. licet. ff. de leg. 2.

46 Offensa † ubicunque est prohibita, ibi è contra permittitur defensio. l. si seruus. C. de his, qui ad eccl. confug. l. 2. C. quando liceat unicuique. Doct. l. ut uim. ff. de iust. & iur. Euerard. in loco à contrarijs, num. 2.

47 Pactum colligitur † etiam a contrarijs. l. inter. §. cum inter. ff. de pact. Corset. sing. 2. Bal. l. apud antiquos. C. de furtis. Euerard. in loco à contrario sensu. num. 35.

48 Possessio. † Missio in possessionem est mixti imperij, sicut & reuocatio. l. iubere. ff. de iurisdi. om. iud. l. ea quæ. ff. ad mun. Vnde quibus modis acquirimus possessionem, ijsdem etiam illam amittimus. l. quemadmodum. ff. de acq. poss. l. 3. ff. eo. Cagn. l. nihil tam naturale, nu. 5. ff. de reg. iur.

49 Posito vno † de contrarijs, remouetur & reliquum. Ale. consi. 84. nu. 9. vol. 4. Ber. c. quoniam, nu. 5. de probat. secus in diuersis subiectis. Pau. l. pater, num. 2. ff. de condit. & demonst. nam tunc vno concesso, alterum quis fatetur. Tindar. tract. de test. num. 32. decis. Bon. 72. nume. 2. l. hæc verba. ff. de verbor. signifi.

50 Potentia † eadem est contrariorum. Natt. consi. 442. num. 9. uol. 2. l. si contra. ff. de vulga. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. gl. §. illud, Inst. de socier. Bal. l. pen. C. de solu. Inst. de tutel. in princ.

51 Priuilegium † non colligitur à contrario sensu quia illud est lex priuata contra, vel præter ius commune, & debet strictè intelligi. Doct. c. cum in partibus, de verb. sign. c. licet, de priuil. præsertim cum agitur de præiudicio tertij. Socin. consi. 246. vol. 2. col. 6. Euer. in loco a contrario sensu, num. 33. & sequen.

52 Regula † Cancellariæ suscipit argumentum à contrario sensu. glo. reg. 9. cancell. Fel. c. 2. de rescri. c. inter cæteras, de rescr. Euer. In loco à contrario sensu, num. 3.

53 Remedia † contraria intentari possunt in diuersis libellis, atq; in diuersa instantia. Iasl. l. etiam nu. 2. C. de inoffic. testa. si verò remedia contraria competet ex uno testamento, uno electo, alterũ tollitur. Iasl. l. eum qui, num. 6. C. de inoffi. test.

54 Remissio † comprehendit futura, quemadmodum generalis obligatio. l. fin. C. quæ res pignor. oblig. poss. l. si ita, ff. de auro, & arg. leg. Capra con sil. 3. nu. 23. Neguf. tract. de pign. 2. memb. 2. par. num. 1. Cephal. consi. 227. num. 3.

55 Rescripti mens † colligitur a contrarijs glo. l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. Sal. l. conuenticulam. C. de epis. & cler. l. 15. §. huius rei, vbi Doct. com. ff. de offic. eius.

56 Resolutio actus eius † est naturæ, cuius est productio. l. nihil tam naturale, ubi Cagn. nu. 1. ff. de reg. iur. c. 1. eo. ti. l. prout. ff. de sol. l. fere, ff. eo. Ias. l. omnium. C. de testam. & in rub. ff. de acq. poss.

57 Scriptura cõtraria non probat, † Bal. l. 1. nu. 10. C. de furt. dixi suprà ver. instrumentum.

58 Sententiæ verba recipiunt † argumentum à contrario sensu, l. Pomponius. §. sed et si. ff. de procur. l. si inter. ff. de exc. rei iud. Ant. Corset. sing. 3. Euer. in loco à contrario sensu, num. 34.

59 Statutum excludens † sororem a successione fratris, non per hoc è contra excluder fratrem a successione sororis, quia istorum contrariorum non militat par ratio. Bal. l. lege, C. de legit. hære. Ias. rubr. ff. de acq. poss. Cagnol. l. secundum naturam. nu. 20. ff. de reg. iur. regulariter tamen argumentum à contrario sensu, locum etiam habet in statutis.

statutis.Euer.in loco à contrario sensu, nu.22.

60 Sterilitas non minuit † pensionem quemadmo dum fertilitas non anget, nisi sterilitas ueniat for tuito casu.Boss.tract.de remiss. merc. colu.4.dixi supra uer.fertilitas.

61 Temperamentum optimum † fit ex duob.con trarijs,gl.3.l.2.§.si quis tamē, ff.si quis caut.gl.fin. l. si quis ff. de neg.gest. gl. fin. l.si peculium,ff.de statu.lib.Bart.l.si seruus, nu.4.ff.de pig.act.

62 Tenuta,quæ fuit data de † facto, non citata par te,poterit etiam non citata parte reuocari, Bart.l. si pacto,C.de pact.

63 Testamentum quemadmodum † condi potest cum duobus testibus, ita & etiam reuocari, fa uore piæ causæ, Natta cons.442.volu. 2.nu.9.Ce phal.conf. 74.nu.11.contrarietas verò testamen torum reddit vtrumque nullum, Cur.consi.121. nu.19.vol.2.l.nihil,nu.2.ff.de reg.iur. Item quis non potest decedere pro parte testatus, atque etiā pro parte intestatus,l.ius nostrum, ff.de reg.iur.l. si is,qui.ff.de testam.Fulg.cōsil.9.Paul.consi.189. Barb.consi.9.col.6.cōsi.58.vol.4. Alex. cōsi. 105. vol.4.Ias.conf.196. vol.2.Dec.consi.488.

64 Testes contrarij † non debent puniri, gl.l.peu. l.duobus, de iureiur.& standum est dignioribus, Bart.l.scripturæ, nu.2 C.de fide Instr. Item nota quod ex dictis testium non sumitur arg.a contra rio sensu ad hoc,vt dicta testium annullentur, vel testis de falso puniatur, c.quod dicitur , de verb. sign.si tamen testis dicat Titium esse malæ famę interrogatus quid intelligat per bonā famam, di cat nescio,non probat,gl.c.sciendum,8.q.1.oppo sita enim iuxta se posita , magis elucescunt.Euer. in loco à contrarijs nu.5.Item contrarietas modi ca in facto principali testium,non vitiat,Grat.cōs. 43.nu.26.vol.2.Alex.conf. 36. nu. 6. vol.3.consi. 42.num.19.volum.3 dixi ego in tract.de reg.iur. reg. 5. Ampl. 43. Item contrarius testis non dici tur ille , qui hodie vnum credit, cras autem alte rum,Ias.lege si ex toto, §.si ita, numero 28. ff. de leg.primo.

65 Toleratur contrarietas † circa diuersa,Ias.l.qui Romæ,§.Seia,nu.4. ff.de verb. oblig.maxime per distinctionem,Ruin.consi.111.nu.11.vol.3.cōsi. 76.nu.4.vol.4.

66 Vasallus non † debet copulare amicitiam cum inimicis domini sui,& si contrarium fecerit priua bitur feudo,gl.& Doct.com. l.liberi.C.de inoffic. test.gl.l.1.§.cum patronus, ff. de offic. præf. vrb. ita etiam non debet habere inimicitias cū amicis suis ipsius domini,c.imperialem, §.illud,de proh. feud.alien.Euer. loco à contrarijs,nu.5.

67 Velle qui † potest,dicitur posse & nolle, l.eius, ff.de reg.iur.l.pater. ff.de cond. & demonst.l.4.ff. de acq.hæred.Dec.consi. 273. Ampl. & limit. se cundum Cagnol.& Dec.l.eius est nolle, ff.eod.

68 Vitiat actū quælibet † contrarietas. Natta.cōsi. 170.nu.7.vol.2.Alba.consi.29.nu.6.not.Doct.cō. l.naturaliter, §. nihil commune. ff. de acq. poss.§. nullus,vbi Dyn.de reg.iur.6.

69 Vltima voluntas, † declaratur per arg.à contra rio sensu,l.si legatum.ff.de adim. leg.l.quod pure ff.quando dies leg.ced.l. aliquando. ff.de cond.& demonst.l.Lucius, ff.de hæred.inst.Corset.sing.4. Euer. in loco à contrario sensu, nu. 41. vbi ampl. & lim.multis modis.

70 Vnum cōtrarium per † aliud declaratur, Grat. consi.139.nu.27.volum.1.contraria enim contra rijs noscuntur,dici solet, opposita iuxta se posita, magis elucescunt, vulg.iur.sit igitur dictum, con trariorum eadem est disciplina. Declaratur iterū hoc dictum quò ad cognitionem,l.1.ff.de his,qui sunt sui. Secundo intellige contrariorum esse ean dem disciplinam , idest iuris decisionem , Doct. com.l. idem.§. stari. C. de solut. Tertio procedit, vbi oppositorum eadē fuerit ratio, si verò in con trarijs eadem non sit ratio, sed cōtraria, tunc ea dem erit disciplina per cōtrarium: quia quod sta tuitur in vno ex contrarijs per vnam rationem,in suo contrario oppositum statuitur per contrariā rationem,l.si negotia.ff.de neg.gest. Quarto decla ra,vt non procedat in his, quæ sunt stricti iuris, Cagnol.l.secundum naturam,nu.15.ff.de reg.iur. & ex his declaratur dictum, Contrariorum ea dem est disciplina.

*SVMMARIVM.*

1 *Vtile per inutile non vitiatur.*
2 *Vtile accipitur large,& stricte.*
3 *Vtile quatuor modis capitur.*
4 *Vtilitas publica,quæ sit.*
5 *Vtile quid sit.*
6 *Vtile pro actu valido capitur.*

## REGVLA VI.



1 [V]TILE † per inutile non vitiatur, c.vtile, de reg.iur.6.Bart.l.certi, §.quoniam,nume.5.ff.si cert.per. l. Pedius,§.in seruum nu. 3. ff.de recept.arb.l.Græcè, §.illud , ff.de fi deiussor. Cyn.l. sancimus. C. de donat.Ias.d.§.quoniam.nume. 7.Doct.com.l.1.§. pen.ff.de verb.oblig. Faber.§.si quis,nu.1.Inst.de inut.stip.Bald.c.Messanæ,de elect.Rom.consi.66. not.c.dilectus,de præb.gl. c. querela, de simon.§. neque,Auth.de reb.eccl.non alien.Barr. auth.qui rem.C. de sacrosanct.eccl. Bald. auth.si quis rui nas.C.eodem.Ias.l.planè,nu.10.ff. de leg. 1.Ias.l. si ita.§.Chrisogonus, nume.48. ff. de verb. oblig. Abb.c.illa,nu.19. de elect.c.cum tempore, nu.4. de arbit.c.cum super, nu.8.de offic. deleg.Alex.l. si ita.§.si ita, nume. 2. ff.de verb.oblig. Mant.sing. 535.Paris.consi.38.nu. 77.volum.3. Paul. consi. 431.nu. 2.volu.1.Bald.consi.217.num.3.volu.5. Paul.l.si mihi, nu.2.ff.de verb. oblig. Angel.consi. 136.Paul.l.si finita.§.hoc edicto.nu. 2.ff.de dam no infect.Ruin.l.hoc edicto.§.nunciatio,nu.189. ff.de nou.oper.nunc.Alciat.l.1.§.sed si,nu.4. ff.de verb.oblig.vbi Ctot.nu.5.dixi ego in tract.de reg. iur.reg.4.nu.26.Crau.in responso pro genero nu. 131. Pro huius dicti declaratione no.† quòd vtile

2 capitur duobus modis in genere videlicet , & in

3 specie,seu largè,& strictè. Primo † modo si capia tur in genere , comprehendit hos quatuor casus.

Primo

Primò vtile dicitur id, quod rem meliorem facit, l. quod dicitur. §. fi. ff. de impens. in reb. dot. fact. l. impensæ, ff. de verb. sign. Secundo modo vtile dicitur id, quod quidem facit damnum euitare, & incommoditatem tollit. l. si quis. §. fi. ff ad exhib. c. vnico, de forma fidel. Tertio, quod est necessarium. Doct. c. 1. de iur. calum. 6. l. 1. ff. quando appell. sit. Quarto dicitur vtile, quod pium & honestum est. Authen. de refer. sacri palat. Vnde dici-
4 tur publica † vtilitas, quæ consistit in ecclesijs, & sacerdotibus. Bar. l. 1. ff. sol. matri. l. 1. §. publicum, ff. de iust. & iure, cum glo. ver. sacris, c. aurum. 12. q. 2. Secundo modo capitur vtilitas strictè, & in
5 specie, † quando rem meliorem facit, & deteriorem esse non finit, Aug. Ber. c. nulli, nume. 39. de
6 rebus eccle. non alie. in isto tamen casu † vtile pro actu valido accipitur, qui per inualidum actum non vitiatur, vt multis exemplis inferius ostendam.

## *Ampliationes.*

1 Arbitrium † prorogandi intelligi debet de prorogatione valida, quod si inualida fuerit, poterit iterum fieri. Bal. consi. 144. uol. 4. Salyc. l. dotis. ff. de iure dot. Ias. l. diuortio. §. quod io anno. ff. solu. matrimon.

2 Actus validus pro † inualido nō tollitur. Ias. l. certi. §. quoniam, nu. 8. ff. si cer. pe. Fel. c. 2. de rreg. & pace, l. qui per salutem. ff. de iureiur.

3 Actor, qui † succubuit propter ineptitudinem actionis, iterum auditur aptè eam proponens, c. examinata, de iudic. Item actor, qui à iudicio repellitur, quia reus rem petitam non possidebat, non prohibetur iterum agere, si reus incœperit possidere, l. quoties §. fi. l. sed etsi. ff. de nox. act. l. si à te. l. si rem, ff. de exec. rei iud. l. procurator. ff. rem ratam hab. l. neq;. C. ad exh. l. si is qui. ff. de exec. rei iudic. Paul. consil. 213. uol. 2. Tiraq. tracta. re tract. tit. 1. §. 8. nu. 3.

4 Alienari res prohibita, si † contingat quod in aliquem alienetur cum alia non prohibita unico precio, talis alienatio vitiatur in totum, quia in indiuiduis utile per inutile vitiatur. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. secundum mag. com. opi. de qua attestatur Ale. in term. con si. 143. vol. 7. si tamen fuerit aliquid prohibitum alienari vltra triennium, & alienatio fiat vltra decem annos, valebit tamen ipsa per triennium, Bal. cons. 475. num. 6. uol. 1.

5 Appellare iterum † poterit ille, qui appellauit, sed ineptè exceptionem, à qua repulsus est, proposuerat, etiam eo casu, quo alius non posset amplius appellare. Card. Flor. clem. fin. not. 2. de app. Tiraq. l. boues. §. hoc sermone, lim. 1. ver. cui, de verb. & rerum signifi.

6 Beneficia † plura impetrans, quorum vnum sit curatum, alterum autem sine cura; si contingat, quod curatum non possit obtineri respectu idiomatis, nel alterius impedimenti, obtinebit tamen simplex, de quo fiet expeditio litteratum, Mandos. in reg. 20. de idiomate. q. 9. numer. 10. in terminis.

7 Compromissum † factum in liberum, & seruum, redditur inutile in personā liberi propter adiectionem serui. l. parui, ff. de arbitr. Dyn. d. c. vtile, nu. 3. Bart. l. Labeo. §. in seruum, nu. 3. ff. de rec. arbit. Si tamen compromissum fiat super pluribus, quorum aliqua non dependent à potestate compromittentium, tamen per expressionem inutilium non vitiatur compromissum. Abb. c. cum tempore, not. 3. de arbi. quia utile per inutile non vitiatur, & tot dicuntur compromissa, quot sunt res. Ias. l. 1. §. sed si. nu. 20. ff. de verb. obli. Specul. §. si servo, in 1. parte, de arbitr. Angel. cons. 247. Marsi. sing. 199. Abb. d. c. cum tempore, nume. 4. Tertio si fiat compromissum in Clericum, & laicum de re spirituali, valet compromissum, licet in laicum solum fieri non possit. Abb. c. per tuas, nu. 3. de arbit. nam utile per inutile non vitiatur, & Clericus associatus laico, facit laicum capacem illius actus, quem solus exercere non potest. c. Messana, c. sacrosancta, de elect. Ioann. Andr. c. nobis, de iure patr. solus enim laicus non potest ratione honestatis, nō autem incapacitatis, ut dictum est de servo. Quarto si compromissum fuerit in tres cum hoc, quòd si duo erunt concordes tertius locū non habeat, modo tres concordes iudicarunt, an valeat laudum? Resp. fuit, quòd sic, per hanc reg. ita in term. Bal. consi. 42. vol. 1. not. Butigella. l. 1. §. sed si, nu. 6. ff. de verb. oblig.

8 Conditio impossibilis pro parte tantum † valet, pro qua est possibilis, Alex. l. impossibilis, ff. de verb. oblig. Bart. l. 1. ff. de cond. inst. Item not. quòd hæres institutus sub conditione, si ante conditionem existentem repudiauit, nihil egit, not. l. is qui. ff. de acq. hæred. l. nec is, §. 1. eo. tit. not. l. si vt proponis, C. quomodo & quando iudex. Tertiò ille, qui agit ad debitum ex conditione, nondum ea conditione postea impleta, denuo potest agere, quia actus vtilis per inutilem non vitiatur, l. grege, si sub conditione. ff. de ædil. ed. leg. si mater, §. eandem, ff. eod.

9 Confessio facta in contractu inutili valet, † & probat, & sic inualiditas principalis contractus non vitiat confessionem in eo contentam, Doct. comm. l. cum stipulamur, §. Chrisogonus, vbi Ias. num. 47. ff. de verbor. obligat. l. 1. §. si quis ita, leg. decem, ff. eod Bal. l. 1. C. de præscr. 30. anno. Idem est in confessione facta in iudicio inualido, in quo processus non valet, tamen probat, dummodo iudex fuerit competens, Ioann. Andr. c. Pisanis. de rest. spol. Bart. l. si confessus. ff. de cust. reorum. Tertiò, confessio facta in iudicio, licet postea sit perempta instantia illius iudicij, tamen remanet valida, Bald. leg. properandum, C. de iudic. Abb. capitul. pen. eod. tit. Ias. d. §. Chrisogonus, numer. 48.

10 Confirmatio vbi potest referri † ad actum, qui est contra ius, & ad actum, qui est secundum ius, operatur in casu, qui est contra ius, Ant. c. dudum, de decim. Ruin. consi. 109. nu. 17. vol. 4.

11 Constituens plus se soluturum † debito, tenetur tantum vsque ad debitam quantitatem, neque per hoc vitiatur constitutum, l. hactenus, §. si quis centum. ff. de const. pec. Ias. §. in personam, num. 35. inst. de actio.

12 Contractus celebrati etiam † cum ecclesia, non vitiantur per reg. vtile per inutile, Ias. consil. 55. vol. 1. in term. idem l. certi, §. quoniam, nu. 8. ff. si cert. pet. quod idem est in vlt. vol. l. sancimus, C. de testamen. l. si quis, ff. ad Trebe. l. si vir. ff. de l. 3. Bar. consi. 16. nu. 62. vol. 4. Natta consi. 479. nu. 29. volumine tertio, l. sancimus, §. si quis autem. C. de don. l. pecuniæ, l. placuit, ff. de vsur. l. cum allegas, C. eo. Tiraq. in tract. de retr. connu. in fine, nume. 145. & nu. seq.

13 Creditor petens † plus debito, amittit debitum, quando cautio, de qua agitur, sit extorta de maiori summa. Item quòd propter dolũ, & quod reus sit vocatus in iudicium, & lis sit contestata, & quod in probationibus liqueat de dolo actoris, aliàs vtile per vtile non vitiatur, not. l. 1. C. de plus pet. Capic. decis. 49. nu. 4.

14 Datio in solutum facta in plus † debito, vitiatur in totum, Guliel. l. certi, §. quoniam, ff. si cert. pet. Alex. l. 1. §. sed etsi, num. 3. ff. de verbor. oblig. Bart. l. non sortem, §. si centum, ff. de cond. indeb. Alex. l. iustè, ff. de acq. poss. Franc. Curt. in addit. ad Alex. d. §. sed etsi. sicuti missio in possessionẽ plus debito vitiatur in totum, not. l. 1. §. hæc verba, ff. ne vis fiat ei. Rom. consi. 254. Bald. l. ordo, C. de exec. rei iud. l. fin. C. de iure dot. Dec. l. certi, §. quoniam, nu. 4. ff. si cert. pet.

15 Decretũ iudicis super multis † interpositum, ad valida tantum refertur. Ruin. consi. 109. vol. 4. nu. 21. Innoc. c. dudum, de decim. Reg. tamen erit talis, decretum ex falsa causa interpositum, est nullum. l. magis puto, §. si æs, ff. de reb. eorum. l. Seiæ, ff. de tutor. & cur. l. etsi, C. de præd. minor. Bened. l. iusta, nu. 3. ff. de manu. vind. l. cum verò, §. subreptum, ff. de fideic. liber. Iacob. l. hoc edicto, nu. 10. ff. quod quisque iur. Corn. consi. 132. nu. 12. vol. 2. Alex. consi. 69. nu. 1. volu. 3. Alciat. tract. præs. in 3. pat. præs. 10. Ruin. consi. 160. nu. 27. vol. 2. Paris. consi. 97. nu. 16. vol. 1. Ampl. etiam si causa sit pro parte falsa, Bart. l. si non sortem, §. si cẽtum, nu. 5. ff. de cond indeb. Rom. consi. 454. num. 12. Dec. consi. 43. num. 20. Ruin. consi. 160. nu. 27. volumin. 2. Paris. consil. 100. nu 31. vol. 1. quia sententia indiuidua est vnius capituli, l. in hoc, ff. famil. ercisc. l. Græcè. §. illud. ff. de fideius. Bald. l. certi, nu. 3. ff. si cert. pet. Bal. consi. 223. nu. 2. uol. 2. Afflict. decis. 218. nu. 4.

16 Dispositio bonorum † potest esse pro parte ualida, & pro parte inualida. Paris. consi. 38. volu. 3. nu. 37. Idem est, si sit circa personas habiles, vel inhabiles. Alber. l. hæreditas, ff. de hæred. inst. Bal. l. 1. ff. de cond. instit.

17 Donatio facta † vltra quingentos aureos, non vitiatur, nisi quatenus modum excedit, l. sancimus. C. de donat. l. sed etsi, ff. de constit. pec. l. placuit, de usur. l. siue. ff. de iur. do. l. quæ extrinsecus ff. de verb. oblig. Dyn. c. vtile, nu. 2. de regul. iur. 6. Dec. consi. 434. nu. 16. uol. 2. Paul. l. fin. C. com. de leg. Aogel. consi. 179. Paul. consi. 179. Paul. consi. 103. Ale. consi. 4. uol. 1. Cald. consi. 1. de don. Fab. §. aliæ, Inst. de don. Curt. consi. 66. nu. 6. volum. 4. Item not. quòd donatio non obstante defectu insinuationis, redditur efficax, cum iuramento, uo.

c. 1. de pact. 6. c. licet, de iureiur. 6. Alex. consi. 12. uol. 2. l. nemo, ff. de leg. 1. Rom. consi. 26. Abb. consi. 107. vol. 1. Atet. consi. 47. Corn. consi. 221. uol. 1. Dec. consi. 432. nu. 18. & seq. Alc. l. 1. §. sed si nu. 7. ff. de verb. oblig. Item donatio omnium bonorum, an valeat saltem quo ad præsentia, non autem quo ad futura? Resp. quod non, Bart. & Bal. l. fin. C. de pact.

18 Electio canonica si † præcedat, nõ uitiatur per quamcunque confirmationem, quocunque iure inutilem. c. si confirmationem, de elect. 6. Dyn. d. c. vtile, nu. 1. Secundò eligendi ius non consumatur per electionem inutilem, c. perpetuæ, c. si compromissarius, de elect. 6. c. ne captãdæ, de concess. præben. l. 2. ff. de opt. leg. Doct. l. cum quidam. ff. de leg. 2. Ale. consi. 81. uol. 5. Barto. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. nisi fuisset facta scienter electio indigni. Brix. q. 79. Alb. l. quoties. ff. de optione leg. not. c. auditis, de elect. gl. c. sciptum, de rescr. Tertiò virtute statuti fieri debet singulis annis electio officialis. contigit, quòd facta fuit per tres annos, an saltem valeat per vnum tantum annum? Resp. fuit, quòd non per Roma. consil. 66. numer. 2. in terminis, quia in statuto fuerunt apposita verba dicentia, si contrà fiat, electio sit nulla, quæ cum dent formam electioni faciendæ, tunc utile per inutile uitiatur, not. l. 1. §. sed etsi, ff. de uerb. oblig. Roman. consi. 450. & decretum irritans, formam inducit, Roman. consi. 23. Ale. l. hac consultissima, nu. 4. C. qui test. fac. poss. Ias. l. non dubium, nu. 8. de legib. Dec. consi. 429. num. 2. Gomes. in reg. de annali, q. 6.

19 Emphyteusis concessa † ultra generationem permissam, uitiatur tantum in eo, quod excedit, Ang. §. quod autem. Auth. de nõ alien. Bald. auth. si quas ruinas, C. de sacrosanct. eccl. Doctor. com. auth. qui rẽ. C. de eod. tit. Imol. c. 2. de feud. Rom. l. 1. §. si stipulanti, ff. de uerb. oblig. idem consi. 66. Alex. consi. 28. uolu. 2. Ruin. consil. 57. numer. 13. uolumin. 1. Tiraq. tract. de retr. conuent. §. fin. numer. 146. com. dicit. Fallit, quando appositum esset decretum irritans, Alex. consi. 143. numer. 4. uolumin. 7. ubi dicit quòd emphyt. quæ concedi potest usque in tertiam generationem tantum, si fuerit concessa in perpetuum, uitiatur in totum, eo quia est unica concessio, Bald. l. quæcunque. C. de bon. quæ liber. l. si pupillorum. §. fin. ff. de reb. eorum, Imol. l. quod dicitur. ff. de uerb. oblig Ale. d. consi. 143. num. 4. mag. com. dicit Bal. consi. 474. nu. 6. uol. 1. Item emphy. alienans res ecclesiæ irrequisito domino, non cadit nisi à parte alienata, quod uerum est saltem in emphyteuta ecclesiæ, Alex. consi. 99. uol. 5. Butig. l. 1. §. sed si mihi, nu. 16. ff. de uerb. oblig.

20 Emptio facta pro se, & pro † Titio, ualet pro se in totum, si Titius noluerit, l. fundos. ff. de contrahen. empt.

21 Excommunicati si fuerint † sepulti in cemiterio, adeo ut discerni non possint ab his, qui non sunt excommunicati, omnes debent remanere, c. sacris, de sepult. Ias. l. 1. §. sed etsi, nume. 10. ff. de uerbor. oblig.

22 Feudum † concedi solitum masculis, si fuerit con-

conceſſum in maſculos,& fœminas, non.vitiatur conceſſio quantum ad maſculos.Bal. l. ſi pupillorum.§.ſi.ff.de rebus eorum,not.c.primo,titu.qui feud.dare poſſunt.Bal.c.primo.§.ſimiliter.de leg. Conrad.Imol.l.quod dicitur.ff.de uerb. obli.c.2. de feud.Fulgoſ.conſi.220.Georg.tract.feu. uerb. in feudo.Curt.d.tract.2.par.6.q.ubi dicit hanc eſſe com.Tiraq.tract.de reit.conuen.§.fin.nu.146.

23 Fideiuſſor ſi obligauerit ſe in plus, † quàm teneatur principalis, non per hoc uitiatur fideiuſſio, ſed tenetur in eo quod ipſe debet, Bal.§.fideiuſſores.Inſt.de fideiuſſ.Butrig.l.1.§. ſed etſi, nume. 10.ff.de verb.oblig.

24 Forma cum † ſit de genere indiuiſibilium, in ea utile per inutile vitiatur.Doct.com.l.ſi certi,§. quoniam.ff.ſi cert.pet.l.1.§.ſed etſi.ff.de verb.obl. Rol.conſi.73.nu.65.uol.3.

25 Habiles † cum inhabilibus in factis vniuerſitatum admittuntur.Abb.c.illa,num.10.de elect, c.ſuper.de offi.dele.c.ſi.de proc.Iaſ.l.1.§. ſed etſi, num.17.ff.de verbor.oblig.

26 Indulgentiæ † conceſſæ ab Epiſc.in eccleſijs, eo ſaltem valent, quo Epiſc.dare poterat.gl. & Ioan. And.c.ſi.de pœn.& remiſ.6.Rom.conſ.66.nu. 2.

27 Inſtrumentum, † in quo ſunt aliqua, quæ non poſſunt legi, nec intelligi, aliqua ſic, non tamen vitiatur in totum inſtrumentum, no.l.2.ff.de his, quæ pro non ſcrip.hab.Iaſ.l.1.§.ſed etſi,nu.1 2. ff. de verb.obl.Item ſi fiat pactum, quod debeat fieri inſtrumentum, debet intelligi de inſtrumento valido, Bal.c.conſtitutus, de tranſact. l. cum precibus, C.de prob.no.Paul.l.ſi ex falſis, nume.3.C. tranſaction.

28 Iudex, † qui in decem tantum iudicare poteſt, ſi in viginti iudicat, valet ſaltem ſententia in decem.Doctor.cap.ea quæ, cum glo. de regul. iuris in 6.Rom.conſ.66.num.1.

29 Iuramentum, † quod fieri debet, ſi contingat non ſortiri ſuum effectum debet iterum præſtari, not.Doct.l.qui per ſalutem, ff.de iureiur. Tiraquel.d.loco,ver.primò.

30 Iuriſdictionalia † dicuntur indiuidua, in quibus utile per inutile vitiatur.Ber. conſi. 163. nu. 5.vol.3.Doct.c.cum ſuper.de offic.deleg.

31 Legatum factum † mulieri omnium bonorum non vitiatur in totum, ſed tantum ultra quartam partem,l.hac edictali.C.de ſec.nupt.l. ſancimus, C.de don.l.ſi is qui.ff.de vulg.& pupil. vbi habetur,quod ſi relinquatur totum ei, qui poteſt ſolum capere partem, excludi debet tantum ab exceſſu.Rui.conſ.43.nu. 9. vol. 2. Item legata valida in teſtamento inualido, debentur Iaſ. & com. Doct.auth.ex cauſa.C.de liber.præt.

32 Legatus, † qui fecit factum licitum,& illicitū, attenditur licitum, c.dilectus, de præb. Abb. c.ſi. de prob.Iaſ.l.1.§.ſed etſi,nu.9.ff. de ver. obl.

33 Lex, † quando aliquid fit in fraudem legis, ſiue contra legem, utile uitiatur per inutile.l.ſi libertus.§.pen.ff.de iure pat. Bal. l. certi condictio. §.quoniā.ff.ſi cer.pe.Rui.conſ.109.nu. 27. vol.4.

34 Libellus † in parte aptus, & in parte ineptus, non vitiatur in totum, imo utile per inutile non uitiatur.Doct.com. c. ad diſſoluendum, de deſp. impub.gl.& Doct.l.ſi quis homicidij.C.de accuſa.Bal.l.ex eo.ff.de teſtam. mil.c.1. & ſeq. de mil. vaſ.Bal.rubr.de offic.iud.Iaſon.l.1.§.ſed etſi.ff. de verb.obl.nu.14.Io.in add.ad Spe. ut.de act.

35 Locatio rei † eccleſiæ facta ultra tempus a iure permiſſum, eſt nulla etiam pro tempore exceſſiuo.Lap.alleg.80.nu.2.Iaſ.l.1.§.ſed etſi,nu.8.ff. de verb.obl.Redoa.tract.de reb.eccl.non alie.§. item nu.23.pag.349.dixi ſupra nu. 19. Afflict. deciſio. 107.quia ubi eſt decretum irritans, utile per inutile vitiatur, ut extr.ambitioſæ, de reb.eccl. nō aliē.

36 Mandatum † citandi non finitur per citationē inualidam, Ale.l.ſerui.ff.de leg.1. Rom. l. qui per ſalutem.ff.de iureiur. actus enim præcedens inutilis, non impedit reiterationem ſequentis utilis, Alber.d.l.qui per ſalutem.

37 Matrimonium inualidum † nō impedit ſecundum contrahi.c.ſi verò, 31 q.1.capit.iuuenis; de ſponſal.c.litteras,c.acceſſit,de deſponſ.impub.gl. c.non præſtat, de reg.iur.in 6.

38 Notarius ſi ſcripſerit inſtrumētum, † quod pertinet ad ipſum Notarium, & etiam ad alium, & ad vtrunque principaliter, tale inſtrumentū non valet, quo ad ipſum ſolū, ſed bene quo ad alium; not.l.filius.§.ſequens.ff.de falſ.Bal.l.ſi. C. de conſiſc.deb.li.10.Iaſ.l.1.§.ſed etſi,nu. 16.ff.de ver.ob.

39 Nunciatione † finita per mortem nunciantis, & ita effecta inutili & inefficaci, poteſt iterum nunciari, gl.l.non ſolum.§. morte, ver. ius prohibendi.ff.de ope.no.nun.Bar.l.eum procurator. §. ſi dominus.ff.eo.ti.l.prætor.§.hoc autem. ff. eod.

40 Nuptijs inutilibus † contractis, non impletur conditio, ſi nupſerit, not.l.hæc conditio.ff. de condi.& dem.nam quando diſpoſitio loquitur de aliquo actu, intelligi debet ipſa de actu valido, quia actus inualidus habetur pro non facto.

41 Obligatio, ſiue † promiſſio vna valida, non irritatur ex alijs inualidis.Are.conſi.54.nu. 2. & ſeq. Bar.l.ſi unus.§.pactus.ff.de pact.Doct.l. Mœuia. §.fundus.ff.ſolut.matr.

42 Optio † non conſumitur, nec etiam tollitur per optionem inutilem l.2.§.1.ff.de opt.leg. vnde data optione ſeruorum, ſi optauerit liberum, optio non tollitur.

43 Præſentatio † facta à duobus procuratoribus, quorum unus eſt falſus,& alter verus, an vitietur præſentatio, ſeu electio? Bert. tract. de epiſco. 1. lib.3.par.q.57.Lamber.in tract.de iurepatr.lib.2. art.4.q.1.par.2.num.2.& ſeq.

44 Principalis † inualiditas contractus non vitiat confeſſionem in eo contentam.Iaſ.l. cum ſtipulamur.§.Chryſogonus.nu.47.ff.de uerb.obl.Doct. com.l.1.§.ſi quis ita,l.decem.ff.eod.Bal. & Ang.l. 1.C.de præſcr.triginta anno. Vnde ſi mulier contraxerit ſine conſenſu duorum propinquorum, licet contractus ſit nullus, quia factus non ſeruata forma ſtatuti, tñ ex confeſſione inſtri publici probatur cōfeſſio & illa geſta.dixi latè ſup. nu.9.

45 Promiſſio † utilis per inutilem non uitiatur, ita in terminis tex.vbi Doct.comm.l.1.§. ſed etſi, num.1.ff.de uerb.obl.

46 Pupillo contrahenti † ſi tutor unus verus, & alter falſus, præbuerit authoritatem cōtrahendi, va

let nihilominus contractus ea ratione, quia vtile per inutile non vitiatur, l. 1. §. ſed Pompon. ff. quod falſ. tuto.auth. Dyn.c.vtile, nu.1.de reg.iur. 6. Abb.c.illa, nu.10.de elect.c.cum ſuper, nu.8.de offic.deleg. Iaſ.l.plane, nu. 10. ff.de l.1.

47 Quantitas. In quantitatibus † vtile per inutile non vitiatur, l.ſancimus, C.de donat.l. eos, C.de vſur. Vnde fideiuſſor, ſi in plus fideiubet, quàm principalis teneatur, non annullatur quidem, niſi pro concurrenti quantitate, l.hactenus, ff.de cōſt. pec. Faber. §.fideiuſſores, nu.1. Inſt. de fideiuſſor. l.1.§. ſi ſtipulanti, ff.de verb. oblig.

48 Quietatio inutilis non liberat † ab vtili facienda per hanc regulam, Bart.l.certi, §.quoniam, nu. 3. ff. ſi cert. pet. vbi Iaſ.nu.7. Rom.conſi.66. Bart. auth. qui rem, de reb. eccl.non alien. Iaſ.l.plane, nu. 10.ff.de leg. 1.l.ſi ita, §.Chryſogonus, nu.48. ff.de verb.oblig. Mantua ſing.535. Pariſ.conſi.38. numer.37. volumi.3.

49 Religionem ingrediens, retentis † ſibi aliquibus bonis, valet ingreſſio: vitiatur autem retentio, gl.& Angel.l.per ſeruum, ff. de vſu,& hab.gl. auth.ingreſſi, C.de ſacroſanct. eccl. Ioan. And. & alij.c.fin.de cond.appoſ.not.l.vbi ita, vbi Doct.ff. de don. cauſa mort. Aret.§.quod ſi, nu. 3. Inſt. de inut.ſtip. Pau.l.1.§.ſi ſtipulāti, nu.7.ff.de verb.obl.

50 Reſcriptum Papæ ſi contineat diuerſas † gratias, ſubreptio in vna nō vitiat reſcriptum in alia; & ſic vtile per inutile nō vitiatur. c.ſi eo, de reſcr. 6. Abb.c.ſedes, c.cæterum, de reſcr.c. ex literis, de fide inſtr. Ant.c.exhibita, de iud. dicit quòd ſi inter plura copulatiuè narrata, vna pars reperitur falſa, non vitiatur reſcriptū in totum, niſi ſuper illa fuerit fundatum totum reſcriptum, vel niſi ſit de connexis, Iaſ.l.1.§.ſed etſi, num.15.ff.de verb. obligat. Ioan. And.c.vtile, num.3.de reg.iur.6. Iaſ. l. ſi ex falſis, num. 4.C. de tranſact. Butigel.l.1.§. ſed etſi, nu.17.ff.de verb.oblig.

51 Reſeruatio facta per ingredientem † monaſterium aliquorum bonorum non valet, licet vtilis ſit ingreſſus, quia iſta principaliter agebatur, Ale. l. 1.§.ſed etſi, numer. 6. ff. de verbor.oblig. Lap. alleg. 80. Bald.l.ſi pater, de adopt.l.vnica, §. illo, C. de Lat. lib. toll. Doct.l. ſi ita, ff.de hær. inſtit. dixi ſuper.numer.49.

52 Retractus in vna parte † inualidus, in reliquis quoque vitiari dicitur, vt ſit in rebus alijs indiuiduis, l. ſi ego, ff. de iniuſto teſt. Tiraq. tractat. de retr.lignagier, ad finem tit.nume.64. Alber.leg.ſi duo, nu.3.ff.de verb. oblig.

53 Sententia, † quæ continet diuerſa capitula, poteſt pro parte valere, & pro parte non, l.in hoc, ff. famil.erciſc. quia tot ſunt ſententiæ, quot ſunt capita ſententiæ, l.quædam, ff.eodem, l.Cornelia, ff. de iurepatr. Alber.l. etiam, §.1.ff.de minor. Doct. c. cum tempore, de arbitr. cap. dilectus, de præb. gl. & Doct.l. 2.C.de re iud.l.non eo, C.de procurat. Cardi.conſi.74. Rom.l.1. §.ſi ſtipulanti, ff.de verb. oblig. Rom.conſi. 195. Spec.tit.de ſent. numer.9. Fallit, quando eſſet res indiuidua, Neuiza. conſi.77.numer.4.

54 Stipulatio † inutilis non impedit actionem oriri ex vtili contractu, nec etiam ortam remanere, Alex.leg.certi, §.quoniam, numer.1.ff.ſi cert.pet. l.ſi dari, ff.de verbo.oblig.l.qui bis idem, ff.eod.

55 Tenuta, quæ capitur † pro quantitate maiori, quàm debeatur, in totum eſt nulla, l. ſi non ſortem, §.centum.ff.de cond.indeb. Bald.l.certi condictio, §. quoniam, ff.ſi cert.pet. Doct.l.iuſtè, ff. de acq. poſſ. Rom.l.ſi is, ff. de acq.hæred. quod quidem procedit in tenuta iudiciali: in extraiudiciali autem ſecus, ſicut eſt illa, quæ capitur vigore pacti, quia dicto caſu valet pro menſura debiti, l. 1.§.ſi duæ, ff. quorum leg. vbi habetur, quòd ſi is, qui poteſt iuſtè ingredi in poſſeſſionē partis rei, ingreditur in totam rem, reuocatur tantum ingreſſus pro illa parte, pro qua fuit iniuſtus, Aret. l.certi condictio, §.quoniam, ff ſi cert.pet.l.1. §.ſi ſtipulanti, ff. de verb.oblig. l.iuſte, ff.de acq.poſſ. vbi rationem diuerſitatis aſſignat: quia in extraiudicialibus regula eſt, quod vtile non vitiatur per inutile in his, quæ ſunt ſeparabilia, l.1.§.Trebatius, ff. de aqua quot.æſt. ſecus eſt in decreto Iudicis, quod in vna quantitate, & in vno capitulo eſt, eſt indiuiduum, ſicut ſententia, not.l.1. C. ſi adu. rem iud. error enim in quantitate non vitiat in totum dationem in ſolutum extraiudicialem. Ruin. conſi. 152.num.10.volu. 4.

56 Teſtes decem ſi in aliquo † actu requiruntur, ac plures vocati fuerint, numerus decem teſtium valebit: teſtes autem vltra dictum numerum, inutiles erunt, gl.l.pecuniæ, ff.de vſur. Doct.l.certi.§. quoniam, ff.ſi cert.per. Iaſ.l.3.§.lege, colu. 2.ff.de teſt. Marſi. l. fin. nu.42.ff. de iuriſd.omn.iud. Rebuff.tract.de teſt.gl.9.nu.69. Secundò nota, quòd ſi duo teſtes ſint, quorum vnus eſt infamis infamia facti, vel aliàs de iure inhabilis ſit, alter verò teſtis ſit multum fide dignus; iſti duo teſtes faciūt plenam fidem, quia integerrima fides vnius implet imperfectionē alterius, Bald. l. ſi quis.§.quid enim, ff.de ed. Angel.conſi.1. Doct.c.Raynutius, de teſtam. Soci.l.Gallus.§.ille, ff.de liber.& poſth. Fulg.l.1.C.de teſtam. Alex.conſi.56.vol.2. Salyc. l.in bonæ, C.de reb.cred. Fel. c. teſtimonium, de teſt.& idem eſt in duobus notarijs rogatis de vno actu, & vnus eſt habilis, & alter inhabilis, valet nihilominus ſcriptura, Imola conſ.69. Marſ.ſing. 196. Boer. in addit.ad Dyn.c.vtile, nu.1.de regul. iur.6. Tertiò not. quòd teſtes, qui non rectè recepti ſunt, poſſunt iterari etiam poſt ipſam publicationem, Doct, com.clem.2.de teſtib.gl & Doct.c. cū cauſam, eod.tit. Spec.tit.de teſte, §.1. Bal.auth. qui ſemel.C. de prob. Bart. l.qui per ſalutem, ff.de iureiur. l.per hanc, C.de tempor. appell.l.ſi quis teſtibus, C.de teſt. Imol.cap. per tuas, eod.tit. Fel. c.in literis, columu.2.de offic.deleg. Quartò, ſi teſtis inutile teſtimonium tulerit, poteſt iterum examinari, niſi fuerit factum culpa partis, gl.d.c. per tuas, & Doct.comm.de teſt. Iaſ.& Ang.l.ſi quis ex argentarijs, ff.de edendo. nam ſolus is actus præoccupationem inducit, qui de iure ſuum ſortitur effectum, Oldr. conſil. 313. Nota tamen, quod teſtis ad ſeriem geſtorum nihil de ſuo adijcere poteſt, c.pura, 3.q.9.

57 Tranſactio facta prætextu † falſi inſtrumenti ſuper vna re, non extenditur ad alias res, vel

ad alia

ad alia capitula, & sic in alijs falsitas non nocet. Ratio est duplex, quia separatorum separata debet esse ratio, l. fin. ff. de calumn. & in his, quæ possunt separari vtile per inutile non vitiatur, l. sancimus, C. de dona. c. dilectus, de concess. præb. Ias. l. si ex falsis, num. 3. ff. de transact.

58 Tutores duo si fuerint, † quorum vnus est verus, & alter falsus; si ambo interponunt authoritatem in contractu pupilli, non vitiatur actus veri tutoris propter tutorem falsum, l. 1. §. sed Pomponius. ff. quod falso tutor. auth. eodem modo si duo Notarij, quorum vnus est priuatus officio tabellionatus, si sint rogati ad conficiendum vnum instrumentum, per illum Notarium adhibitũ, qui est priuatus officio tabellionatus, nõ vitiatur instrumentum, Bald. l. Imperator, ff. de stat. hom. l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. de eden. Ratio prædictorum est, quia sufficiebat vnius authoritas de per se. vnde si alius interuenerit inhabilis, non vitiatur actus: sed si requirerẽtur duo pro forma, & vnus esset inhabilis, bene actus gestus vitiaretur in totum, l. Pedius, §. fin. ff. de arbitr. gl. c. cum super, de offic. deleg. Doct. c. ad probandum, de re iud. Ias. l. 1. §. sed et si, nu. 11. ff. de verb. oblig.

59 Venditio facta plurium † rerum, quarum nonnullæ si vendi non poterunt, non retractatur venditio in omnibus rebus, sed tantum in re ipsa prohibita vendi, & sic vtile per inutile non vitiatur, gl. & Abb. c. querelam, de simon. l. domum, ff. de contrah. empt. Ias. l. 1. §. sed et si, nu. 21. ff. de verb. oblig. Tiraq. tract. de retr. conuent. tit. fin. nu. 145. Alex. in terminis consi. 142. nu. 1. volu. 7. Secundò venditio facta de pignore conuentionali à creditore virtutẽ potestatis sibi datæ in instrumento; licet quis vendat rem valentem plus credito suo, venditio non retractatur, sed pretium, quod excedit restituitur debitori, l. fin. C. de distr. pign. l. quamuis, §. fin. & l. sequ. de pign. act. dato quod etiam tali casu iudex consentiret, & decretum interponeret, Dec. l. certi condictio, §. quoniam, nu. 4. ff. si cert. pet. Tertiò nota, quòd si testator mandauerit vendi tertiam partem fundi pro tanto, tutor verò vendiderit dimidiam pro illomet precio sub prætextu quod plus non reperit, in totum vitiatur vẽditio, quia vẽditio dationi insolutũ æquiparatur, not. lex. libera, C. de sent. & interl. omn. iudi. Bart. l. si prædiũ. C. de euictio. Butigel. l. 1. §. sed et si, nu. 15. ff. de verb. obl. Capi. decis. 49. nu. 3.

60 Verba erroris † per imperitiam prolata non impediunt dispositionem, c. si non sanctificatur, de consecr. dist. 4. Pro declaratione huius dicti distinguendo dico, quod aut concurrunt circa idem plures actus, aut verò vnicus tãtum, si circa idem plures cõcurrerint, rursus distinguendo dico, aut vnus per se sufficit, aut non. Primo casu vtile per inutile non vitiatur, l. 1. §. sed Pomponius. ff. quod falso tutore, l. sed ita, ff. de arbitr. Secundo autem casu vtrumque requiritur, l. Pedius, §. in seruum, ff. de arbitr. Item aliter circa primum distinguẽdo dico, aut vtile ab inutili potest separari, aut non. Primo casu vtile per inutile non vitiatur, l. 1. §. item, ff. de aqua quot. & æsti. l. certi. §. quoniam, ff. si cert. pet. §. præterea, Instit. quibus mod. toll. obli. l. cum quidam, ff. de leg. 1. Secundo autem casu vtile per inutile vitiatur, Et not. quod quatuor modis dicitur aliquid non posse separari, & indiuiduum quatuor modis. Primo de natura, l. 4. §. Cato, ff. de verb. obli. Secundo ratione dependentiæ, vt principale & accessorium, l. cum inutile. ff. de penu. leg. Tertium est indiuiduum ratione formæ traditæ à iure, l. Græcè. §. illud, ff. de fideiussor. Aret. §. quod siquis, nume. 2. Inst. de inut. stipul. Quartum est indiuiduum ratione voluntatis contrahentium, l. Pedius, ff. de arbit. Bart. l. Græcè, §. illud, nu. 4. ff. de fideiussor. & mandator. de quib. ego dixi in tract. de reg. iur. Reg. 5. lim. 42. & seq. Si verò secundo casu vnicus tantum requiritur, tunc si ille primus actus non valuit, reiterandus est: nam dispositio, quæ loquitur de actu, intelligenda est de actu valido, not. l. qui per salutem, ff. de iureiur. nisi quis primum actum inutilem, & prohibitum scienter fecerit, quia postea ad sui commodum iterum actum vtilem facere non poterit, l. hæc conditio, ff. de cond. & dem. l. matrimonij, ff. qui, & à quib. Bald. consi. 228. volum. 4. Doct. c. commissam, de elect. 6. hoc idem erit si actus referatur ad merum factum, nam debet intelligi de primo actu etiã inualido, quo casu sufficit si conditio adimpleatur de facto, etiam si non duret, aut nullum effectum sortiatur, Doct. l. si quis hæreditarium, §. 1. ff. de cond. inst. Bart. leg. Mæuius. ff. de cõd. & dem. Tertiò hoc idem, cum agitur de iure quærẽdo, nam primus actus etiam inualidus, dispositionẽ consumit. d. l. matrimonij, ff. qui, & à quib. secus si agatur de iure quæsito conseruando, quo casu per primum actum inualidum non cõsumatur dispositio, quia facilius conseruatur ius quæsitum, quàm ius nouum acquiratur, Barb. consi. 3. lib. 1. Fel. c. quæ in Ecclesiarum, col. 19. de const. Ias. cons. 236. vol. 2. Dec. l. seruus, C. de pact. Quartò, qui iure suo aliquid facit, si inutiliter facit, iterum facere potest, secus si iure alieno, siue tanquam minister alterius, vt si iudex ordinarius inutiliter iudicauerit, potest iterum iudicare vtiliter, nõ autem iudex delegatus, Doct. com. l. iudex postea quam, ff. de re iud. Bal. l. si vt proponis, la. 1. C. quomodo, & quando iudex, l. qualem, ff. de arbit. Quintò declaratur, vt si aliquid competat iure proprio, poterit post primum actum nullum iterũ agere, secus si agat iure deuoluto, c. si electio, de elect. Sextò hoc idem, si quis actum exercet de iure cõmuni sibi competentem, tũc si inutiliter exercuerit, poterit denuo exercere: quod secus est, si ei de iure speciali competeret, Doct. com. l. qui per salutẽ, ff. de iureiur. facilius enim tollitur ius speciale, quàm cõmune, §. quia. Auth. de non alien. Doct. l. eius. §. 1. ff. de mil. test. Septimo cum primus actus fuerit nullus ob omissam formam, vel solennitatem, tunc is iterari poterit: secus autem, si inutiliter actũ fuerit in materia. l. quid tamen. l. si de pluribus. ff. de arbitr. vbi si ab arbitro nõ fuerit seruata forma mandati, nõ expirat mãdatũ, quin possit iterũ arbitrari. Octauo is, qui facit actum nullum ipso iure, poterit iterum agere, secus si nullus fuerit ope exceptionis, quia tũc non poterit iterari, Bal. l. fin. q. 4. C. de

C.de contrah.empt.Doct. com.l.ſerui.C.de contrah.empt. Rurſus aliter diſtinguẽdo dico, quòd quandoque inutile venit ad adijciendum, quandoque ad minuendum, quandoque ad ſpecificandum ſpeciem contractus. Primo caſu, ſi nõ valet, quod ago in totum, valet tamen in parte, in qua poteſt, l.cum precario. ff.de precar. Secundo caſu non valet in aliquo. Vnde ſi compromittatur in liberum, & in ſeruum, adiectio collegæ tendit ad minuendum ius alterius collegæ, quo caſu nullo modo valet cõpromiſſum, l.Pedius, §.in ſeruum, ff.de arbitr. Tertio caſu, quando non conſentitur in ſpecie contractus, non valet actus, l.ſi ego, ff.ſi cert. pet. Bald.conſi.474.vol.1.nu.7.& ita procedit dictum, Vtile per inutile non vitiatur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Victus victori in expenſis eſt condemnandus.*
2 *Damnum iniuſtè pati eſt, iniquum.*
3 *Expenſarum appellatione, quæ veniant.*
4 *Expenſæ neceſſariæ, quæ ſint.*
5 *Damna non veniunt appellatione expenſarum.*
6 *Expenſæ retardati proceſſus nunquid veniant.*
7 *Damnum circa res contingens, quomodo æſtimetur.*
8 *Expenſæ per iudicem taxari debent.*
9 *Expenſæ quomodo arbitrandæ.*
10 *Scriptura non eſt opus in taxatione expenſarum.*
11 *Citari non debet fideiuſſor de iudic. ſolu.*
12 *Expenſæ futuræ taxari non debent.*
13 *Iudex vnus taxare non poteſt expenſas, ſi plures ſimul tulerint ſententiam.*
14 *Exequutor non poteſt taxare expenſas.*
15 *Attentatorum in cauſa prius expenſæ taxari debent.*
16 *Sententia interlocutoria dicitur taxatio expenſarum.*
17 *Sententia expenſarum, quomodo ſit ferenda.*
18 *Taxatio expenſarum iterum fieri poteſt.*
19 *Expenſæ petuntur officio iudicis.*
20 *Appellari non poteſt à taxatione expenſarum.*
21 *Appellari poteſt ab exceſſiuitate.*
22 *Appellari licet ab omiſſa taxatione.*
23 *Expenſæ comprehenduntur etiam, quæ fiunt ante litem conteſtatam.*
24 *Expenſarum genera ſunt quatuor.*
25 *Fallentia ad Regul. Victus victori, &c.*

## R E G V L A. VII.



1 Ictus † Victori in expenſis eſt
condemnandus, cap.finem litibus, de dolo, & contum.ibi, ad ſoluendas alteri parti moderatas expenſas condemnetur ille, qui in probatione defecerit. cõc. l. properandum, §. ſin autem,
2 vbi Doctor.comm. C.de iud.Ratio eſt, † quia iniquum eſſet aliquem iniuſte ab aliquo damnũ pati, not.l.non debet, ff.de reg.iur.conc.cum hoc dicto tot. tit. de pœna temere litig. Hoſt.in Summa de iudic. nu.9. Alex.conſi.83, nume.14.volum.6, Port.conſi.16.nu.24.Marc.deciſ. 383. nu.1. vol. 2.Corn.conſi.205.nume.5.volum.2.Mand.Reg. Cancell, 29.q.11.nu.4.Bertr. conſi. 64.numer.4. volum.2.Bald.c.humilis, de maior.& obed.Curt. conſi.62, num. 3.Azo in Summa, C.de ſumpt.recuper.lib. 10. Socin.conſi.36.nume.14.volum.2. Corn. & Doct.l.non ignoraris, C. de fruct. & lit. exp.Caſſan.conſi.68.num.59.Didac.pract.quæſt. c. 27.numer.1.Ioan.de Amicis conſi.21. numer. 11.Iſern.ſuper conſt.Regni lib.2.tit.de pœna cal. Marſi.ſing.207.cum ſimilib.quæ in exempl.inferius patebunt. Pro cuius dicti declaratione non-
3 nulla prius hic notanda ſunt. Primò, † quod appellatione expenſarum, iuſtę tantum intelligi debant, & neceſſariæ, Iaſ.l. ſed etſi, §.quæſitum, nu. 37. ff. ſi quis caut. Neceſſariæ dicuntur illæ, quæ in ſcripturis Notariorum, Aduocatis, Procuratoribus, itinere, & hoſpitio fiunt, l.non ignorat, C. de fruct. & lit. expenſ.Bertr.conſi.269.nu.8.vol.
4 3. † & dicuntur expenſæ neceſſariæ, ſine quib. cauſa expediri non poteſt, gl. c.ex parte, de accuſat.c. præterea, de offic.deleg. Rom.conſi.48.nu. 10.Iaſ.d.§.ſin autem, nume.13. Quo ſtante ſequi-
5 tur, † quòd quando quis condemnatur in expenſis, non comprehenduntur damna, Bart. l.eum, quem, ff.de iudic. Cyn.l.ſancimus, C.de iudic.gl.
6 l. 1. ff.de alien. iud.mut.cauſ.fact. † niſi eſſent expenſæ contumaciæ, ſeu retardati proceſſus, not.l. ſancimus, C. de iudic. Curt.l.1.§.fin. nu.11.ff. ſi quis ius dic. non obtemper. quod intelligitur de damno circa res contingenti; ſecus autem, ſi in perſonis contigerit, gl.& Bart.l.1.ff.de alien.iud.
7 mut.cau.fact. † Bal.l.1.C.vnde vi.Rom.ſing.346. Grat.conſi.72, numer.12. volum.2. Secundò not.
8 † quòd expenſæ per Iudicem taxari debent per ſententiam delato prius iuramento per victorem aſſerẽtem eas feciſſe, etiam citata parte, auth.poſt
9 Authoritate Principis spoliatus, † non est restituendus, Bellam. deci. 105. Afflict. decis. 261. nu. 12. Ias. consi. 38. vol. 3. Dec. consi. 191. Paris. consi. 99. nu. 17. vol. 4. Crau. consi. 5. nu. 7. Ripa. c. sæpe. nu. 87. de restit. spol. Item fallit etiam stante facultate, quod quis capi possit propria authoritate, Dec. consi. 191. l. creditores, de pignor.

10 Bannitus spoliari potest, † nec restituitur, gl. c. 1. §. fin. de mil. vas. vbi Doct. com. & gl. c. domino, in tit. hic finitur lex, Bart. l. vt vim, ff. de iust. & iur. l. 1. ff. de hæred. inst. Gabr. d. loc. nu. 163.

11 Bellum. Spoliatus in bello † post initam pacem quis non debet restitui, quia tunc obstaret proprietatis exceptio, Bald. in tit. de pace Const. Ant. d. loco, nu. 46. fall. 13.

12 Beneficiatus non potest † petere restitutionem etiam spoliatus, nisi coloret possessionem aliquo titulo colorato, gl. clem. 1. de causa poss. & prop. Spec. tit. de rest. spol. Ant. c. in literis, eod. tit. Item hoc idem si spolians habuit possessionem Regia authoritate, Oldr. cons. 1. Fel. c. postulasti, de rescr. Tertiò occupans possessionem beneficij lite pendente, potest de facto eijci, & spoliatus non restituitur, Cassad. decis. 9. de causa poss. & prop. nu. 3. Sarn. in reg. de triennali. q. 41. nu. 2. & q. 53. nu. 3. Gabr. d. loco, nu. 182. c6c. cũ primo d. Ant. Cors. d. loco, limi. 14. Quartò & vlt. not. quod promissus de benefi-

beneficio ab ordinario, si fuerit spoliatus ab eo, qoi pronisus est à Papa, vt quia beneficium vacauerit de mense Pontificis, noo debet restitui. Aot. de Mat.d.reg.nom.71.fall.36.Bellam.decis. 342. quia reseruatio nedum titulum, sed etiam posses. inficit.c.si eo, de elect.6. c. ut oostrum, de appell. Cassad.decis.1.in tit.de rest.spol.

13 Cadauere spoliatus, † ooo restituitur. Fel.c.sicut, de iud. Gramm.decis.82.Inn.c.cum liberum, de sepult. Rota.decis.1, de caosa posses.& propri. Gemin.cap.non solum, de appellat.6.Marsil. singul.199.Gabr.num.181.

14 Capellanus † si denegasset sacramenta sois parochianis, si ei fuerint postea decimæ denegatæ, repelli potest exceptiooe spoliationis sacramentorum, not.c.cum dilecti, de ord.cogoit.Lap. alleg. 202.Doct.authen.dos data, C.de douat.ante nup. Cors.d.reg.fall.49.

15 Clausulæ uigore, ius, † & iustitiã ministrare, potest iudex etiam super petitorio pronuociare, Gram.decis.15.Calc.coosi.75.Ale.cons.192. vol. 2.Ant.Gabr.in tit.de claus.concl.4.nu. 16.

16 Colonus spoliatus † à domino ipsius rei, non restituitur, quamuis violenter, l. cum fundõ, ff.de vi, & vi ar. Ant.no.86. fal.51.Cors.d. loc.lim.30.

17 Commissionis † virtute, cum mandatur ut procedatur coniunctim in petitorio, & possessorio, noo est opus ut ante omnia restitutio fiat. Bellam. decis.506.Crau.consi.182.nu.14.Gram.consi.35.

18 Compromissum † cum factõ est in arbitrum, vt procedere possit sola facti veritate inspecta, iuris ordine oon seruato, alto, & basso, & de facto, tũc arbiter potest omisso possessorio in petitorio pronunciare, Boer.q.23.Gabriel.num. 183.

19 Conditionaliter † possidens, si ante existentem conditionem spolietur, non restituatur, quia uerè non possidebat, cum conditio nihil ponat inesse, no.c.olim, il 1.de rest.spol.Ant.Cors.d.re.fal.23.

20 Confitens † admittu exceptionem proprietatis, facit ut ante omnia nõ restituatur, c.1. de resti. spol.Cors.d.reg. limit.7. Item fallit, si per actoris confessionem, seu per probationes in iudicio admissas iudici liqueret possessionem non esse restituendam.c.significasti, de diuor.c.conquestus, de fil.præsby.Ant.d.loco, num.49. fall. 16. Item hoc idem, quando per confessionem constaret de dominio spoliatoris. Abb.c.1.no.4.de rest.spol. Inn. c.constitutus, de fil.præsb.Paul.cons. 254. vol. 1. Rot.decis.16.de rest.spol.

21 Crimeo † opponens inhabilitans personam, obstabit agenti possessorio, not.c.item, cum gl.2. de rest.spol.gl.c.ex insinuatiooe, de proc.c.super, 3.q.5.Cors.d.reg.lim.17.& 21.

22 Damnum † si spoliatus nimiũ pateretur, tunc potest recuperare propria authoritate, oec spoliatus restituitur, quia isto io casu id sibi facere licuit Bar.l.si alius.§ bellissimè.ff.quod ui, aut clam. Romao.l.clam possidere.§.fi.ff.de acq. poss. Cepolla coos.69.Gabr.d.reg.oum.157.

23 Decimis si fuerit † spoliatus prælatus, patitur exceptionem, quòd oon reparat ecclesiam, uec sacramenta ministrat. Ant. Gabr.conc.l.1.de restitu. spoliat.num. 173.

24 Depositum † repetenti obstat exceptio dominij.l. bona fides. ff. depositi. Curt. coosi. 5.Gabr. d.looo, oum.187.

25 Dolo † ubi quis ductos esset ad transferẽdam possessionem uero Domino, tuoc oedum non restituitur ante omnia, sed nec etiam vllo modo, not.l.bonæ fidei. ff. depositi, quia licet vitiom sit in transferẽdo, noo tamen vitiom est in possidendo, Bal.l.6.ff.quod met.caus.Ant.nu.102. fall.67.

26 Domioiom rei si spoliatus † acquisiuisset, post spoliatiooem concurrente facto, vel negligentia spoliati, noo restituitur. Inn.c.super hoc, de ren. Ant.c.solicitè, de rest.spol.Socin.coosi. 59. vol.3. Item not. quòd ubi petitio in possessorio est iuri poblico contraria, auditur excipiens de Dominio.Bal.l.si quis.C. locati. Tertio obstat exceptio dominij spoliato opposita per tertiom, oor.l.bona fides.ff.de pos.Cors.d.reg.lim.38.Quarto hoc idem, vbi exceptio dominij incontinenti probandi pro publica vtilitate principaliter proponeretur. Ant.de Matt.d.loco.ou.97.fall.62.

27 Domino spolianti † non vi, sed clam oon obstat exceptio hoius regulæ. Dyn. c. qui ad agendum, de reg.iur.in 6.Ale.l.si quis. §. sed hæc, C. de præscr.30.ann.Aot.d.loco.num.29.fall.2.

28 Exceptio dominij † ubi nomine ecclesiæ incontioenti probandi in medium deduceretur, tuoc non habet locum reg.hæc.gl.l.si de vi. C. de iudi. Secundo hoc idem est in Rep.l.fin.C. de sacrosanct.eccl. Tertiò hoc idem, ubi spoliatus agẽs contra exceptionem dominij à Reo propositam, non incontinenti replicasset. hoc est si ad aliquod, quamois minimum, pro exceptione iustificanda procedi consensisset. l. cum osteodimus. ff.de fideiuss.tutor. Ant.fall.7.nu.39. Quarto hoc idem, vbi spoliantis talis exceptio esset, quod oecessario concludat spoliatum possidere non posse. Bald.l. 2.C.de edict.diu.Adr. toll. Quinto hoc idem ubi reus petitorio conueotus, simpliciter exciperet, dicendo se fuisse spoliatum, noo exprimendo per quem, cum etiam id a tertia persona fieri potuisset, quo casu exceptio spoliationis non impedit petitoriom inchoari, Abb.c.cum dilectus, oume. 12.de ord. cogn. Sexto fallit in spoliato, qui per niam exceptionis, non actionis, spolium proposuisset; non enim aote omnia restituetur, etiam quod per probationes iam factas de spolio notoriè constaret: quia finis exceptiooîs non est consequi, sed tueri, c.ecce, 24. q. 3. Septimo fallit, ubi spolians cooueotus exciperet, seu reconueniret de spolio facto ab actore contra eundem cooueotum, super alia re: tunc eoim cooueotus aote omnia restituere non tenetur, Ant.fall.59. num. 94. Octauò fallit, vbi possessorio conuentus, atque de suo dominio excipiens, illud nedum io promptũ probare vellet, sed & probatio ipsa secum executionem haberet. Cors.de Pot.reg.fall.35. Ant.fal. 61.num.96. Nono quando exceptio dominij opponitur a tertio, tunc restitutio fieri non potest, omissa illa exceptione, glo.& Doctor.comm. cap. io litteris.de resti.spol.Fel.c.cum super.de re iud. Hoc idem decimo, quando exceptio domioij concluderet ad petitorium, & possessorium simul.

Gabr,

Gabr.d. loco, nu.179. Vndecimo ſpoliatus excipiens de ſpoliatione, tunc nõ cõſequitur reſtitutionem: qui.n. excipit, nihil petit, c. cum dilectus, de ord.cogn. Duodecimo, & vlt. quando eſſet talia exceptio, per quam declaretur deficere ſpoliato agenti cauſam, & intereſſe ſuæ poſſeſſionis, non reſtituitur, Ant.Corſ.in reg.ſpol.limit.39.

29 Excommunicato † ſpoliato denegatur reſtitutio, gl.c.ex inſinuatione, ver.canonum, de proc. gl.2.c.dilectus, el 1.de reſcr. quod dictum intellige iure actionis, ſecus eſt ex officio, quia tunc Iudex reſtituere poteſt, Gabr. d. loco, nu.54.

30 Falſario non † datur reſtitutio, ſi ſpoliatus fuerit beneficijs, Caſſad.conſi.44.nu. 21, Gabr. cõcl. 2.de reſt.ſpol.nu.170.

31 Fictus ſpoliator. Reg. † hæc locum non habet in ficto ſpoliatore, Bart.l.fin.num. 11.C.vnde ui. Barbat.in add.ad Alex.d. §. nihil comune nu.14. Ripa.c.ſæpe, nu.65.de reſt. ſpol. Item fallit regula hæc in poſſeſſore ficto rigore ſtatuti, vel conſuetudinis, qui verè poſſeſſionem non apprehendiſſet. Ant. de Matth. in reg. ſpoliatus ante omnia, fall.35.nu.70.

32 Gratia, ſeu precario, ſi † quis poſſederit, non reſtituitur, c.quia, 10.q.3. cum gl.c.cum ad quorundam, de exc. præl.Ant.Corſ.reg.ſpoliatus, lim.27.

33 Hæres ante omnia non † eſt reſtituendus, quamuis vtatur remedio c.reintegrandæ, de reſt.ſpo.ita Ant.de Math.in reg. ſpoliatus, fall.69.num.104.

34 Hæretico non datur † reſtitutio, quia non poteſt poſſidere, nec poteſt prætendere ſpoliationẽ, gl.c.quo iure, 8.diſt.not.c. ex parte, de reſt. ſpol. Corſ.reg. ſpoliatus lim. 18. gl. c. 1. ver.poſſideri, 14.q.2.Gabr. d. loco, nu.185. & nu.66.Ripa d.§. nihil commune, nu.88.

35 Ignorantiam Iuris ſi ſpoliatori allegare † liceret, vt fœmina, miles, & ruſticus, non vtitur ſpoliatus contra ipſum remedio huius reg.gl.& Doct.l. regula.ff.de Iur.& fact.ignor. l.ſi quis in tantum, C.vnde vi, Anton.d. reg.fall.58.nu.93.

36 Incontinẽti probare ſi ſpolians † ſit paratus defectum iuris agentis ad reſtitutionem, non habet tunc locum Reg. hæc, Innoc. c. ad ultimum, de cauſa poſſ.& propr.quia non eſt poſſeſſor violentus, l. ſi de vi.ff.de iud. Angel. leg. 2.C.de ed.diui Adr.toll.Dec.conſ.191.Gabr.d.loco, nu.74.Item limi.quando primo ſpoliatus incontinenti recuperaret poſſeſſionem de facto, c.olim, de reſt.ſpol. l.3.§.eum, ff.de ui, & vi arm.Gozád.conſi.1.num. 29.Item hoc idem, ſi incontinenti non potuit iuſto impedimento recuperare rem, qua fuerat ſpoliatus, Aret.§.quadrupli, Inſt.de act.Gabr.d.loco, numero 152.

37 Intruſo ſpoliato reſtitutio non datur, Dec. † c. licet, de elect, Gabr.d.loco, nu.176.not.c.2.vt lite pend.Ant.de reg. limit.37.nu.72.

38 Ipſo iure qui cecidit † a iure ſuo, non reſtituitur, Alex.cõſ.6.vol.3.Iaſ.l.2. C.de iure emph.Caſſad.deciſ.2.tit.locat.Ant.de reg. fall.32.nu.67.

39 Iudex ſpoliatus † à Iudice non reſtituitur, glo. c.in nomine, 23.diſt.cap. præſentium, 7.q.1.Old. conſi.224.Ruin.conſi.27. vol.2.Marſ.ſing. 11.Itẽ not, quòd quando non adeſt copia Iudicis, tunc quis poteſt occupare propria auctoritate nec ſpoliatus reſtituitur, gl.& Bart.ſi aliud.§.belliſſime, ff. quod vi.Inno.c.olim de reſt.ſpol.Gabr.num.158. Fallit hoc in priuatis, qui Iudicem expectare tenẽtur, niſi periculum fuerit in mora, Alex.l.1.§.nunciatio, ff.de oper.nou.nunc.

40 Iudicio reintegrandæ vbi † opponeretur agenti exceptio alterius ſpolij, non habet locum diſpoſitio huius reg.c. ſi.de ord. cogn. Ant. d. reg. fall. 19.nume.52.

41 Iuri contraria † vbi petitio eſſet in poſſeſſorio, admittitur tunc exceptio, Bald.l. ſi quis, C. loc. Item cui nulla fuit poſſeſſio Iuris, non datur reſtitutio ſpolij, gl.antepen.& Doct.c.ex parte, de reſt. ſpoliat.Corſett.de reg.ſall.47.

42 Laicus reſtitutionem † decimarum petens, non reſtituitur, not.Doc. c. cauſam, de præſc. Corſett. reg.ſpoliat.limit.48.

43 Lex, ſpoliatus † contra leges poſſidens non reſtituitur, not.l.fin. C.vt nemo priu, not.c.quia diu excell.prælat.dixi ſuper, in limit.41.

44 Læſæ Maieſtatis † crimen committenti non datur hoc remedium, quia omnibus bonis ipſo iure quis priuatus eſſet not.l.quiſquis.ff.ad leg.Iul.Maieſt Ant.Gabr.d.reſt.ſpol.concl.1.nu.190.

45 Lis. Vbi poſt litem † conteſtatam in petitorio ab aduerſario inchoato ſuper eadem re poſſeſſoriũ reintegrando moreretur, tunc reg.iſta minime procedit, niſi in beneficialibus, & matrimonialib. Anton.de Matt.d. reg.fall.25.nu.60.

46 Malæ fidei poſſeſſori ſpoliato non † datur, reſtitutio, licet res ad verum dominum perueniſſet, not.c.2.de ord.cogn. vbi Abb.nu. 13. gl. c.ad decimas, de reſt ſpol. Bald.l.ſi quis. §. ſed hæc, C. de præſcr.30.ann. Ant. d.loco, nu.91.fall.56.

47 Marito vxore ſpoliato, non † datur reſtitutio, ſi vxor probet aliquod impedimentum, Ant.d.loco, fall.52.nu.17.not.c.litteras, de reſt. ſpol. Corſett.d reg. limit.6. Ripa.d. §.nihil commune, nu. 83, Feder.conſi.283.Alex.d.§.nihil cõmune, nu. 184.Gabr.d.loco.nu.50.

48 Meretrici † non datur reſtitutio, Marſ.l. 1.nu. 38.C.de rapeu virg. licet contrarium teneat.Gabr. d.loco, nu.174.com.opin.ſequor.

49 Metus. Si quis metu † deterritus poſſeſſionem reliquerit, quam alter ingrederetur, ſi ante omnia reſtitui vellet, exceptione dominij per cõuentum propoſita excluderatur, doct.com.cap. 1.de reſt. ſpol.Ant.de reg.fall.3.nu.34.

50 Miles & quilibet † alius, qui vere ignorantia iuris excuſatur, non datur contra ipſos hoc remedium, Ant.d.reg.fall.27.nu.62.

51 Mobili re ſi quis † ſpoliatus eſſet. ſi incontinẽti probare offerretur, ante omnia reſtitui non debet Bald.l.reliquendi.C.de ſeru.Fug.Ripa. d.§.nihil. commune, nu.96.

52 Mortuo ſpoliatus, ſi corpus † ſepelitum. ſit vt euitetur corporis vexatio, non reſtituntur, Innoc. c.cum liberum, de ſep.etiam ſi per viam attentatorum, Fel.c.ſicut, de iudic.Marſ.ſing. 199.Ant.reg. ſpoliatus, fall.66.nu.11.

53 Mulier quæ a marito expelleretur † propter dotem promiſſam, & non ſolutam, non reſtituitur, not.

not.c.per vestras,de don. inter uir.& vxor.c.litteras,de rest.spol.Corset.d.reg. lim. 59. Item fallit reg.hæc quādo mulieri obijciatur scientia magna viri,c.ex transmissa de rest. spol.

53 Naturaliter † tantum si quis possideret,non restituitur,quādo à ciuiliter possidente spoliaretur, Bart.l.1.§.interdum, ff.uti possid. quo casu etiam violenter expelli potuit,Ant.d.reg.fall.39.nu.74.

54 Notoriè quando † constat de non iure petentis restitutio non datur, Innoc.c. constitutus, de fil. presb.Oldr.consi.214.Paul.J.2.C.de ed.Diu.Adr. tol.Gabr.d.loco, numeto 94. Corsett.d. reg. fall. 5.& fall.16.Marsil.sing. 11.Paris.consil. 1.nume. 170. volumine 1.

55 Nudus detentor rei spoliatus,† non restituitur c.olim.il 3.de rest.spol.Ant.d.reg.fall. 55.nu.90.

56 Offerens conuentus reintegrandę † probaturū negatiuam,videlicet actorem non fuisse spoliatū, contra ipsum non datur hoc remedium, Ant.de Matth.reg.spoliatus,fall.28.nu.63.vbi late.

57 Pactum de non petendo † restitutionem impedit hoc remedium,gl.c.ex insinuatione, de proc. Innoc.c.super,de renunc.Ias.consi.38. vol. 3. Paris.cōsi.1.nu.15.vol.1. præsertim cum hoc pactū fuerit confirmatum iuramento, Soc.l. rem, quæ nu.20.ff de acq.poss.

58 Papa. Si quis † spoliauerit in ipsa possessione per Papā ex certa scientia mentione facta intrusionis,non datur restitutio isto casu,Rebuff.in tract. de pacif.poss. nu. 259.Ant.d.loco lim. 40. nu.75.

59 Parochialis † Rector si agat contra religiosos super decimis prædiorum assistentium intra limites suæ Parochiæ, prætendens se spoliatum a 10. annis citra,admittuntur religiosi volentes probare,quòd a triginta annis citra, semper fuerunt in possessione: nam per hoc excludunt possessionem & spoliationem prætensam per Rectorem, Corsett.reg.spoliatus,limit. 50.

60 Paupertatis exceptio obstat huic † remedio, not.c.olim,il.2.de rest.spol. præsertim quando venit ex causa spoliationis.not.c. frequens, de rest. spol.9. Corset.d.loco, fall.40.

61 Pax. Fallit hæc regula, † quando agitur possessorio recuperandæ vigore capituli pacis, quia tūc datur exceptio,dolo facis petere, quod statim restiturus es,Decis.Neap.403.nu. 19.Bald.c.1.de Pace Const.Ripa post alios, d.§.nihil commune, nu.85.ff.de acq.poss.Gabr. d. loco, nu. 169.Item pro bono pacis factæ & firmatæ non datur restitutio spoliato,quia non habet ius in re, Paris.cōs. 24.volumine 2.

62 Peccatū si resultaret,† vbi fieret restitutio,non datur, Abb.c.in litteris,nu.28.de restit. spol.Ant. d.loco,fall.12.nu. 45.gl.c.super causa, 2.quæst.2. Corf.d.loco,fall.26.

63 Petitio. Fallit in † eo,qui petijt reintegrari ab eo qui prius contra se diuerso modo egisset: nam secunda,quæ est quæstio spoliationis, non facit in prima supersederi,not.c.cū dilectus,de ord.cogn. Ant.fall.47. nu.81.

64 Petitorium inchoatum † super diuersa re supersederi non debet, Abb. c.ex quæstione, nu.7. de rest. spol. dummodo non sit spolium violentum.Item Antonius dicto loco, fall.60.nume.95.

65 Possessorium. Fallit reg.hæc † in possessorio tā genti causam proprietatis, §.quædam. Inst.de interd.Ant.fall.4.nu.36.Corf. fall. 1.15.& 44.

66 Prælatus, qui † administratorio nomine petijt restitutionem alicuius rei ipsius Ecclesiæ, contra eum exceptio opponi potest de non Canonica institutione, Innoc.c. cum super, de causa poss. & prop.c.litteris, de rest. spol. Soc. reg.379.fall.8.

67 Prædo spoliatus, vbi petit reintegrari † à spoliāte, à quo simili modo dominus ipsius reintegrari velit, excipiendo contra prædonem ipsum non restituitur,nam prædo ipse audiri nō debet, Soc. reg.spoliatus, fall.9. Ant. d.reg. fall. 53.nume.88. Corf.d.loco,fall.8.

68 Præiudicium. Fallit,quò † ad ea,quæ sunt præiudicij: vnde quando ageretur de recuperatione castri,seu rei difficilis expugnationis, admittitur quæstio dominij, Paul. l.1.C.de ed.diu. Adr.toll. not.l.si de vi,ff.de iud.Ias.consi. 60.vol. 1.Soccin. consi.87.vol.3.

69 Præsumptio iuris cum est † pro spoliante,non datur contra ipsum restitutio, nōt. Doct. com.c.ad decimas,de rest.spol.6.c.constitutus, de fil.presb. Abb.c.constitutus,de elect.not.c.in litteris,de restit.spoliat.

70 Princeps etiam quem † de sua possessione priuet spoliatus non restituetur, Bald.cons.399.vol. 1. non enim in Principe violentia præsumetur, sed dicitur declarare ius possidenti non competijsse, Crau.consi.2.nu.7.Item hoc idem fallit,vbi Princeps in possessorio supersederi mandasset, Abb.c.in litteris de rest. spol.Alex.consi. 54.vol. 2.Ant.d.loco, fall.30.nu.65.

71 Priuatus si spoliat authoritate † Iudicis, contra ipsum non datur restitutio,Innoc.c.super hoc,de renunc. Angel. l. si quis ad se, C.ad leg. Iul. de vi publ.Dec.consi.191.Gabr.d.reg.nu.116.

72 Probationes si spoliatus † patitur fieri super dominio, ex quib. constet de dominio spoliantis, spoliatus eo casu non restituitur, Doct. com. c.1. de rest.spol.Old. consi.174.Alex. consi. 77.vol.2. Aret.c.significaue: unt,de test. Gabr. nu.52.Item fallit hæc reg. vbi exceptio spoliantis concluderet absque vlla probatione, Old.consi. 224.Bald.leg. pen. C. de compens.Ant. fall.17.num. 50.corf.d. reg.lim. 12.Item si opponens de dominio haberet probationem paratam, Corf.d.loco, lim.35. Ant.d.loco fall.68.nu.103.

73 Profana, In † profanis non potest proponi suspēsio pentorij post litē cōtestatā, Neap.Decis.28. Gabr.nu.de rest spol.concl.2.nu.46.

74 Quæsitum dominium † cum exciperetur esse post spolium factū puta renunciatione, vel negligentia actoris,non procedit tali casu reg.ista.glo. c.super.de renunc.Alex.consi. 259.vol.2.not.l.2. ff.quod met.causa.Ant.d.reg.fall.14.nu.47.

75 Reconueniri potest † spoliatus de alia spoliatione super alia re facta,c. fin.de ord.cognit. Cepolla cons. 59.Dec.cōsi.200. Lanfr.Rubr.de causa poss. & proprier.Doct.c.bonæ,de appell.Corset. d.reg. fall.2.Ant.Gabr.nu.154.

76 Resignatio.† Fallit hęc reg.in possidente vigore-

re reſignationis factæ in ſui fauorem in manibus Papæ.Ant.d,loco,fal,38.nu,73. præſertim quando fit cum iuramento,c.accepta,de reſt,ſpol.Corſet.d,loco,ſall. 11.& limit.33.

77 Reſeruationis exceptio Papalis † impedit hoc remedium, præſertim cum decreto annullatiuo, Rot.deciſ.3,de reſtit.ſpol. Doctor.comm.c,in litteris eodem.

78 Sacramenta denegans Parochus † poteſt ſpoliari à Parochianis iure petendi decimas, Corſet, d.reg,ſall.49.Ant,d,loco,fall.63.nu.98.

79 Scandalum † ubi magnum immineret, quando fieri debet reſtitutio, tunc prædicta reg. non procedit.Ant.c.ex parte,de reſt.ſpol.Fel.c. nihil, fall.6.de præſcr.Ant.fall.6.nu.38.

80 Schiſmatis cauſa † non datur reſtitutio,c. non vos.23.q.2.gl.c.in nomine domini,23. diſt. Ant. Corſ,d.reg.fall,19.

81 Serui,uel famuli † alicuius, ſi adhuc in poſſeſſione commorentur, quamuis aliquis a poſſeſſione fuerit deiectus, adhuc tamen eam retinere dicitur,l,1.§,non alij.ff.de ui, & ui arm. Afflict. deciſ.300.Ant.d.reg.fall.41.num.76.

82 Simoniaco ſpoliato non † datur reſtitutio, Caſſad.deci.1.de Simon,Corſet.reg.ſpoliatus, 21.limit.Ripa d.§.nihil commune,nume.91.Gabr.d. loco,num.175.

83 Soluendo † ubi nō eſt ſpoliator, non datur contra illum hoc remedium,not.c.olim,il 2. de reſti, ſpol.quod intelligitur, ſi nec in æquiualenti: inanis enim eſt actio, quam inopia debitoris excludit,niſi inopia fuerit ob culpam ſpoliatoris, nam reſtitutionis loco pœna corporalis danda eſſet, Ant.fall,54.

84 Spiritualis † cauſa non datur reſtitutio, niſi primo poſſeſſio probetur,& titulus iuſtificetur. Inn. c.conſtitutus,de fil.præsb.c. in litteris. de reſtitu. ſpol.Ant,d.reg.ſall.22,nu.55.

85 Spoliatus, † qui ſpoliauit rem eccleſiæ, poteſt contra petentem reſtitutionem opponere de dominio eccleſiæ, ſi offerat habere paratas probationes de dominio, Bal.l.fi.C.de appel.Gabr.d.loco,nu.145.Item fallit hæc reg.in ſpoliato ab eo, quem ipſe prius ſpoliaſſet, ſi tamen primo loco ſpoliatus hunc (quia iudicis copia ſibi defuiſſet) de poſſeſſione eieciſſet; non enim ultimo ſpoliatus ante omnia reſtituendus erit, Bal.l. ſi aliàs.§. belliſſimè.ff.quod ui aut clam,Anto. d. loco, ſall, 23.num.57.

86 Tertius. † Quando ſpoliatus non agit contra ſuum ſpoliatorem, ſed contra alium tertium, qui non ſpoliauit,licèt fortè habuerit cauſam ab ipſo ſpoliatore, tunc obſtat exceptio dominij ipſius conuenti,Bal.l.2.C.de ſeru. ſug. Lapus alle. 302. not.c.ſæpe, de reſt.ſpol.Corſet.reg.ſpoliatus. ſall. 43.Ant.fall.9.nu.41.Lap.alleg.25.Abb. c. in litteris,de reſt.ſpol.

87 Tyranno ſpoliato † non datur reſtitutio.Mart, tract.de Princ.q.70.Ripa.§. nihil commune. nu. 90.ff.de acqui.poſſeſſ.Gabr.in conclu. 1. de reſti. ſpol.num.193.

88 Vis expulſiua, † vel ablatiua ſi interuenit,non poteſt ſpoliato referri quæſtio dominij, ſecus ſi
vis compulſiua interuenit. Docto.com. d. §. nihil
commune.Bar.l.ſi ob turpem.ff.de condi. ob tur-
pem cau.Inn.c.fi.de his,quæ ui,met.cau. Bald. c.
ſuper.de renunc.Soc.conſi.59.vol,3.Iaſ.conſ,38.
nu.3.vol.3.Gabr.nu. 130. Item fallit in poſſeſſio-
ne violenta, confirmata per iudicis ſententiam,
quæ tranſierit in rem iud,Soc.cōſi.59.vol,3.Are.
l.iuſtè.ff.de acq. poſſ. Dec. conſi.191,Grat.conſil.
76.num.16.vol.2.Gabr.nu.117.Item lim. hæc re
gul. quando quis agit pro violentia ſibi illata,
quia clandeſtinè fuit ſpoliatus,tunc enim poterit
reus,qui clam ſpoliauit, agenti poſſeſſorio recu-
perādæ opponere exceptionem dominij ſui. Bal.
l.ſi quis emptionis.§.ſed hoc.C.de præſcript. 30.
ann.Angel.l.vitia, C. de acq.poſſ. Dyn.c.qui ad
agendum,de reg.iu.6.Corſ.d.reg.lim. 29.& ſeq.
Quartò hoc idem fallit, quando poſt violentiam
interueniſſet conſenſus ſpoliati tacitus, vel ex-
preſſus, Corſe.d.reg.limi.46.
89 Vxor † marito non debet reſtitui, ſi eius ſæui-
tia timetur.gl.c.ex tranſmiſſa, de reſtit.ſpol.glo.c.
gaudemus,ver.negatetur,de diuor.Ripa d. §. ni-
hil commune,nu.84.Gabr.d.regu.nu.161.& hæc
pauca dicta ſufficiant pro lim.& ampl.d. reg. Cu-
ius occaſione adhuc nonnulla notanda ſunt. Et
4 primo, † quòd remedium d.reg.præſcribitur ſpa
tio 30.annorum.Abb.c.ſolicitè,num.94. de reſti.
ſpol.Dec.conſi.302.Soc.l.rem,quæ. ff. de acquir.
poſſ. dummodo per tale tempus poſſeſſio probe-
5 tur. Secundò not. † vt in iſto remedio ſatis ſit do
cere de antiqua poſſeſſione, ex parte agentis, &
de recenti poſſeſſione ex parte conuenti, abſque
eo,quod probetur ſpolium.Innno.c.poſt electio-
nem,de conceſſ.præb.c.ſæpè,de reſti.ſpol.Abb.c.
6 cum ad ſedem, nu.28.eod. tit. Tertio not.† quòd
hoc remedium datur pro rebus mobilibus, & in-
corporalibus, Ripa.c.ſæpè,nu.22.de reſt.ſpol. l.3.
7 §.vnde vi.ff.de vi, & vi arm. Quartò not. † quòd
hoc iudicium eſt ſummarium,& concluditur pe-
tendo reſtitui rei poſſeſſionem,not.l.rem,quæ no
bis.ff.de acq.poſſ.Feder.conſi.283.Ant. c. cum ad
ſedem,de reſt.ſpo.vt cum petitur res reſtitui, aut
ad ipſum pertinere,Abb.c.1.nu. 16. de ſeq. poſſ.
8 & fruct. Quinto not. † quòd allegandum eſt con-
uentum poſſidere clam, vel precario, reſpectu an-
tiquæ poſſeſſionis, aliàs ſuccumberet: quia vbi
aliàs ius eſt æquale, vinceret ille, qui de dominio
probaret.Bar.l. ſi de eo,§.fin.ff.de acq.poſſ.Sextò
9 not. † quòd in iſto libello non eſt neceſſe tempus
apponere,Caſſad. deciſ.1. de ſent.& re iud.Afflic.
dec.250.& iudex poteſt perpetuum ſilentium im
ponere,Rota deciſi.221. Septimò not.quòd com
miſſa cauſa petitorij,& poſſeſſorij, pōt ſolo poſ-
ſeſſorio procedi,Abb.c. cum ad ſedem, nu. 7. de
reſt,ſpol.Ale.conſi.98.vol.3,nec requiritur,quod
actor probet poſſeſſionem tempore ſpolij, ſed ſa-
tis eſt, quod doceat ſe aliquando ante ſpolium
poſſediſſe,c,olim,de reſt.ſpol.Abb. c. cum eccle-
ſia,nu.20,de cauſa poſſ.& propriet. Octauò in iu-
dicio poſſeſſorio non habet locum nominatio, gl.
c.quicunque, 12.q.2. & eſt locus iuramento in
ſupplementum,Ale.conſi.91.volu. 2. Dec,conſi.
10 252.Nonò † in iſto remedio veniunt fructus per-
cepti

cepti tantum, quando conuenitur bonæ fidei pos-
sessor, secus verò quando violentus, Cassad, decis.
6. nu. 3. de præb. gl. c. cum causa, de offic. deleg.
Barb. consi. 24. vol. 4. Decimò not. quod iure Ciui
li spoliatus non potest suspẽdere petitorium post
litem contestatam; secus autem est de iure Cano-
nico, Ias. l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 41. ff.
de acq. poss. Innoc. c. 2. de causa poss. & propr. c.
Pastoralis, vbi Doct. de causa poss. & propr. requi
ritur tamen litis contestatio, Decis. Tholos. 226.
Vndecimò not. quod cõdictio ex isto canone non
infamat, Alex. consi. 6. volu. 3. Decis. Neap. 250.
31 Duodecimò † non sufficit probare possessionem
per vnum testem, Bart. in extr. ad reprim. nu. 10.
Cagn. l. in pari, nu. 8. ff. de reg. iur, & maximè in
causa beneficiali, in qua quis non obtinet, nisi iu-
stificauerit suam possessionem ex aliquo tit. colo-
rato, Innoc. c. ex parte. de rest. spol. & condemna-
tus vigore huius remedij debet actualiter posses-
sionem restituere, nec liberatur præstãdo fideius-
sores, Arch, c. quia, de elect. 6. Luc. de Penna. l. si
coloni, C. de agricol, & cens. lib. 11. Decimotertiò
32 not. † quòd huic remedio nõ obijcitur exceptio
melioramentorum & expẽsarum, Ale, consi. 154,
nu. 4. vol 4. Cort, consi. 165. præsertim in malæfi-
dei possessore. Decimoquartò not, quòd in hoc iu
dicio legitimatio personarum fieri debet, Bart.
extrau, ad reprim. ver. summariè Bald. l. fin. C. de
ed. Diui, Adr. toll. Ias, Rubr, C. qui adm, nume. 4.
Crau. consi, 104. nu. 1. & est oblatio libelli necessa
ria, Abb, c. 1, nu. 14. de libelli oblat, in quo ille di
citur iudex competens, qui est ordinarius rei con
uenti. Soci. l. rem, quæ nobis, nu. 11. ff. de acq. poss.
not. l. iuris ordinem, C, de iurisd. omn. Iud. Deci-
moquintò not. quod de iure canonico à sententia
lata in hoc remedio de iure canonico est permis-
sa, not. c 1. de causa poss. & propriet. Doct. comm,
c. cum ad sedem, de rest. spol. Feder. consi. 379.
vol. 1. secus est de iure ciuili, quo in causa possesso
rij est prohibita apellat. Doct. com. l. 1, C, si de
33 mom. possess. Decimosextò not. † quòd hoc re-
medium non potest cumulari cum interdicto vn
de vi, Socin, d. l, rem, quæ nobis, num. 15. ff. de
acq. poss, nec est aliqua dilatio spoliatori conce-
denda ad probandum, nisi quando spoliatus agẽs
nihil plene, vel semiplene probauit, Cass. decis. 2.
de dilat. & decis. seq. imo si offerat incontinenti
probationes sui dominij, nihilominus spoliatus
ante omnia debet restitui. glo, & Abb. c. 1. nu. de
rest, spoliat, Doct. com, l. naturaliter, §. nihil com-
34 mune. ff. de acq. poss. Decimoseptimò not. † quòd
hoc remedium competit laico pro bonis propha-
nis, Bart. l. si coloni, C. de agric. & cens. lib. 11. In-
noc. c. sæpe. de rest. spol. etiam si esset commodata
rius, & depositarius, Socin. consi. 17. vol. 3. & con-
ductori electo, Ruin. consi. 58. nu. 4. vol. 4. idem
in vasallo usufructuario, & in omni habente na-
turalem possessionem, Corn, consi. 280, volu, 4.
& idem in cessionario. Bald, consi. 309. vol, 3. &
administratori Hospitalis, Rot, decisi. 6. de rest,
spol. ac etiam hæred, Cagnol. l. hærede. nu. 22. ff. de
35 reg. iu. Decimooctauo not. † quòd qualitercun-
que quis cadat à possessione, præter quam ex cau
sa iusta, semper competit ei remedium recupe-
randæ, Ant. c. cum ad sedem, de rest. spol. not. c. sæ
pe. eod. tit. ex quo sequitur quod hoc remedium
non competit malæ fidei possessori, Imol. d. c. sæ-
pe, Ale. consi. 94. vol. 2. Bertr. consi. 54. nu. 3. vol.
1. Secundo hoc idem, quando quis caderet à pos-
sessione ex iusta causa, c. reintegrandæ, 3. q. 1. De-
cis. Neap 392. Tertiò nõ datur simoniaco, Cassad,
decis. 1. de sim. & ei, qui illud resignauit benefi-
cium, & ei, qui duo beneficia imcompatibilia te-
nuit, Rom, cons, 449. Crau, consi, 58, nu, 9, Quar-
to hoc idem, quando quis cadit à possessione vigo
re contractus, & traditionis voluntarie factæ ab
ipso possidente, Ale. consi. 92. volu. 1. Socin. consi.
36 39. vol. 3. Quintò † emphyteutæ, qui cecidit à iu-
re ob canonem non solutum, non datur hoc reme
dium, Ale, consi, 6. vol. 3. Decis, Neapol, 392. in 2.
dubio, Corn. consi. 271, vol, 3. Sextò & vlt. non da
37 tur ei, † qui cadit à possessione propter negligen
tiam per spatium decem annorum, Ale, consi. 94.
vol, 2. Abb. c. accedens, nu, 19. vt lit non cont. da-
tur tamen hoc remedium etiam contra bonæ fi-
dei possessorem, qui habet causam à non vitioso
authore, gl. & Doct. c, cum ad sedem, de rest, spol,
Doct. c, si diligenti, de præscr. Ale, cons. 117. vol. 2,
38 Item † datur contra hæredem, cuius auctor sol-
uere consueuerat aliquid singulis annis; Guid,
quæst. 629. Tertiò datur etiam contra Fiscum,
Calcan. consil. 65. & hæc sufficiant quo ad reg,
qua habetur, Spoliatus ante omnia restitui de-
bet.

F I N I S.




# DE FORTVITIS CASIBVS PARS PRIMA.

## SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI,

## Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostol.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnes actus humani, aut voluntarij sunt, aut involuntarij.*
2 *Inuocatio Diuini nominis quid operetur.*
3 *Diuisio bona debet esse bimembris.*
4 *Artis progressus à generalibus incboatur.*

### *Præfatio huius Operis.*



1 OMNES hominum † actus aut voluntarij sunt, aut inuoluntarij. Mar. Salom. l. 1. nu. 1. & seq. ff. de legib. De his, qui præter intentionem contingunt operæ pretium esse duxi, nonnullos casus in isto meo tractatu congerere, & inuocato Dioino Trinitatis præsidio, quo conse-
2 quamur bonum initium, melius † medium, & optimum finem, vt dixi in tract. de leg. & stat. in præfat. num. 2. per c. in nomine Domini. de test. leg. Deo nobis. c. de Episc. & cle. hoc ordine vtar,
3 quia † omnis bona diuisio debet esse bimembris. §. omnium. Inst. de action. Totum hoc opus diuidam in duas partes, in quarum prima generaliter ponam plures casus, qui maximè conducere videntur ad declarationem casuum secundæ partis,
4 cum omnis artis † progressus à generalibus præceptis rectè ducatur. l. 1. ff. si cer. pet. §. his igitur. Inst. de iust. & iure. Dixi ego in tract. de regul. iur. Procemio nu. 1. & seq. in secunda vero dicemus de singulis fortuitis casibus in specie, quibus declaratis erit finis impositus huic tractatui.

*SVMMARIVM.*

1 *Intentio iudicat omnes hominum actus.*
2 *Intentio magis declaratur facto, quàm verbis.*
3 *Verba sunt inuenta, vt dicentis animum explicent.*
4 *Intentio est imperatrix verborũ radixq; linguæ.*
5 *Intentio magis quam verba est consideranda.*
6 *Voluntas est in verbis sicut facies in speculo.*
7 *Voluntas & potestas in omni actu requiritur.*
8 *Voluntate e medio sublata omnis actus est indifferens.*
9 *Propositum in mente retentum nihil operatur.*
10 *Voluntas est tamquam pŏstbumus.*
11 *Intentio necessaria in sacramentis.*
12 *Statuentium mens attendi debet.*
13 *Priuilegiantis intentio debet attendi.*
14 *Præscribentis intentio est sequenda.*
15 *Testatoris mens est attendenda.*
16 *Mens dubia ex vicinis scripturis declaratur.*
17 *Voluntas testatoris est altera lex.*
18 *Voluntas testatoris debet esse conformis cũ lege.*
19 *Voluntas testatoris debet esse licita.*
20 *Mens testatoris est adimplenda in forma specifica.*
21 *Contrahentium mens inspici debet.*
22 *Mens colligitur ex serie instrumenti.*
23 *Vltimæ volũtati magis fauetur quam contractui.*
24 *Delinquentium mens est attendenda.*
25 *Iudicis mens in sententia debet sequi.*
26 *Voluntariũ nõ dicitur, quod fit ex dispofit. legis.*
27 *Personæ qualitas facit præsumi intentionem.*
28 *Voluntas coacta voluntas est.*
29 *Intentio ad ignorata non extenditur.*
30 *Intentio solo iuramento probatur.*

### *Quæst. I. Primæ partis.*



COMMVNIS regula est, quod quicquid agunt homines intentio iudicat omne. no. l. 1. C. de Sycar. l. 3. ff. de tab. exhib. Aldobr. §. in fraudem. nu. 6. insti. quib. ex caus.
1 man. † non licet. Asin. l. at si quis. §. si quis. nu. 6 ff. de reli. & sump. funer. Io. And. c. susceptum, nu. 1. de rescr. c. quamuis. nu. 1. de præb. Imo. l. etiam. nu. 3. ff. sol.

ff.sol.matr.Alex.consi.119.nu.33.vol.6.Are.consi. 56.num.2.Rimin.consi.25.nu.5.vol.3.Mandos. 4.q.reg. de Idiom.nu.11.Rol.consi.72.num.43.
2 vol.1.Paris.cōsi.72.nu.6.vol.4.† Quę magis decla ratur facto quam verbis. Ceph.consi.18.num.8. Grat.consi.29.nu.29.vol.1.Quamuis inuenta sint verba vt dicentis animum explicent.l.Labeo.ff.de supell.leg. Alciat.libr.1.in prin.de verb.sig.Mens
3 tamen videt † & audit. Asinius in Praxi Iud. §.7.
4 c.5.lim.90.nu.13. & est † imperatrix verborum radixque linguæ.Curt.consi.129.nu.3.vol.2.cōsi. 121.nu.12.Ideo magis mens & intentio conside randa est, quam verba. Zabar.c.quanto.nu.2. de priuileg.Alex.l.hæres.§.cum ita.nu.3.ff.ad Treb. Angel.l.ius autem. §. nam & ipsum. ff.de iust. & iure Bal.l.1.C.Plus val.Quod agitur.Idem l.Gallus.§.& quid si tantum. num.2.ff. de lib.& posth.
5 Ber.c.in præsentia nu.245.de prob.† Iohan.And. c.degradatio. nu.5.de Pœnit.Paul.l.si quis filium. nu.3. C.de lib.præt.Ripa lege hæredes. nu.20.ff. de vulg. idem in tit. de Emph. Resp.1.nu.8.Mattheſ.sing. 110.nu.49.Mantua sing.218.nu.2.Socin.l.vbi nu.3.ff. de rebus dub. Specul.tit.de test. §.5.nu.4.Ber.q.146.nu.1.Mād.4.q.reg.16.Canc.
6 nu.2.voluntas enim † est in verbis sicuti facies in speculo.Rol.consi.96.num.17.vol.2.not.Tamen
7 quod non solum † voluntas sed etiam potestas in quolibet actu requiritur. Cephal. consil. 135. num. 24.consi.152.nu.7.Grat.consi.9.num.172. vol. 1.Port. conn.150.num.1.Mand.8.q.13.reg. numer.2.Alex. consi.123.nume.1.volum.4.Dec. consi.288.nu.6. Voluntate tamen è medio sublata
8 † omnis actus erit indifferens. Ang.l. hunc titulum.§. remouet. num. 2.ff. de Posthu.hær.inst. & propositum in mente retentum nihil operatur.Ceph.consi.253.numer.32.Castan.consi.54. numer. 41.Port.consi.81.num. 33. Socin.reg.20. Fall. 2.l.si repetēdi.C.de cond.ob causam.Mand. 4.q.11.reg.numer.3.Roland.consi.77.nume.30.
9 volum.1.Dec.l. si † ego numer. 5.ff.si certum pet. consi.542.nu. 10. est enim tanquam Posthumus
10 existēs in utero † qui si non producitur in lucem nihil operatur.Iasl.l.1. nu.9.ff.de cond.causa data Mas.si.sing.577.numer.4.Ampl.primo hoc maxime
11 † procedere in sacramentis . Bellam. c. solent de consecrat. distin.4. secundo Ampl.in statutis, mens enim & ratio statuentium debet attendi.Alba.consil.71. numer. 5. Ancbar. consi. 74.nu.2.
12 Socin.Iun.l.cum filio.num.61.ff.de leg.1.† Paris. consil. 44.num.11.volumin. 2.Port.instit.de leg. par. iur. numer.2.Rolan.consi.77.num.45.vol.3. Rom.consi.433.numer. 2.Angel.consi. 147.nu.2. Bart. l. contra.numer. 1.ff.de leg.Ber. consi. 141. numer. 3. volumin.3. Deci. consi. 64. numer. 7. Paul.l.e.vbi numer. 2.ff.ad Trebel. l. cum mulier. numer. 8. ff.sol.matr. Petr.sing.110.num.46.Socin.consi. 12.nu.8.vol.4. consi.10.nu.10.vol. 3. consi. 108.nu.13. vol.4.Alber. libr.1.stat.q.106. numer. 5. Gem. tract. de test.numer.139.Tertio
13 Ampl. in priuilegijs, † quæ interpretantur secundum intentionem concedentis. Ripa. resp. 6. numer. 14. tit. de diu. rescr. Quarto hoc idem in rescript. magis enim rescript. mens conside-

14 ratur † quam verba.Iasl.l. iurisgentium. §. prætor air,nu.16.ff.de pact.Quinto ampli.in vlti. vol. & præsertim in fideicommissis , quia mens testato-
15 ris † vincit verba.Alba consi.24.nu. 12. quæ colligitur ex coniecturis.Alba consi.19.nu.8. consi. 51.nu. 11. quæ cum sit dubia ex vicinis scripturis declaratur . Anch. consi. 152.nu.3.consi.219.
16 nu.4.consi.152.nu.2.† Cagn.l.precibus. nu.191. C.de impub.& alijs subst.& est seruanda sicuti al tera lex.§.disponat.Auth.de nupt. Socin. l. 1.nu.
17 319.ff.† de leg.2.l.Gallus.§. quidam. nu.3. ff.de lib.& posth.Ceph.consi.137.nu.31.consi.16.nu. 41.consi. 183.nu.66.Corn.consi.141.nu.7.vol.4. consi.258.nu.2.vol.1.Crau.consi.88.nu. 5. Cur. consi.111.nu.6.vol.2.Castan.consi.22.nu. 19. gl.
18 Clem.de relig.dom.dummodo † ipsa non sit con tra legem.Bar.l.nemo.ff.de leg.1.l.filius.ff.eodem Grat.consi.54.nu.33.vol.2.Lamber.tract.de iure patr. art. 1.q.9.§. 1.nu. 48.Paris.consi.26.nu.21. vol.4.Port.consi.55.nu.79.Rol.consi.76.nu.30. vol.1.consi.70.nu.38.vol.3.Rom.consi.179. nu. 5.Ruin.consi.104.nu.7.vol.2.Ale. l. cum ex filio. ff.de vulg.l.quidam,nu.3.ff.ad Trebell. consi.91. num.6.volum.1.Ang.consi.65.num. 5. Are.consi.
19 67.nu.8.Bal.l.† testamentum.num. 1. ff.de testamen.vel etiam non sit illicita. Bal.l.pater. nu.2.de hæred.inst.Ber.consi.51.nu.38.vol.2.Dec. consi. 621.nu.4.Goffr.l.hæredis.num. 2.ff. quando dies leg.ced.l. Marcellus.§.res quæ.nu.8.ff. ad Trebel. Iasl.l.hæc verba, nu.29.ff.de leg.1.l.quamuis, nu. 2.C.de fideicom.Imol.l.his verbis.nu.3. ff.de hæred.inst.Paul.consi.123.num.2. volum. 1. l. si ita. §.Sabinus.num.2.ff.de verb. oblig. Ripa in tit. de subst.& pact.in matri.adiect.resp.1.num. 18. Salycl.l.cum virum.nu.2.C.de fideicom. Soc. l. Gal-
20 lus.§.nunc de lege,num.8.ff.de liber.& posthum. decis.Perus.23. num. 40. & debet adimpleri † in forma specifica.Roch.tract.de iure patro.ver.pro eo.num.31. item not. quod voluntas ab intestato est minus potens voluntate testamentaria. Meno. tract.de adipiscen.remed.4.num.68.l.fi.C.de institu.& substit.l.precibus.C.de impub.c. si pater, de testam.6.Tiraq.tract.l.mor.Saisit, par.2. decl.
21 10.num.15.Sexto ampl.in contractibus † in quibus mens contrahentium præcipue attenditur. Alba consi.7.num.4.Anch.consi.204. nu.4. Cag. l.frater.nu.100.ff.de cond.indeb.Soc.Iun. rubr.ff. sol.matri.nu.17.Corn.consi.196. num. 12.vol.2. consi.160.nu.1.vol.1.Crau.consi.33.nu.21.consi.15.nu.7.Paris.consi.92.nu.28. vol.1. consi.64. nu.37.vol.1.decis.Pedem.164.nu.11. Soc. consi.
22 46.nu.12. vol. 1. Quæ quidem † colligitur ex serie instrumenti.Abb.c.cum dilecti.nu.3. de don. Ang.consi.65.nu.3.Dec.consi.697.nu.6. magis ta
23 men spectetur † vlt.vol.quam contractibus . Imol.l. si insulam,num.27. ff. de verb.oblig.Paul.consil. 148.nu.2.uol.1.cōsi.10.nu.13.vol. 3.l.in testamē tis.ff.de reg. iur.Septimo ampl. in delictis, volun tas enim & propositum distinguūt delicta. Ald.§.
24 in fraudem. nu .2.inst.quib. ex causis † man.non lic.Anch.consi.241.nu.2.consi.175. nu. 2.Ceph. consi.76.nu.28. Cagnol. rub.ff. si cer.pet.num.9. Gra.consi.205.nu.34.Grat.consi.73.nu.22.vol.2.

Port.

Port.§.Apium.nu.12.Inſt.de rerum Diuiſ.Zab.c.
ad audientiam de torneam. Abb. c.cum voluntas
nu.3.de ſenten.exco. Alex. conſi.144.nu.8.vol.2.
Angelus.l.Diuus.nu.1.ff.de Sic. l.qui iniuriæ.nu.
1.ff.de Furt.Aret.conſi.116.nu.9. Bald. ſuper li-
teris.nu.15.de reſcr.Bellam. c.Quos conſtituerit.
nu.41.1.q.1. c.nuper.nu. 3. de Bigam.Dec.conſi.
234.nu.2.Marſi.ſing.176.nu. 1.Alb.lib.de ſtat.q.
30.nu.4.Iohan.And.c.Quæ contra nu.11.de reg.
iu.6.Guid. q.555.nu.2.Ber.q.2.nu.7. Tind.tract.
de teſtibus nu.12.Aegid.Baſſ. tit.de homic.num.
40.Not.doc.cõ.c. 1.& ſeq. de hom.vol.& in vol.
coniecturæ autem delicti perpetrati ex intentio-
ne plures ponuntur per Menoch.tract.de Arbitr.
iud·lib.2.Cent. 4.Caſ.561.vbi tandem concludit
hoc totum iudicis arbitrio relinqui ibidem num.
25 48. Octauo ampl. in ſententia † iudicis Paul.leg.
ſi ex teſtamento nu. 2.ff. de exc.Papienſ.in forma
appell.à ſent·diffin. gl.occaſione nu.4. Nono hoc
idem in Arbit.Paul.conſi.424.nu.2. vol.1.Quod
dictum,ita Amp.& not. quod voluntarium factũ
hominis non dicitur illud quod fit ex ipſa legis
diſpoſitione Albr. conſi.50.nu. 13. ſecundo not.
quod cum vertitur alicuius præiudicium eius cõ-
ſenſus requiritur Anch. conſi.243.nu.6.
26 Qui conſenſus ex proceſſu † iudicatur, Ber. c.
cum dilecti de empt.& vẽd. & ex facto ipſo, Cra.
conſi. 150.nu.4.etiam in brutis.§.ceruus.Inſt.de
rerum Diuiſ.Bellam.c.conſtitutis de eo qui mit.in
poſſ. ſi igitur conſenſus eius requiritur de cuius
præiudicio agitur, ſequitur, Quod donandi ani-
mus non præſumatur, niſi probetur Anch.conſi.
180.nu.8.Cot.conſi.76.nu. 7. vol. 4.Tertio Not.
Quod ex qualitate perſonæ præſumitur intentio.
27 Cephal.† conſi.76.nu.32.conſi.206.nu.12.Quar
to not. quod etiam ex actu nullo declaratur inten
tio Cagnol.Rub.C.qui adm.nu.107. Crau.conſi.
213.nu.7.Grat.conſi. 7.nu. 25.conſi.124.nu. 17.
28 volum.1.Quinto no.Quod † coacta voluntas,uo
luntas eſt Port. Inſt.de patr.pot.nu. 11.Ale.conſi.
93.nu.7.vol. 5.dicitur tñ voluntarium mixtũ Di-
dac.in 1.Decr.c. 4.nu.12.c.merito.15.q.1.Bald.l.
Pen.C. quomodo & quando Iudex.ſexto.not.qđ
intentio non extenditur ad ignorata nec etiam ad
impoſſibilia. Crau. conſi.309. nu. 7.vt dicam in-
29 fer.latius ſuo loco † in 3. & Quarta quæſtione.Se
ptimo not. quod ea quæ habentur in animo ſolo
iuramento probantur.Mandoſ. 4. q. 5. reg.nu.2.
per teſtes enim probari non poſſunt. Rol. conſi.
11.nu.11.vol.3.Ruin.conſi.1. nu.4.vol.1.Abb.c.
paſtoralis.§.cum autem nu.4. de offic.deleg. Ang.
leg.fulcinius. §. ſi is ff. quibus ex cauſ. in poſſ.ea-
tur.Bart.leg.ſiue poſſideris nume. 7.C.de probat.
Iaſ.leg.admonendi nume. 263. ff.de iure iur.glo.
30 §.aliæ inſt.de † action.niſi eſſet in contrarium prę
ſumptio iuris.Bart.l.inter. §.teſte.ff.de furt.Imol.
cap.2.de conſt.

*S V M M A R I V M.*

1 *Error valde contrarius conſenſui.*
2 *Error quid ſit.*
3 *Error quotuplex ſit.*
4 *Error iniuſtus quid ſit.*
5 *Errorem allegans tenetur illum probare.*
6 *Errorem præſumi non facit actus geminatus.*
7 *Erroris correctio quando admittatur.*
8 *Error præſumitur potius quàm dolus.*
9 *Error paruus in principio maximus fit in fine.*
10 *Errans & dubitans quommodo æquiparentur.*
11 *Error communis facit ius.*
12 *Error iuris perplexi qualiter excuſet.*
13 *Erronea confeſſio nulla eſt.*
14 *Aduocati error quando noceat.*
15 *Notarij error non vitiat ſcripturam.*
16 *Error in nomine non vitiat.*
17 *Error in confinibus non vitiat.*
18 *Error calculi non vitiat.*
19 *Agnitio non impeditur per errorem.*
20 *Solutio per errorem repeti poteſt.*
21 *Poſitionis reſponſio vitiatur per errorem.*
22 *Error à periurio excuſat.*
23 *Contractus per errorem initus reuocatur.*
24 *Sententia lata per errorem reuocatur.*
25 *Scribentis error non nocet teſtamento.*
26 *Appellatio reuocatur per errorem.*
27 *Impetratio beneficij per errorem vitiatur.*
28 *Error impedit tranſlationem Dominij.*
29 *Electio erronea reuocatur.*
30 *Iuris error impedit præſcriptionem.*
31 *Error iuris non prodeſt in vſucapione.*
32 *Proceſſus verus errore non impeditur.*
33 *Matrimonium contractum per errorem nullum eſt*
34 *Inuentarium non vitiat error.*
35 *Error ſtatuti vitiat actum.*

## *Quæſt. II. Primæ partis.*



1 VIA conſenſui † nihil magis
contrarium eſt quàm error Al-
dob.§.ius autem nu.24.inſt.de
iure nat.gent.& Ciu.Anch.cõſ.
228.nu.2. Ideo videamus qui-
bus in cauſis error vitiet actũ.
Pro cuius caſus reſolutione non nulla prius hic
2 notanda ſunt, & Primo † quod error eſt priuatio
veritatis cauſata in intellectu propter falſam ima
ginationem no.l.ſi per errorem. ff.de iuriſd.omn.
iud.Ghirland. de quæſt. ad tort.nu.10.Bald. l. ea
quidem nu.11.C.qui accuſ. non poſſ.Errare enim
eſt aliud pro altero putare Spec. tit.de confeſſis.§.
2.nu.2.Lambert.tract.de iure patr.art.13.q.2.38.
2.lib.nu.2.ſecundo not.quod triplex eſt error.Pri
3 mus dicitur † iuſtus, ſecundus iuſtiſſimus, tertius
eſt iniuſtus.Iniuſtus error eſt in ꝓprio facto nulla
aſſertione Ductus, vt intraui poſſeſſionẽ quia puta
ui mihi Donatũ not. l. quãquam. ff. ad vell. idem
4 eſt in errore iuris qui dicitur iniuſtus † error not.
l.nunquam. ff.de vſucapio. hoc idem eſt in facto
proprio, ſed ſuaſione aduerſarij, not. l. ſi exiſti-
mas.ff.pro emptore. Iuſtiſſimus error eſt in facto
alieno, vt ſi procurator meus qui emit pro me ita
didit mihi, not.l.quod vulgo. ff. pro emptore.l.1.
ff.pro ſuo. Item hoc idem ex euidẽtia rei, vt quia
erat pupillus & apparebat maior.l.2. §.ſi a pupil.

ff.pro

ff.proemptore. Item ex publica fama, & opinio-
ne.l.cum quidam.§.quod dicitur.ff. de acquiren.
hæredit.Vital. in tract. Clau. ver. non errore du-
ctus,numero tertio.Ber.capit.de quarta, numero
vigesimo,de præscript.Faber.§.error,numer.pri-
mo.Instit.de vsucapion.Bellam.c.vigilant,nume.
48.de præscrip.Balb.l Celsus,num.36.ff. de vsu-
capion.Aret.§.nouissimè,num. primo, de vsuca-
5 pion.Tertio not.quòd allegans errorem † tenetur
illum probare.Vital.dicto loco,num.64. Angel.l.
non fatetur,num.primo,de confess. Aret. consil.
112.num.2.Bal.l.creditur.§ Titius, nume. tertio.
ff.de sol.Imol.l.Titius,nom.tertio,de sol.Imola.l.
Titius,num.3.de testamentis.Port. consi. 96. nu-
me 12.Bossius titu.de confessis,num.71. quæ pro
batio fit per testes quando est error actorum Asi-
nius in praxi iud.§. 14.cap.quinto.num. sexto, si
verò fuerit error in testamento probari debet per
tot testes quot interuenerunt in testamento. Soci.
Iun.rubr.de acquiren.possess. num. 118. Asin.de
praxi iud.§.19.c.6.nume. 2. Tertio si fuerit error
in legatis eodem pacto debebit probari.Bal. l.fin.
C.de fideicomm.Doct.cap.relatum, de testamen.
Guid.decisio.773.num.primo,consi.quarto, vol.
4.num.primo.Dec.consi.350.num.5. Quarto no.
6 quòd actus geminatos † non facit præsumi erro-
rem,dixi ego in tracta.de regolis iuris. reg. 3. am
pliat. 42. quamuis errantis actus nullius sit mo-
menti regulariter.Goffred.l. qui in aliena, nume.
7.ff.de acquiren.hæred.Ias.l.insulam,num.2.ff.de
præscript.verb.Marhel.sing.36.nume. 6. Quinto
not.quòd error corrigi potest. vsq; ad sententiam
Neoiz.consi.94. num. 17. non tamen admittitur
7 erroris correctio, nisi refectis † expensis si iudici
videbitur.Dec.l.edita, numer.64. C. de edendo,
Asinius in praxi iud.§.32.cap. secundo. Amplia.
15.num.2. alioquin qui non corrigit errorem vi-
detur consentire in illum.cap.error.83.distinct.c.
proximus,de pœnitent.distinct. 2. Iulius Ferrett.
in tract.de Duello.nume.40.Tyndar.tract. de te-
stibus,nume.secundo.Sexto not.quòd potius præ
8 sumitur error † quàm dolus.Rom.consi. 142. nu
me. 12.volum.quinto.Menoch.de arbitr.iud. lib.
1.consil.4.Cass.309.numer, 8. Asin. inter consil.
crim.consi.13.nume.9.Francisc.consi. 129. num.
38.Alexand.consi.45.num.9.volum.1. Aret. con
si.47.numer.3.Berth.consi.189.num.9.volum. 3.
Dec.consi.173. num. 5. idem dicitur de donatio-
ne,nam donatio non præsumitur,sed error. Rol.
consi. 11.num.47.Giat.consi.16. num. 44. volu.
primo.Corn.consi.114. volu.quarto.Item præsu-
mitur error, vbi aliter factum, quàm dictum repe
ritur l.sed etsi.ff.de condit.indebit. Vital. tractat.
Clausul.in clausul.1.nume.2. Præsumptio tamen
erroris tollitur alia præsumptione contraria. Ce-
9 phal.consi.108.num.10.Septimo † not. quòd par
uus error in principio maximus fit in fine. Ne-
uiz.in silu.nupt.lib.quarto,num.51.Rolan. con-
sil.94.num.31.volumin. secundo, non tamen er-
ror in syllaba vitiat actum. quia de minimis lex
non curat.Corn.consi.80.num.7. volumi.tertio.
consil.71.volum.primo.dixi ego in tractat. de re-
gulis iuris.reg.quinta, numero primo,& sequent.

10 Octauo not. † quòd licet errans & dubitans æqui
parentur.l.fin.C.de condictio.indebi.Alexand.l.si
per errorem.ff. de iurisdictio. omnium iudicum.
differt tamen error ab ignorantia, quia error non
currit cum veritate, sed ignorantia se habet pari-
ter ad verum.sicut ad falsum, & cum vtraque per
miscetur.Bal.l.falsus.nume.tertio, quæst. prima.
C.de furt.Specul.titul.de depos.§.septimo, ver-
sicu.duodecimo. error enim est applicatio animi
ad falsum.Bal.l.quidam,column.nona.C. de iure
deliber.Specul.§.secundo, titu. de confess. Nono
11 nota. † quòd communis error facit ius. l. Barba-
rius.ff.de offic.Præs.not.l.de testamen. l. secunda.
C.de senten. experiū. recit. non. tamen excusat.
scientem errorem.Dec.consi.407. num.secunda,
quod verum est si sit in possessione vel quasi is de
quo est error. Abb. capitul. consultationibus, de
iure patronat.Cardinal. Clemen. prima quæstio.
13.de regulat.Alexand.consi. 138. volumin.pri-
mo. fallit in spiritualibus quia error nihil opera-
tor,nisi in contentiosis.Archidiac.cap.primo, vn
decima quæst.tertia.Bal.l.secunda. C. de sentent.
& interloc.omnium iudicum, in his quæ sunt or-
dinis error communis non facit ius Abbas. capit.
Apostolica,numer. primo, de presby. non Bapt.
Bal.in l.si arbiter.nume.decimo. C. de sentent.&
interlocuto. omnium iudic. Ferretus,consil.octa-
uo, nume.tertio. Cassa.consil.68.numer. 43. Am-
plia.& limit.hoc no.per Anto.de Gabriel.in titul.
de probat. conclusio. octaua. Decimo & vltimo
12 not. † quòd error iuris perplexi, ita excusat sicut
error facti, item non nocet cum tractatur de dam
no euitando. Calef. inter consil.crimin.consi.58.
nume.quinto.Ang.consil.70.nume. vigesimoter-
tio,item excusat a dolo Paul.consi. 147.glo.l. pri-
ma ff.si quis ius dic. non obt. nisi sit iuris peritus
Bal.rubr.C.de pœna iud.qui male iud.l.secunda,
ff.quod quisque iuris.quod autem error dubij iu
ris æquiparetur errori facti.Corn.consi. 148. vo-
lumin.secundo.Fel.cap. de quarta, de præscript.
error tamen facti cadit in sapientem virum. Bald.
authen. ex causa, column. vndecima.C.de liber.
13 præter. † His ita suppositis quia dictum est errorē
excludere consensum.Ias.instit.de act.§.item.nu-
me.55.d.l.si per errorem, ff.de iurisdict.omnium
iudicum.Ampliat.primo, vt confessio erronea sit
nulla.Specul.tit.de deposito.§.octauo, vers. quid
ergo.Bal.consi.150.volum.secundo, nom.2.quæ
quomodo reuocari possit.not.Vital.dicto loco.nu
me.52.& seq.Bossius titu.de confessis, nome.64.
14 not.leg.non fatetur.ff.de confess. † Socin.tractat.
lit hoc nisi periret species quę sit causa finalis obli
gationis quantitatis. secundo fallit nisi creditor
fuerit in mora recipiendi oblatam quantitatem,
tunc non est æquum debitorem teneri pecunia
amissa, quia non teneretur si creditor accipere vo
luisset. leg.qui decem. ff.de solut.& eo casu debi-
tor liberatur ope exceptionis, fallit tertio nisi ali
ter conuentum sit.l.periculi. ff. de naut.Fœn.quia
contractus ex conuentione legem accipiunt. l. 1.
56 §. si conueniat. ff.de pos. quarto † fallit vbi cótin-
git quantitatem in totum perire, vt si debitum sit
in aliqua pecunia quæ quidem deinde reprobe-
tur à principe, debetur tamen tanta quantitas ex
alia, quia licet liberetur ab illa solutione non ta-
men liberatur à totali obligatione. not. leg. cre-
ditor. ff. de solutio. nempe à solutione extima-
tionis. leg. Paul. ff. de solut. quinto fallit in debi-
tore ex contractu principaliter celebrato in fauo-
rem ipsius creditoris.leg.Titius.ff.de præsc.verb.
57 sexta † conclusio sit quòd debitor generis interi-
tu rerum suarum non liberatur quia genus peri-
re non potest. leg. in ratione. §. in certæ. ff.ad leg.
Falcid.leg.incendium. C.si cert. pet. septima eli-
citur, conclusio quod difficultas non impedit na
58 tiuitatem obligationis † sed bene moram com-
mittit Ripa. d. l.quod re.nu.36. Octaua concl. sit
quòd difficultas excusat debitorem facti à mora l.
si vehenda. §. idem.ff.ad l. Rhod.de iact.ampl.vt
excuset etiam à periurio quod incurritur propter
moram in faciendo c. breui de iure iur. secundo
ampl. vt procedat etiam in debitore facti explicá
di in iudicio. l. 2. ff. si quis caution. l.4. §.caro.ff.
de verbo. obligat. Tertio ampl. in debitore facti
explicandi coram arbitro.l.apud.§.si arbitrum.ff.
de exc.doli. vnde iussus comparere coram iudice
sub pœna excommunicationis latę sententiæ non
incurrit censuras si fuit impeditus. Abb.cap. 2.de
59 testib. cogen.octaua concl.sit difficultas † præstan
dæ speciei defendit debitorem à mora, nam acce-
dit impossibilitati. l. cum seruus. l. cum res. ff. de
leg. 1. Amp. etiam si debitor negaret se debere:
declaretur tamen quando difficultas fuerit tanta
quæ casui fortuito assimilaretur. l.quoties.§.in po
testate. ff. de noxal.Item declaratur quando diffi-
cultas venit post contractam obligationem secus
si suberat à principio & erat debitori nota ne cre-
ditor delusus videatur. l.pen. §.magistratum.ff.de
60 exercit.l.pœn. ff.de iur.dot. Nona † conclusio col-
ligitur ex prædictis quia difficultas non excusat
debitorem quantitatis à mora & est comm. opin.
vt per Rip.d.leg. quod re.nume.52. quib.ita con-
clusis aut quæritur de pœna vel obligatione quæ
committitur per conditionis euentum & ab hac
difficultas non excusat. l. in illa. ff. de verborum
obligat. Aut quæritur de mora & tunc subdistin-
gue,aut de mora regulari, aut irregulari, primo
casu aut agitur de obligatione à lege introducta
propter moram, & ab hac difficultas excusat,aut
agitur de obligatione conuentionali causata pro-
pter moram, & difficultas ab hac non defendit
debitorem.leg. ad diem de verborum obligat. se-
cundo casu difficultas excusat debitorem,in casi-
bus tamen in quibus non excusatur debitor pro-
pter difficultatem, si tamen à iusta causa difficul
61 tas causata fuerit succurrendum † est debitori be-
neficio restitutionis in integrum ex causa genera-
li. Barth.l.cum filius.§.in hac.ff.de verbor.oblig.
& nota quod quamuis magna difficultas æquipa-
retur impossibilitati. est tamen hæc differentia
62 inter istas quia difficultas † dicitur impedimen-
tum personæ non iuris, vel naturæ, impossibilia
verò dicuntur, quæ à iure vel natura fieri impe-
diuntur. leg. inter. §. sacram. ff. de verbo. oblig.
Baet. leg. 1. ff. de condit. instit. & quæ dicta sunt
quòd difficultas excusat procedunt non solum
in contractibus, & iudicijs, sed etiam in vltima
voluntate. Goffred.leg.si quæramus. numer. 19.
63 ff. de testamen. ille verò qui proponit † aliquem
dedisse impedimentum ad testandum tria copu-
latiuè ipse debet probare. Primo, quod fuerit
impeditus per actus producentes prohibitio-
nem: secundo quod ille impeditus eo tempore
volebat testari. Tertiò quod impeditus volebat
instituere hæredes querelantes. Paris. consil. 67.
num.30.volumin.3.


*SVMMARIVM.*

1 *Impossibilium nulla est obligatio.*
2 *Impossibile quid sit.*
3 *Dispensatio vbi requiritur impossibile reputatur.*
4 *Lex noua vbi requiritur construi dicitur impossibile.*
5 *Voluntas vnius vbi requiritur dicitur impossibile.*
6 *Difficile valde dicitur impossibile.*
7 *Quod fieri non potest de iure neque secundum naturam fieri potest.*

*Mor-*

8 *Mortis periculo quod sit impossibile dicitur.*
9 *Miraculum quod requirit impossibile creditur.*
10 *Beneficium extraordinarium quod requiritur impossibile iudicatur.*
11 *Principis factum quod requirit impossibile iudicatur.*
12 *Ciuitatis factum quod requirit dicitur impossibile.*
13 *Perplexitas facit factum dici impossibile.*
14 *Contrariorum repugnantiam continens dicitur impossibile.*
15 *Restitutio in integrum vbi requiritur dicitur impossibile.*
16 *Impossibile de iure de natura de facto & contra bonos mores æquiparantur.*
17 *Deus impossibile non iubet.*
18 *Differt multum, an impossibilitas sit in dispos. an vero in conditione.*
19 *Impossibile dicitur quatuor modis.*
20 *Impossibilitas duplex.*
21 *Contractus vitiatur ex impossibilitate.*
22 *Stipulatio rei impossibilis est nulla.*
23 *Creditor qui non potest reddere chirographum liberatur dando apocham.*
24 *Emphiteuta excusatur à caducitate ratione impossibilitatis.*
25 *Facti impossibilitas non inducit petitionem ad interesse.*
26 *Impossibilitas superueniens intra terminum excusat, non extra lapsum termini.*
27 *Periurus non efficitur propter impossibilitatem.*
28 *Vltima voluntas quomodo vitiatur ex impossibilitate.*
29 *Executor qui adimplere non potest mentem testatoris quomodo excusetur.*
30 *Negatiue impossibilitas apposita quomodo intelligatur.*
31 *Iudicia quomodo reddantur nulla ex impossibilitate.*
32 *Confessio fundata super impossibili non præiudicat.*
33 *Testi deponenti impossibilia non creditur.*
34 *Sententia dicitur nulla siue sit impossibilis de iure siue de facto.*
35 *Pœna excusatur ex impossibilitate.*
36 *Appellans excusatur propter impossibilitatem.*
37 *Executio non impeditur ob impossibilitatem.*
38 *Præscriptio non currit stante impossibilitate.*
39 *Exhibitionis tempore superueniens impossibilitas excusat.*
40 *Matrimonium contractum sub conditione impossibili non redditur nullum.*
41 *Distinctio multiplex quomodo procedat regula.*
42 *Ratio quare impossibilium nulla sit obligatio.*

## *Quæst. V. Primæ partis.*



IMpossibilium nulla est obligatio.
l. impossibilium de reg. iur. c. ne-
mo potest de regu. iur. 6. l. si stipu
ler. ff. de verbor. oblig. l. cum hæ-
1 res. §. 1. ff. de † statu liber. §. im-
possibilis inst. de hæred. institu.
Bal. l. eam colum. 9. C. de fid. l. si decesserit. ff. qui
satisd. cog. Euer. in loco ab impossibili. num. 1. gl.
d. c. nemo potest Mars. in praxi Crim. §. sequitur
numer. 32. Dixi ego in tractatu de leg. & stat. par.
3. quæstio. 8. numer. 9. Paul. l. fin. numer. 7. C. de
fide instr. Salu. inter consilia diu. consi. 7. nume. 4.
Aret. consil. 142. nu. 2. Marsi. tractat. de fideiuss.
numer. 152. Cassan. in consuet. Burg. §. 7. versi. sed
pone, numer. 9. Corn. consil. 55. numer. 9. volu. 2.
Capic. Decisi. 95. numer. 8. Roland. consil. 43.
numer. 25. volumin. 2. pro cuius dicti declaratio-
2 ne notandum est primo quod impossibile † est il-
lud, quod de iure vel facto expediri non potest.
Spieg. in lexico. ver. impossibile quod continge-
re potest multis modis. Primo vbi requiritur di-
3 speusatio dicitur † impossibile, Angel. leg. conti-
nuus. §. cum quis numer. 2. ff. de verbor. obligat.
vt modo dicam: secundo hoc idem quando ali-
quid non est honestum. Pet. ghir. sing. 82. numer.
tertio hoc idem vbi ad obtinendum aliquid lex
4 noua requiritur Bart. l. continuus. §. cum † quis
numer. 6. ff. de verbor. obligat. Ias. in add. ad port.
§. si impossibilis numer. 2. inst. de inu. stip. Ang.
leg. in fideicommissi. numer. 2. ff. de vsufruct. quar
5 to † dicitur impossibile quando aliquid non po-
test expediri nisi per vnam personam tantum. l.
apud. §. 2. ff. de leg. 2. Angel. d. loco, numer. 2. quin
6 to † dicitur impossibile id quod valde difficile est
dixi supra in casu proximo, differunt tamen in
hoc secundum Bart. quia facti impossibilitas ex-
cusat difficultas autem non leg. vsufructu, nume.
6. C. de vsufructu, Bellamer. cap. non nulli. nu-
7 mer. 30. de rescript. sexto † quod fieri non po-
test de iure neque de natura Bart. leg. continuus.
§. illud. numer. 2. ff. de verbor. obligat. septimo
8 impossibile † iudicatur, quod citra mortis peri-
culum fieri nequit, Grat. consil. 1. numer. 93. vo-
9 lumin. 1. octauo dicitur † impossibile illud quod
tantum fieri potest per miraculum. not. c. fraterni
tatis de frig. & malefic. Cagnol. l. impossibilium.
numer. 2. ff. de reg. iur. nono impossibile dicitur,
quod fieri solummodo potest per beneficium
10 extraordinarium. Innoc. † capitul. pastoralis. de
causa poss. & propr. decimo, quod pendet à vo-
luntate Principis dicitur impossibile not. leg.
apud. §. fin. ff. de lega. 1. Socin. leg. quidam, ff.
de rebus dubijs. natta Clement. sæpe de verbor.
significat. Aquens. leg. Gallus. §. instituens. co-
lumn. 1. ff. de lib. & posthum. Cagnol. d. leg. im-
possibilium. numer. 2. ferret. consil. 5. numer. 9.
11 Abb. c. cum † esses. num. 19. de testam. Alex. leg.
cum seruus. nume. 5. ff. de lega. 1. l. obtinuit. ff. de
cond. & dem. Ang. l. in fideicommissi. num. 2. ff. de
vsufruct. Port. §. si impossibilis numer. secundo.
Insti. de inut. stipu. Nic. de Vbald. in tract. de suc-
cess. ab intest. nu. 16. Tiraq. in tracta. lignag. §. 32.
l. vnica. nu. 56. Barb. consi. 57. nume. 15. volum. 3.
Bert. consi. 126. nume. 3. volum. 11. Bart. l. idem
§. constat. nume. 2. ff. de leg. 1. Iason. l. apud. §. con-
stat. nume. 13. ff. de leg. 1. leg. omnino. §. imputari.
nume. 3. C. de inoffi. testamento. Imola. l. hæredi-
tas. num. 5. ff. de hæred. Insti. l. qui cum maior. ff.
de bon. liber. Crotus. l. si is qui, nume. 70. ff. de
vsucap. Beren. l. vnica num. 120. C. de senten. quæ
pro eo quod iur. Natta clem. sæpe not. 4. de verb.
signif.

signifi.Paulus.leg.continuus.§. cum quis num.5. ff.de uetbo.oblig. Socin.leg. quidam nume.11.ff. de rebus dubijs. Ampliatur hoc idem procedere in his quæ pendeut à voluntate vnius Iason.leg. apud.§.constat,nume.15.ff. de leg.1.secundo hoc idem quæ pendent à potestate Principis. leg. 1.§. municipes.ff.de acq.po. Socin. consil. 74.volum, 4.declaratur hoc idem procedere in his quæ impetrari non possunt nisi maxima cum difficultate, nam in his, quæ Princeps de facili concedere solet non proceditur, ita declarat Ripa l.in quartam uume.164.ff.ad leg.Falc. per leg.1.§.permittitur. ff. de aqua quot. æst. leg.quidam. ff. de reb. dub.Cardinal. Paleot. in tracta.de no.spurijsque filijs c.28.nume.4.Cor.consi. 217.nu.5.volum.3. consi.107.nu.5.vol.4. secundo declaratur, vt licet dicatur impossibile quod pēdet à voluntate Principis,non tamen excusatur quis,nisi fecerit quod in se est supplicando Principi. Crau. consil. 121. nu.10.tertio modo declaratur vt hoc intelligi debeat quando abstractum est ab omni iustitia & nititur soli gratiæ. Decis. Canou. de acqui. rerum Dom.nu.14. Didac.in tract.de matr.p. 2. c.3.nume.8.Socin .consi.51.nu.1.vol.1.Dec.consi.177. nu.5.Tiraq.in tra.de retr.lig.§.32.gl.1.nu.63. Vndecimo impossibile † dicitur quod ex perplexitate causatur Ias.l.seruus. §.Titius nu.6.ff.de vul. Imola.l.1.num. 18. ff.de cond.Inst. Abb.consi.24. nu.1.Crau.consi. 179.nu.5.Oldr.consi.242.Port. §.si impossibilis Inst. de inut.stipul. quod dictum intellige quādo nullo probabili modo potest dissolui, secus autem si dissolui possit aliquo modo ita Abb.d.loco nu. 3. secundo declaratur, quia in materia perplexitatis debet considerari, vtrū perplexitas cadat inter res dignas vel non dignas pari fauore, nam si altera fuerit fauorabilior debet præferri & fit interpretatio in eius fauorem.l.fin. §.Titius.ff.de vulga.Bar.l.prima. ff. de cond. Inst. Abb.d.loco nume.nono. duodecimo impossibile

13 …

14 dicitur, † quod continet repugnantiam contrariorum not.l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. decitertio dicitur impossibile quod non est verisimile Abb. consil. 8. numero 14. decimo quarto im-

15 possibile † dicitur, quod non potest haberi nisi per viam restitutionis in integrum Innocentius. capitulo .pastoralis de caussa poss. propriet. Soc. cousilio 116. volumine 1. Tiraq.in tract.de retr. Lignagier.§.32.gl.nu.59. Dixi supra in not.9.secundo principaliter not. quod credibilia multa sunt impossibilia Imola.l.mæuius. nu. 2. ff.de leg.

16 2.tertio not.quod impossibile † de natura de iure de facto & cōtra bonos mores æquiparantur Ias. leg.si stipuler. numero secundo ff. de verb.oblig. quarto uot.quod Deus impossibile non iubet.Sylua

17 nupt.lib.1.numero 120. † quinto not.multum differre an impossibilitas sit in conditione an ve-

18 rò in † dispositione Alexand. leg. impossibilis nu. 2.ff.de verbo.obl.Sexto not,quod impossibile dicitur quatuor modis,s.de iure, de natura,de facto

19 & contra bonos mores, & nullū † impossibile potest esse possibile.Bald.consi.19.nu.2.vol. 1. Din. capitulo nemo potest numero 3.de reg.iur.6.vt dictum est in 3. uot. Septimo not. quod duplex est

20 impossibilitas, † prima dicitur simplex secunda verò est conditionalis, simplex est quando anteà sic est dispositum quod impossibile est de præsenti aliquid fieri per quod sit possibile, & illud reputatur impossibile veluti quando iam mater est mortua & conditio est si mater mea viueret in futurum nam impossibile est de præsenti aliquid fieri per quod sit possibile matrem viuere: conditionalis est quando possibile est aliquid fieri de præsenti quod sit possibile ueruntamen ita est de facto & facti accidentia quod illud non fit per quod sit possibile & illud dicitur impossibile, sed magis nō posse existere quia ita est de facto quod sic fit.l.1.non fit illud per quod esse possit.Goffr. Lobtinuit nume.4.ff.de cond.& demonst.Amplia-

21 tur primo † procedere in contractibus. l. impossibilis ff.de actio.& obliga.Doct.l.certi.§. item.ff. loc.l.non solum.ff.de act. & oblig. c. Oldradus de sol.Bald.l.acceptam.C.de.vsuris. Ferrett. tract.de obed.& pace nume. 53. Mars.in Prax. crim. §.sequitur.nu.34.Din.c.nemo potest.nu.7.de reg.iur. 6.Socin.l.si mihi nu.3.§.1.ff.de leg.1.l.1.num.6.ff. de his quæ pœnæ nom. Doct.com.l.continuus.§. illud.ff.de verbo.oblig. Aret. §. loca.nume.3.Inst. de verbo.oblig.Bar.l.sub impossibili. nu.4.ff. de cond.Instit. Mars. in tract. de fideiuss. num.156. Iason.Addi.ad port. §.si impossibilis nu.9. Inst.de inut.stipul. Rol.consi.43.nu.27. vol.1.Fulgos.leg. sed & si §.quæsitum nu.6.ff. si quis cau.ex quo infertur primo vt obligatio non valeat rei impossibilis. leg. impossibilium. ff.de reg. iur. Secundo nec etiam promissio tenet rei impossibilis.leg.si stipuler in 2.Resp.ff. de verb. oblig. vt si quis promittat dare quod est impossibile de natura, vt lunam & stellas: idem est si quis promittat facere vt cœlū digito tangeres.tertio hoc idem si promittatur impossibile de facto vt montes alpium vltra mare deferre. l.cum hæres.§.1.ff.de stat. Liber. quarto. hoc idem si promittatur impossibile de iure vt rem sacram dari. leg.inter stipulantem.§.sacram. ff. de verbo. oblig. quinto in malis est promissio impossibilis capitulo in malis de reg. iur. 6. vt si promittatur occidere hominem,committere furtum vel simoniam leg generaliter. ff.de verbo. oblig. lege. si à reo. §.illud. ff. de fideiussor. nemo. enim obligari potest ad id quod de natura de facto vel de iure est impossibile. Tertio infertur ex hac prima Ampl. vt nec etiam stipulatio sit vali-

22 da doctores communiter. §.impossibilis † Inst. de inut. stipulat. & ex parte stipulatoris non vitiat quando stipulator vult semper sibi acquiri Iason. leg. stipulatio. §. si quis ita numer. 2. ff. de verbo. obliga. Alciat. leg.si stipuler. numer.7. ff. de verb. obligat.quarto infertur quod creditor qui redde-

23 re non potest † Chirographum propter impossibilitatem liberatur dando Apocham gl. l. huiusmodi.§. si ita.ff.de leg. 1.leg.pecuniæ. C.de solut. Euer. in loco ab impossibili numer. 1. quinto infertur quod emphyteota excusetur à caducitate

24 propter impossibilitatem, Mars.tract. † de fideius. numer.158.Rol.consi. 43.numer.28. volum in.2. Ferrettus.in.tract.de obedientia & pace num.53. sexto infertur, quod facti impossibilitas non inducit

ducit petitionem ad interesse. Alexand.l.stipula-
tiones, num.33.ff.de verborum obligat. Septimo
infertur quod impossibilitas præsentandi fideius-
25 sorem † excusat, & solo iuramento probatur Ias.
l.prima, num.22.ff.qui satisda. cogan. Octauo in-
26 fertur † quòd impossibilitas superueniens intra
terminum excusat, ne ex lapsu termini quis con-
stituatur in mora. Iason.l.si decesserit, num. octa-
uo.ff.qui satisdare cogant. Item impossibilitas re-
ponendi rem in pristinum statum impedit proro
gationem moræ. Rip.l.si insulam, num.118.ff. de
verborum obligation. Anchar. consi. quinto, nu-
me.septimo. Socin.d.l.si decesserit, num. 20. No-
no infertur, quòd si contractus fuerit iuramento
27 firmatus superueniens † impossibilitas quis non
efficitur periurus. Marsil.tractat.de fideiussor.nu-
me.159. Ferrett. d. tractat. de obedient. numero
53. Cagnoll. dicta leg. impossibilium, numero
quarto. Nam licet sit periurus quo ad actum,
non tamen est quo ad reatum Iason. leg. videa-
mus. numero 11. ff. de in lit. iur. declaratur hæc
prima ampliatio hoc modo videlicet, aut impos-
sibilitas ponitur per modum conditionis & vi-
tiat, aut per modum dispositionis, & tunc aut
circa id quod est principale in dispositione, & vi-
tiat.l. si stipuler. ff. de verborum obligation. aut
circa accidens, & tunc aut in contractibus bonæ
fidei, aut stricti iuris, primo casu non vitiatur, se-
cundo autem sic. Paul.l.non vtique.§.si quis, nu-
me.quarto.ff.de eo quod certo loco, vel dicas im
possibilis conditio uitiat omnem contractum,
sed non impedit oriri conditionem ob causam,
quia non oritur ad perficiendum contractum,
prout agitur, sed ad resoluendum ipsum extra id
quod agitur.l.si his, §.fi.ff.comm.l. si militem, C.
de condi.ob causam. secundo ampli. hoc dictum
28 procedere † etiam in ultima uoluntate. Dyn.dict.
cap.nemo potest.num.tertio. l. apud Iulianum.§.
fin.ff.de legatis primo. Bartol. l. sub impossibili.
num.tertio.ff. de cond. inst. & nota quòd hæc est
differentia inter contractum, & ultimam uolun-
tatem in casu isto: quia impossibilitas in contra-
ctu, contractum uitiat, in ultim.autem uoluntate
uitiatur ipsa, ita Socin.consi.14.nume. sexto, vo-
lum.primo, infertur ex hoc dicto quòd legatum
debetur etiam si impossibilitas adijciatur. Ale-
xand.l.si quis seruos, num.secundo, ff. de legatis
primo, dummodo impossibilitas nō sit circa sub-
stantiam dispositionis, ut quando legatur res sa-
cra, quia tunc non ualet dispositio.l.apud.§. fina.
ff.de legatis primo, tamen ubi non est circa sub-
stātiam, sed circa executionem, uel præstationem
eius, aut circa angustias temporis legatum non ui
tiatur. Ang.l.si mihi.§.si quis, numer.primo, ff.de
legatis primo, l.ab administratione, ubi Bald. C.
de legat. Bal.l.prima. C. de his quæ pœn. nomin.
Alexand.l. impossibilis. ff. de uerborum obligat.
Goffred.l.Titio.§.serui.nume.16.ff. de condit. &
demonstr. Iason.l.si mihi.§.si quis seruos, nume.
primo.ff.de legatis primo. Port.l. hæres, numer.
septimo.inst.de hæred. inst. Paul. d.l.si mihi, nu-
me.2. secundo infertur quòd licet executor de-
beat adimplere uoluntatem testatoris intra an-
num, non tamen fallit, quando testator manda-
29 uit opus fieri, † quod est impossibile infra an-
num fieri. Feder.consi.128. Alexand.l.si quis ser-
uos, nume.sexto, ff.de legatis primo. Tertio infer
tur quod conditio impossibilis non uitiat institu
tionem. Bart.l.sub impossibili.nume.primo.ff. de
cond. instit. si uerò negatiuè concipiatur habetur
pro non adiecta. Port.§. si impossibilis. institu.de
30 inut.stipul. Ampl. † hoc dictum etiam si impossi-
bilitas ex perplexitate oriatur.l.si Titius.ff.de con
dit.institu. Duen.in reg.114.colum.2. dixi ego in
tractat. de legib. & stat. par.3.quæst.octaua, num.
nono, not. tamen quòd conditio impossibilis ui-
tiat legatum quando testator eum possibilem pu
tabat. Crauet.consi.167.nume.8.l.seruo.ff.de con
dit.indeb. Socin.l.si mihi.§.primo.ff.de legat. pri-
mo.l.multa.ff.de condit.& demonstr. Tertio am-
31 pliat. † hoc dictum principale procedere in iudi-
cijs, unde sententia non potest ad impossibile
obligare.l.fin.ff.de senten.quæ sine appella. secun
do præceptum iudicis non obligat ad impossibi
le. Dyn.cap.nemo potest, num. quarto, de regul.
iur. in sexto. Doctor. comm.l. si decesserit.ff.qui
satisdare cogantur. Euerar. in loco ab impossibi-
li, num.secundo. Alcia.l.si stipuler.numer.6. ff.de
uerborum oblig.l.si cum dies.§.antepen.ff. de ar-
bitr. Marsi.in praxi crimin. sequitur, numer.33.
Roland.consi.43.nu.27.uolum.secundo. Lutius.
in consi.163.nume.septimo, inter consi.crimin.
uolum.primo. Bar.l.2.§.fin.num. quinto.ff.si quis
in ius uoc.non ierit, Paris de Puteo, in tractatu
de synd.uersi.quia sæpe, num.12. Ruin. consi. 81.
num.8.uolum.quinto. Neuiz.consi.61.num.3.ex
quo sequitur, quod a tali præcepto impossibili
non sit appellandum.l.fi.ff. quæ sent. sine appell.
resc.l.de qua.§.fin.ff.de iud. quod dictum intelli-
gitur quando præceptum est omnino impossibi-
le, secus si esset difficile tantum, quia tunc si iu-
dex fuerit ignorans, valet præceptum licet talis
posset appellare, sed restituitur in integrum ad-
uersus d.præceptum. Doctor.comm.l quæsitum.
ff.de re iudicata. secundo declaratur, nisi præce-
ptum iudicis a principio contineat quid possibi-
le explicandum intra certum tempus, nam licet
tunc impossibilitas superueniat ex post facto in-
fra tempus, præceptum non redditur nullum,
quia in tali præcepto subintelligitur conditio,
dummodo fuerit possibile fieri adueniente tem-
pore, unde si pœna fuerit apposita non debetur,
quia per eum non stetit. Doctor. c. p. H. de offic.
deleg. Euerard. in loco ab impossibil. nume. ter-
tio. Tertio infertur, ut confessio fundata super im
32 possibili † non præiudicet.l.inde.§.fina. ff. ad leg.
Aquiliam.l.confessionibus.ff.de interrog. action.
Euerard.dicto loco, nume. quarto. Quarto infer-
tur quòd testis inductus ad probandum quod ta
lis certo die fuit uulneratus, quia antea erat occi-
33 sus, concludit arguendo ab impossibili † Bald.l.
conuenticulam.C.de episcopis & clericis. glos. l.
prima. C. qui accusare non possunt. Euerard. di-
cto loco, numer. quarto. Quinto infertur, quod
34 sententia † dicatur nulla, siue sit impossibilis de
iure, siue de facto. Crauet.consi.79. numer. sexto.
Bald.

Bald.consil.274.volumin.3.numer.1.quarta am-
pliatio sit, quod impossibilitas excusat à pœna,
Bat.l. si homo num. 1. ff. de verborum oblig. vbi
Iason. numer. 6. Cephal.consi.187.numer.7.nor.
l.si vehenda. ff. ad leg. Rhod. de iactu, vnde quis
excusatur à periurio Marsi.in tracta.de fideiussor.
numero, 159. & ab excommunicatione. Ferrett.
tractat. de obedientia.numero 57.in fine. Oldra.
consili. 277. Doctor. capit.quæstioni de appellat.
Hippol. de Marsi. in praxi crim. §. sequitur. nu-
mero 34. Neuiz. in silua nupt. lib. tertio, numer.
56. Marsil. in tractat. de fideiussor. numero 156.
36 Euerard. in loco † ab impossibili. numer. quarto,
quinto Ampliatur, vt impossibilitas excuset ap
pellantem à prosecutione appellationis, adeo vt
non dicatur deserta appellatio. Docto. capitu. ex
ratione de appellat. leg. fin. C. de cond. insertis,
Bart. leg. si procuratorem. §. ignotantes.ff.mand.
Gul.leg. eos. C. de appell. Bald. capit. si qui de te-
stib. leg. nummis. ff. de in litem iuran. Marsil. in
37 Praxi.crimi.§. sequitur. † nume. 35. & in tractat.
de fideiussor. numero 157. sexto Ampliatur, vt
exequutio non impediatur ob impossibilitatem
Alciat. leg. si stipuler. numero quinto, ff. de verb.
obligat. septimo Ampli. vt fictio non habeat lo-
cum super impossibili, maxime quando impossi
bile est in genere & in specie. Ias. leg. possideri. §.
ex contrario numero 19. ff. de acquir. poss. quan-
doque tamen quod est impossibile in vno tan-
tum fingitur Alc. tract. de præs. in princ. numer.
septimo. Octauo ampliat. vt præscriptio non cur-
38 rat quoties ignorantia facti † reddit factum de
iure & de facto impossibile. Bald. consil.429.vo-
lumin.primo, numero primo. Nono ampliatur vt
in generali dispositione non comprehendatur im
possibile, dixi ego in tractat. de regul.iur. Reg.1.
limit. 51. Port. consil. 163. numero 23. Roman.
consili. 102. Barb. consi.13.volumin.secund.Re-
buff. leg. vnica. C. de sentent. quæ pro eo numer.
120. Decimo Ampl. vt lex impossibilis non obli-
get. capitul. erit.4. distinct. Dixi ego in tracta. de
le. & stat. par.3. quæstion. octaua, numero nono,
Din. d. capitul. nemo potest. numero quinto, de
de reg.iur.6. Cassan. consi. 23.numero 20.vnde-
39 cimo † Ampl. vt impossibilitas excuset quando
prouenit exhibitionis tempore. Soci. leg. si deces-
serit numer. 13. ff. qui satisd. cogan. duodecimo &
vltimo Ampliat. vt voluntas partium non refera-
tur ad impossibile, Bald. consi.496.volum.quin-
to, numero 24. Grat. consi.496.volumin.quinto,
numero secundo, Grat. consi. 189. numero 24.
volumin. primo. Berta. consil.149.nume.primo.
volumin.septimo, Ange.leg.cum debere.numero
primo. ff. de seru. Præd. & licet conditio impossi-
bilis vitiet dispositionem secus verò est in modo
qui non suspendit. Angel. leg. impossibilis. ff. de
verbor. obligat. Rimi.leg.cum donationis. C. de
transact. Cagnol. impossibilium numero sexto, ff.
de regul.iur. fallit tamen in conditione impossibi
li negatiue concepta quæ non vitiat actum, vt si
cœlum digito non tetigeris. Port. instit. de inut.
stipul.§. si impossibilis, secundo fallit in conditio-
ne apposita in contractu Matrimonij. Bellamer.
c.sic. §. solet, numero secundo, quæstion.32.Bart.
l.sub impossibili numero 14.ff. de cond.inst.Nor.
40 capitul.fin.de cond.appos. tertio fallit † vt vitiare
non dicatur impossibilitas in alio separabili mo-
do, licet in alio vitiare dicatur Cran.consi.primo,
numero quarto, in separabilibus enim vtile per
inutile non vitiatur. dixi ego in tractat. de regul.
iur. P.2.regu.7. numero primo, & seq. Quib. ita
ampl. & limit. notandum est vlterius quod illud
est impossibile cuius est contrarium, Salamon.
leg. Gallus. §. quidam numero 40. ff. de libe. &
posthum. Bald. leg. non quicquid. ff. de iudic.
leg. secunda. §. is. de ordi. cogn. & quod natu-
ra fieri non potest nec etiam secundum artem
Bart. leg. is qui numero 22.ff. de vsucapion. Port.
§. si impossibilis numero secundo, instit. de inut.
stipul. pro declaratione huius regulæ ita distin-
41 guendum esse arbitror † aut impossibilitas est ad-
iecta in dispositione de præterito aut in futurum,
primo casu non vitiat secundo autem sic, quia est
magis causa finalis quàm conditio, ita Bart. leg.
sub impossibili. ff. de condit. instit. secundo di-
stinguendum est. aut impossibilitas fuit à princi-
pio aut non. Primo casu vitiatur dispositio siue
esset contractus bonæfidei siue stricti iuris. leg.
non solum. ff. de act. & obligat. quando sunt ap-
positæ conditiones impossibiles in faciendo, si
verò impossibilitas non fuit à principio licet po-
stea superueniat non vitiat dispositionem etiam
contractum stricti iuris. leg. continuus. §. illud.
ff. de verbor. obligat. Aretin. §. loca. numero ter-
tio, instit. eodem. tertio distinguendum est, aut
impossibilitas est naturæ aut verò perplexitatis,
Primo casu subdistinguendum est, aut impossibi
le naturæ est in dispositione aut in conditione, si
in dispositione aut circa substantiam eius & tunc
vitiat siue sit vltima voluntas, siue contractus
siue iudicium siue lex. leg. apud. §. fin. ff. de leg. 1.
leg. inter stipulantem. §. sacram ff. de verbor. obli.
leg. in confessionib. ff. de interrog. act. l. fin. ff. de
sent. quæ sine appellat. c. erit. quarta distinct. quæ
distinctio procedit quando impossibilitas super
tota substantia cadit nam si in parte tantum pro
parte vitiabitur tantum. leg. 1. C. de sec. nupt.
leg. si seruus. ff. de donat. inter virum, & vxorem
si verò impossibilitas sit circa accidens, & tunc
aut versatur in vltimis voluntatibus, aut in con-
tractibus, aut in iudicijs, primo casu vitiatur, &
non vitiat. l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. ff. de
leg. 1. secundo autem casu aut in contractu bo-
næfidei vitiatur non vitiat. leg. insulam. §. fin.
ff. locati. si verò est stricti iuris, vitiat nisi contra
impossibilitatem per partes fuerit prouisum. §.
locat. instit. de verborum obligat. tertio verò ca-
su aut impossibilitas est à principio, aut ex post
facto, si à principio vitiatur, hoc idem si ex post
facto, quia ex quo est circa accidens adimpleri
debet in substantia, cum videantur duo præce-
pta. leg. secunda, §. quod diximus. ff. si quis caut.
Doctor. l. 1. ff. de cond. instit. si verò impossibilitas
naturæ fuerit in conditione, tunc si apponitur
in contractibus nulla oritur obligatio ad perfi-
ciendum ipsum, sed bene oritur conditio ob cau

sam

sum ad resoluendum. leg. non solum. ff. de act. & oblig. fallit in contractu matrimonij. capitul. fin. de cond. appos. secundo fallit in donatione causa mortis, quia quantum adhoc sapit naturam vltimæ voluntatis. l. quæ sub conditione. §. hoc edictum. ff. de condit. instit. tertio fallit quando apponitur conditio impossibilis negatiue nam eo casu valet contractus, vt si dicatur si cœlum digito non tetigeris. leg. impossibilis. ff. de verbor. obligat. quod si apponatur conditio impossibilis in vltim. volunt. tunc illa reijcitur & non vitiat dispositionem. leg. prima, ff. de condit. instit. nisi testator impossibilitatem nouisset. Bart. leg. sub impossibili. ff. de condit. instit. si autem conditio talis fuerit in iudicijs, tunc sententia lata sub tali conditione non valet. l. 1. §. biduum, ff. quando appellat. sit. §. impossibilis. instit. de hæred. instit. impossibilitas autem perplexitatis aut insurgit ex verbis testantis, tunc si cadit inter res quarum vna est digna maiori fauore quàm alia, tunc non vitiatur dispositio totaliter, fauetur enim ei quæ digna est maiori fauore in qua teniet & valet dispositio not. l. fin. § prima, ff. de vulg. si versatur inter res æquales tunc si potest dissolui per implentum facti tendens ad commodum implementis tunc non vitiat, sed potius per tale impedimentum dissoluitur. leg. si quis ita. ff. de condi. instit. quod si per tale implementum non potest dissolui, quia dato quod de facto impleretur conditio ad commodum alterius tunc non vitiatur talis dispositio ratione perplexitatis. leg. si Titius. ff. de hæred. instit. si perplexitas fuerit non ex verbis testatoris immediate sed extrinsecus habito respectu ad aliud tunc non vitiat, sed dissoluitur perplexitas. leg. qui quadringenta. ff. ad leg. Falcid. quarto modo ita distinguendum arbitror aut impossibilitas insurgit de iure, aut verò de facto, primo casu si versatur in dispositione tunc ipsa vitiat, siue sit contractus, siue vltima voluntas, siue iudicium, si verò versatur ipsa in conditione tunc si sumus in contractibus vitiatur contractus nisi sit matrimonium seu donatio causa mortis vt dictum est. ampliatur etiam si sit conditio necessaria ex eo quod contraria conditio sit impossibilis de iure, nam tunc vitiatur contractus, vt si promitto tibi decem si hominē non interfeceris. talis enim promissio non valet. leg. iurisgentium. §. si ob maleficium. ff. de pactis, quod si conditio impossibilis de iure adijciatur vltimæ voluntati tunc ipsa vitiatur & non vitiat, nisi esset impossibilitas tendens ad defectum formæ non seruatæ. leg. illa institutio. ff. de hæred. inst. c. cum tibi de testam. secundo fallit quando impossibilitas potest impleri de facto & in eo non versatur turpitudo leg. Mæuius. leg. qui hæredi. ff. de conditio. & demonstrat. tertio fallit, quando impossibilitas respicit aliquem honestum finem, tunc enim non reijcitur simpliciter, sed ipsa implenda est in aliam similem causam honestam tamen. l. legatum. ff. de vsufr. leg. Doct. com. l. 1. ff. de cond. inst. quarto fallit, quando testator putauit conditionem esse possibilem. quia tunc esset vltra eius intentionem, non valebit dispositio. leg. seruo. ff. de condit. si verò conditio impossibilis adijciatur in iudicijs tunc sententia non valet vt supra dictum est, si autem impossibilitas prouenit de facto si est respectu certæ personæ, cui adijcitur. & nō simpliciter respectu aliorum, tunc vitiat dispositionem, si non impletur. l. cum hæres. §. 1. ff. de statu. liber. secus si contingat ipsam impleri auxilio forte amicorū, vel alias quocunque. l. Aretusa, in fine. ff. de statu. homi. si verò impossibilitas est respectu omnium, vt si mōtem aureum dederit vitiat, nisi cogitasset de monte aureo naturali, qui reputatur impossibile fieri, quia tunc non vitiaret. not. l. 1. ff. de cond. institu. Are. §. impossibilis. nume. septimo. Inst. de hæred. instit. Quinto & vltimo ita distinguendo dicas, aut disponitur scienter, aut ignoranter super re impossibili: primo casu nullam parit obligationem. l. non solum. ff. de actio. & obliga. secundo si ignoranter, quia credat rem possibilem, & sit impossibilis dicetur errore dispositio facta, & per consequens carebit cōsensu. l. 1. C. de iur. & fact. ignorantia. Dyn. d. cap. nemo potest, numer. 8. de
42 regul. iur. in 6. ratio huius regulæ est † quia omnis obligatio, aut in dando, aut in faciendo consistit. l. 2. ff. de verborum obliga. sed quod non est, nec esse potest dari vel fieri non potest obligatio. glo. 1. d. c. nemo. de reg. iur. in 6. not. Ioan. And. cap. si compromissarius, nume. 5. de elect. Natta consil. 242. nume. quarto. Alc. consi. 96. num. 18. Bellam. capit. dilecti, nume. 16. de foro competent. Iason. l. huiusmodi. §. si ita, nume. tertio, ff. de leg. Ripa in tracta. de peste, num. 69. Bal. tract. stat. ver. caperetur. num. 15.

*SVMMARIVM.*

1 *Necessitas non habet legem.*
2 *Necessitas quid sit.*
3 *Necessitas quot modis dicatur.*
4 *Necessitas per quæ verba designetur.*
5 *Dispositio interpretatur facta ob causam magis necessariam.*
6 *Liberalis nullus existit in necessitatibus.*
7 *Necessitas probari debet non autem fingi.*
8 *Vtile, & necessarium æquiparantur.*
9 *Necessitas excludit liberam voluntatem.*
10 *Necessitatis causa concessa non sunt trahenda in consequentiam.*
11 *Alienatio rei prohibita fieri potest necessitate vrgente.*
12 *Dos alienari potest ex causa necessitatis.*
13 *Fideicommissum alienari potest ex causa necessitatis.*
14 *Feudum ex causa necessitatis alienari potest.*
15 *Appellari potest omisso medio tempore necessitatis.*
16 *Bellum ad hoc vt sit iustum debet esse ex causa necessitatis.*
17 *Agi potest absque cessione quæ requirebatur nisi necessitas vrgeret.*
18 *Capitulum sede vacante necessitate instante instante benefic. conferri potest.*

Clerici

19 *Clerici excusantur propter necessitatē à delatione habitus & à residentia.*
20 *Furtum non punitur factum in necessitate.*
21 *Citari non potest necessitatus stare in certo loco.*
22 *Debitor capi potest propria ductoritate instante necessitate.*
23 *Dispensatio cōceditur ex causa necessitatis quę aliàs non conced.*
24 *Episcopus transferri potest necessitate vrgente.*
25 *Expensa necessaria redduntur qua aliàs minime concederentur.*
26 *Excommunicato colloqui possumus in casu necessitatis.*
27 *Exequi potest post terminum in casu necessitatis.*
28 *Testamentorum solemnitas non violatur propter necessitatem.*
29 *Forma omitti potest causa necessitatis.*
30 *Gabella non debet solui in causa necessitatis.*
31 *Collecta fieri potest tempore necessitatis.*
32 *Homicidium excusat vt propter necessitatem.*
33 *Ieiunium non frangitur tempore necessitatis.*
34 *Iuramentum non frangit necessitate coactus.*
35 *Laicus hospitari debet tempore necessitatis.*
36 *Inquilinus expelli potest tempore necessitatis.*
37 *Immunitas non suffragatur tempore necessitatis.*
38 *Iudex necessitatis causa negligere potest suam iurisd.*
39 *Mutuare compellitur quis tempore necessitatis.*
40 *Molendinum alterius territorij adire quis potest tempore necessitatis.*
41 *Mora excusatur propter necessitatem.*
42 *Mandati fines possunt excedi tempore necessitatis.*
43 *Notarius non Matriculatus eligi potest tempore necessitatis.*
44 *Obedientia spernitur causa necessitatis.*
45 *Pater propter necessitatem potest vendere filium.*
46 *Necessitas excusat à pœna.*
47 *Probabile facit necessitas quod aliàs non esset.*
48 *Priuilegia silent tempore necessitatis.*
49 *Pia causa omittitur necessitatis causa.*
50 *Sacramenta tempore necessitatis possunt conferri, quæ aliàs non.*
51 *Satisdatio omittitur tempore necessitatis, & num. seq.*
52 *Statuti dispositio cessat tempore necessitatis.*
53 *Sententia tempore necessitatis potest ferri de nocte.*
54 *Verba sententiæ distinguuntur propter necessitatem.*
55 *Testamentum in casu necessitatis potest condi absque solennitate.*
56 *Examen testium fieri potest absque iudice in casu necessitatis.*
57 *Tutor instante necessitate exequi potest absque inuentario.*
58 *Vnio reuocari potest necessitatis causa.*
59 *Vendere quis compellitur tempore necessitatis.*
60 *Vasallo inuito tempore necessitatis potest poni custodia.*
61 *Ratio quare necessitas non mereatur meritum nec damnum.*
62 *Culposus non excusatur necessitate.*
63 *Fornicari non licet tempore necessitatis.*
64 *Venditionem rescindere non facit necessitas rei familiaris.*
65 *Necessitas cum euitari potest non excusat.*
66 *Tempore necessitatis melior est conditio possidentis.*

## Quæst. VI. Primæ partis.



1 Necessitas non † habet legem l. vt gradatim. §. primo, ff. de muner. & hon. c. quanto in fine de consuet. ( ibi ex necessitate, quæ legem non habet ) conc. capitul. ad lmina 30. quæstion. 1. capit. remissionem. 1. quæstion. 1. capitu. mutationes. 7. quæstion. prima, capitul. quod non est de reg. iur. ca. consilium, de obseru. ieiun. cap. exijt. §. profecto de verbor. sign. 6. leg. illicitas. §. Pr æses. de offic. præsid gl. leg. vnica. §. sane. ff. de offic. consul. glo. pen. l. item. ff. com. diuid. Opus iudiciale inquisitorum vers. necessitas. numer. 7. Ferret. tractat. de iusto & iniusto bello num. 115. Dixi ego in tractat. de defin. P. 2. defin. 34 numer. 6. defin. 59. numero septimo, Doct. capitul. in argumentum de regul. iur. 6. l. quæ. ff. de regul. iur. Afflictus. §. secundo, numer. 16. de iure prothom. Dixi ego in tractat. de regul. iur. reg. 1. ampl. 8 r. Duen. de reg. iur. reg. 107. Boer. decis. 44. numer. 27. Paul. leg. 1. numero tertio, C. de oper. liber. l. interesse numer. secundo, ff. de acq. possess. Fulgos. l. officium, numero quinto, ff. de offi. consu. Alci. lib. 1. de verb. signific. numer. 120. Zabar. c. quanto numero quarto, de consuet. c. de famulis num. secundo, de serui. non ord. Tiraqu. de retr. §. 26. glo. 1. numero 20. idem de priuil. piæ causæ causa. 23. numero primo, sen de pœn. temper. & minuendis Roland. consi. 81. numero 34. volum. 1. Crau. consi. sexto, rubr. consi. 80. volumin. 3. Rimin. consil. 57. numero 36. Port. consi. 3. numer. 48. Paris. consil. 32. numero 12. volumin. secund. Decisi. Cappellæ Tholos. 257. Cassan. in consuet. Bur. tit. des iustices. §. quinto vers. nam graue numero 16. Abb. capitul. venerabilem. numero quarto, de elect. c. vbi numero tertio, de sponsal. Aret. consil. 72. numero quinto, Barr. leg. prima, numero quinto, C. de oper. libert. Bellani. capit. quia verò numero 4. distinct. 4. cap. quod autem, §. Aurelius, numero 136. quæstion. 6. Iason. leg. si ex toto numero 16. ff. de leg. Ioan. Andr. cap. dudum numero secundo, de rebus eccles. non alienan. Paul. leg. 1. numero tertio, C. de oper. lib. Sal. vnica, C. de contr. iud. bene conuenit poni hoc loco ista regula, quia necessitas est cuius cōtrarium est impossibile fieri Butigella. leg. impossibilis. numeru 9. ff. de verb. obligat. Bartol. leg. obtinuit. ff. de cond. & demonst. pro cuius reg. declaratione non nulla prius præmittenda sunt, primo quod
2 necessitas dicitur, † quæ euitari non potest nam illud necessarium dicitur, quod aliter se habere non potest. Bellam et. capitul. est & alia numer. 30. 23. quæstion. 4. secundo not. quod multipliciter
3 dicitur necessitas, nam alia est † præcisa. i. formalis

lis alia causatiua.l.vtilis Ber. rubr.de iudic.nume.
29. ea. Nabucdonosor. 37. Distinct. Bald. inquit
duplex est necessitas vna affirmatiua altera nega-
tiua auth.nisi.numer.4.C. ad Trebell. alij dicunt
triplex est necessitas, præcisa, causatiua, & hone-
statis, Menoc.tract.de arbitr.iud.l. 2.Cent,2.Cas.
182.nu.19.Bart.l. 1.num.5.C.quomodo & quan-
do iudex.leg.tes quæ nume.septimo. ff. fam.herc.
Corsetus in not. leg. pecuniæ. ff. de alim. & cib.
legatis ripa rubr. de constit. numer.17.Valascus.
leg.imperium. numer. 60.ff. de iurisd. omni.iud.
tertia distinctio est, quia vna est necessitas large
& generaliter quomodocunque, & vndecunque
necessitas descendat ex facto necessario, aut vo-
luntario, secunda est ex facto voluntario verum
à lege ipsa mox, & contra hominis voluntatem
consensum ve inducitur. Tertia quæ sine vllo fa-
cto hominis voluntario à lege ipsa naturali ciuili
ve inducitur Crau.in corollario Resp.pro gener.
numer. 1.quarta distinctio, est quod alia est ne-
cessitas fatalis, alia naturalis, tertia culpabilis,
quarta legalis. Prima, ut eum quis casu fortuito
in latrones incidit.leg. quæ fortuitis. C. de pign.
act.secunda vt edere bibere & vestibus indui Crau.
d. Resp. pro gener. numer. 94. Tertia culpabi-
lis est cum quis prodigaliter viuendo omnia pro-
fudit & hæc non excusat.leg. si fideiussor. §.si ne-
cessaria. ff. qui satisd. cog. quarta legalis est cum
pater iubet filiam dotare. leg qui liberos.ff.de rit.
nupt. leg. fin. §. pen. C.de dotis prom. Crauet. in
4 dicto resp. numer. quarto. Tertio † nota. quod
necessitas denotatur per verbum oportet, debet,
& per dictionem omnino Ber.consi. 23.nomer.9.
volumin.2.consi.27.nume.10. volumin.2.Quar-
to not. quod cessante causa necessitatis cessat ipsa
dispositio Tiraq. reg. cessante causa ver. necessi-
tas, Aldob. §. sed & si numer. 6. inst. de attil. tu-
tore. capit. quicquid de consecra. distinct. 5.cap.
quod pro remedio. 1.quæst. 7. c. ordinationes. 9.
q. 1. Vital. in tract. claus. ver. sed an iuri numer.
245. decis.Perus. 43.numer. 10. Paul.l.non aliàs
5 numer.7.ff.de iudic. Fulgos.l.ne quis † nu. 2.ff.de
Ferijs. Quarto not. quòd cum dubitatur, an di-
spositio fuerit facta ex causa necessitatis, intelli-
gi debet ob causam magis necessariam Crauet.
consi.202.num.10.Quinto not. quod illud quod
fit necessitate vrgente non est laudabile neque
6 vituperabile. capit.si quis.67. distinct.ideo † dici
solet, quod in necessitatibus nemo liberalis exi-
stit, not.l.proxime. ff.de rit. nupt. Vital. in tract.
clausul. versic. sed an iure numer. 232. Dixi ego
in tractat. de compens. p. 1.q.32.num.4. Afflict.
decisi.80.numer. 4. Cassan.consuet.Burg. tit.des
proit. §. 6. ver. surla numer. 19.ideo succurrens
in necessitatib. non videtur donare.leg. si quis.§.
non enim cum gl. ff. de don.inter vir.& vxorem.
leg. proxime. ff. de ritu nupt. Cor. consi. 8.nu.7.
7 volumin. 1. Sexto not. † quod probari debet ne-
cessitas non fingi, Neniz.consi. 10.num.10. Dec.
c.cum M.numer. 14.de const.Septimo not. quòd
necessarium pro vtile ponitur quandoque glo.
leg.diuortio. §.fin.l.1.ff.eod.l.1.ff.de officio.præf.
8 præto. leg. 1.in fine.C. de studijs † liber. lib. 10.
gl.leg. de pupillo. §. meminisse versic. necessaria.
ff. de oper.nou. nunc. glo. §. sedeas.versi. neces-
sarias instit. de bon. poss. glo. §. aliæ ver.necessa-
rium inst. de act.dixi ego in tract.de leg.& stat.p.
3.quæstion.8.oumer.18.Redoan.de reb.eccl.non
alien: rubric. de causa alien. numer. 27. Bellam.c.
cum nobis nume. 6. de elect,Bero.rubric.de iud.
numer. 29.Iason.l. 1. numer. 44.ff. solut.matrim.
Inno. c. cum omnes de constit. Abb. cap.vt super
9 de reb. eccl. oon alien. † Octauo not. quod libe-
ram voluntatem necessitas excludit Port. consil.
55. numer.73. Abb.cap.super numer. 15.de reb.
eccl. non alienan. Alex. l. contra numer. 3. ff. de
nego.gest.vbi tamen voluntarium prohibetur ne
cessarium permittitur Sal.l..2.numer. 1.ff.de fun
do instr.Nono & vlt.oot.quòd ea quæ conceduntur propter necessitatem non sunt in consequen-
tiam trahenda, not.cap. in argumentum de regu.
10 iur. † 6.leg.quæ propter.ff.eod. tit.nisi conueniat
in identitate rationis Din. d. capitul. in argumen-
11 tum numer. 4. Ampl. † hoc dictum multis mo-
dis primo vt alienatio alijs prohibita etiam si fiet
rei ecclesiasticæ fieri possit ex causa necessitatis,
ita in terminis. Menoch. de arbitr. iud. libr. 2.
Cent. 2.cap.182.numer.1.& seq.Din. d. capit. in
argumentum Afflict. tractat. de iure prothom. §.
2.numer. 16. Duen.regu. 102.numer.7.Redoan.
tract. de reb. eccl. non alien.tit. de causis proptér
quas nnmer. 3. Zabar. capit. nullus numer.2. de
pignór. Tiraq. in tract. de retr.§.26.glo.1.nu.16.
Petr. tractat. de restam.capit.13.numer.2. not. l.
alienationis.ff.fam.herc.Paul.consi.435. nume.6.
volumin. 1.Rom.consi.28.Alex.consi.215.volu.
6.Socin. consi.80.volum.4.Crau.consil.6.nume.
91.Rol.consi.80.uolum.3.Iason. §. item instit.de
act. Fel. cap. cum accessissent column.9.de const.
Dominic. inter consi. crim. consi. 53. numer. se-
12 cundo, ex qua ampliatione † infertur primo,
quòd dos instante necessitate alienari potest Ber.
consi.36. numer.14.volumin.2.Rimin.consi.57.
numer. 40.Secundo, quod cum dos sit debitum
necessarium Decis. ped. 68. numer.6.leg.fi.C. de
dot. prom.l.qui liberos.ff.de ritu nupt.pro consti-
tuenda, & restituenda licitum est alienare bona
13 aliàs sobiecta † fideicommisso. l. à fina. l. mulier.
ff. ad Trebell. Authen. res, quæ. C. com. de leg.
vbi Ias. numer. 29.Iason. consil. 157. volumin.2.
Deci.consil.376.consil. 519.numer. 2.Ruin.consi.
199. oumer. 13.volumi.2. Rip.leg. nemo potest.
numer. 77. ff. de leg. 1. & Gozad. consil. 97.nu-
mer. 10. Ampl. vt res quam ecclesia esset grauata
restituere per fideicommissum potest sine solen-
nitate alienari Lap. alleg. 26.Fel.cap.in præsentia
de probat. Marsil. sing. 132. Redoan. dicto loco
pag. 272. numer. 9. similiter fideicommissarius
hæreditate re, vel verbo non restituta agere non
potest secus: verò si restitui non possit Bartol.
leg. pen. C.ad Trebelli. Asinius.in praxi iudic.§.
tertio. capitul.27.numer. sexto.Tertio. & vltimo
non solum dos, & fideicommissum ex causa
necessitatis alienari possunt, sed etiam feudum
14 Afflictus † tractat. de iure Prothom. §. secundo,
numer. 16. declaratur hoc ex mente Iaco.Meno-

chi.d.loco nu.19.& ſeq.Crau.in reſp.quo genero
nu.32.& ſeq.Secundo ampl.vt appellandi neceſſi
tas excuſet, vt poſſit fieri omiſſo medio.l. ſi procu
ratorem.§.ignorantes. ff.mand.glo.leg.illicitas.§.
15 præſes verſi. neceſſitas, † de offic. præſid.c.ſi à de-
legato de offic.deleg.6.Fel.c.querelam.de iure iu-
rando.Tertio ampl.nam ad hoc vt bellum dicatur
iuſtum requiritur neceſſitas pugnæ. Bald. conſi.
16 439. volum. ſecundo, † numer.3.item tempore
Belli in neceſſitate conſtituti Chriſtiani poſſunt
petere auxilium à turcis. Ferrett.in tract.de iuſto
& iniuſto bello num. 115. Old.conſi. 71. Quarto
17 ampl. † vt eo caſu quo non poteſt quis ſine actio-
num ceſſione agere, vt puta ex contractu procura
toris,agere tamen poterit cum propter abſentiam
mortem ve ſine hæredibus procuratoris actiones
cedi non poſſunt.Bald. conſi.228.volum. 5.leg. 1.
ff. de inſt. Aſinius in praxi iud. §.3. cap.28.nume.
18 7.† Quinto ampl. vt licet capit.ſede vacante non
poſſit beneficia conferre,non tamen habet locum
in collatione neceſſaria. Abb. cap.illa ne ſede va-
cante in his, quæ ſunt neceſſaria cap. indulget. c.
primo, de inſt.ſext. leg. de pupillo.§.ſi quis riuos.
ff. de nou.oper.nunci.gloſſ.clem. prima de hæret.
Abb. capit. his, qui de maior. & obed. Rebuff. in
praxi Ben. tit. de deuol. numer.85 & ſequ. Sexto
19 † ampl.vt clerici excuſentur propter neceſſitatem.
à delatione habitus,& tonſuræ . deciſion. capellæ
Tholoſ. 257. numer.6.capit.clerici.de vita,& ho-
neſtate clericorum. ſimiliter excuſantur à reſiden
tia. Ripa tract.de Peſte.colum.8.Rebuff.in praxi.
ben. tit. de diſpenſa.de non reſid.num.23. Conc.
Trid. ſeſſ.23. cap. 1.§.nam cum Chriſtiana de re-
20 formatio. Septimo ampl. † vt neceſſitas excuſet
etiam à furto. capi.ſi quis propter de furt.M noc.
de arb.iud.Caſ.182.numer.7.lib.2.not.capit.fra-
ternitatis. 12.q.2.Ferret.tract. le mil.iuſti.nume.
158 Cagnol: leg quæ propter.ff.de reg.iur.Ioan.
Andr.c.in Arg.numer. 4.de reg.iur.6.Affl:ct.tra-
ctat. de iure proth.§.2.numer.16.Duen.reg. 102.
numer. 3.Redoan.tit.de reb.eccl.non alien.titul.
de cauſa alien. numer. 70. Socin. c.ſacris,numer.
154.de ſent.exc.Deciſ.capellæ Tholoſ.257.num.
4. Didac.reg. peccatum.§. 1.p.2.relect.numer. 3.
quando maxime imminet vitæ periculũ Didac.d.
loco verſi.neceſſitas,ratio eſt quia tunc temporis
omnia ſunt communis. capit.ſicut.47.diſtin.quo
caſu magis ſubueniendum eſt propinquo quam
alieno. capitul.non ſacris, decima diſtinct. priuſ-
que iuſto quàm peccatori. Angel. l.ſi laborante.§.
cum in ead. numer. 3.& ibi.Bart.num.4.ff.ad leg.
21 Rhod.de iactu.Octauo ampl. † vt citari non poſ-
ſit neceſſitatus ſtare in certo loco,Soc.l.2. num.8.
ff. de in ius voc. Nono ampl. vt conſenſus illius,
qui aliàs requirebatur non requiritur tempore
neceſſitatis.Rol.conſi.80.nume.4.vol.3.Redoan.
d. loco numer. 33. Abb.c.fin.de eccl.ædifi.Fel. c.
cum acceſſiſſent numer. 20. de conſt.Bald.conſi.
488. vol. 1.Aſin.de praxi.iud.§.3.c.37.numer. 5.
22 Nono ampl. † vt licet aliàs debitor non poſſit ca-
pi propria auctoritate,hoc tamen fallit imminen-
te neceſſitate. Duen.regu.102.numer.6.de debi-
23 tore neceſſario. not. † Crau. in reſp. pro genero.
nume.44.& ſeq.Decimo ampl. vt diſpenſatio con
cedatur ex cauſa neceſſitatis. Ant. capit. cum no-
bis num. 17. de elect. Cagnol.Rubri.de regu.iur.
24 numer. 7. Vndecimo ampl. † vt epiſcopus tranſ-
ferri poſſit neceſſitate vrgente. c. mutationes . 7.
q.1.c.ſcias ead.q.3.item Epiſcopus neceſſitate vr-
factum est etiam fortuitus casus idem consi. 143.
nu. 6. vol. 1. Socin. l. quidam nu. 3. ff. de reb. dub.
Crau. consi. 95. nu. 1. Vndecimo grando nix & gla
cies immoderata casus est fortuitus; Angel. l. licet
nu. 2. ff. loc. l. fistulas. in fi. ar. ff. de in diem adiect.
Duodecimo incendium connumeratur, inter for-
tuitos casus not. l. si quis fundum. ff. loc. l. incen-
dium. C. si cer. pet. l. si vendita. ff. de peric. & com.
re vend. Bald. cons. 137. nu. 2. vol. 4. l. capitalium,
§. incendiarij, ff. de pœnis. l. in rebus. ff. commod.
19 Decimotertio † locustarum damnum dicitur fa-
ctum fortuito casu. Ange. l. excepto. nu. 1. C. locat.
Cassan. consi. 1. Decimoquarto mors numeratur
inter fortuitos casus. not. l. in rebus. ff. com. Ang.
l. interdum. nu. 3. ff. de iud. vbi etiam Paul. num. 6.
Decimoquinto naufragium inter fortuitos casus
collocatur. d. l. in rebus. ff. commod. Decimosexto
20 † obsessio ciuitatis inter fortuitos ponitur casus.
Doct. c. de his. 50. dist. Decimoseptimo damnum
à prædone. Bald. l. creditor. ff. de solut. Alex. l. si ve
rò. §. in his. ff. sol. mat. idem est in Piratarum insi-
dijs text. est cum Doct. l. in rebus. ff. commod. De-
cimooctauo paupertas dicitur fortuitus casus. l.
secunda. §. si verò. ff. de admin. rerum ad ciui. pert.
21 Decimonono † Ruina casus fortuitus nuncupa-
tur. Ang. l. si finita. §. si quis num. 1. ff. de damno
22 infecto. Vigesimo † sterilitas connumeratur inter
fortuitos casus. c. quæ propter locati. Boss. tract. de
remiss. merc. nu. 3. & seq. Vigesimoprimo terremo
tus est fortuitus casus. l. fluminum. §. & Labeo. ff.
23 de damno infecto. Vigesimosecundo † & vltimo
omnes insoliti casus fortuiti dicuntur. Alex. cons.
157. num. 3. Socin. consi. 123. nu. 12. vol. 4.

## SVMMARIVM.

1 *Allegans fortuitum casum illum probare debet.*
2 *Conducens molendinum quando ei fiat remissio pensionis.*
3 *Amissam pecuniam allegans tenetur probare.*
4 *Inuentarium allegans esse amissum probare tenetur.*
5 *Conductor peculum si allegat sibi furatas esse debet illud probare.*
6 *Facta non præsumuntur nisi probentur.*
7 *Probatur fortuitus casus iuramento.*
8 *Notarius allegans amisisse prothocollum illud probare debet.*
9 *Casus fortuitus probatur coniecturis.*
10 *Periuro non creditur.*
11 *Testibus probari potest fortuitus casus.*
12 *Casus qui sine culpa esse dicantur.*
13 *Lex loquens de fortuito casu debet intelligi de eo cui non potest resisti.*
14 *Legitimis probationibus fortuitus casus debet probari.*
15 *Arbitrio iudicis probatur fortuitus casus.*
16 *Fama sola quandoque probatur fortuitus casus.*
17 *Arbitrio iudicis iudicatur fortuitus casus.*
18 *Iudicis arbitrio dicitur insolitus casus vel solitus.*

## *Quæst. XIIII. Primæ partis.*



1 VÆro Decimoquarto † quis teneatur probare fortuitum casum item & qualiter ipse probetur. Ad primum respon. quòd allegans fortuitum casum illum tenetur probare not. §. creditor. institu. quibus modis re contr. obliga. Bald. l. si quis nume. 5. ff. de edendo. Dec. consi. 955. nu. 7. Socin. consi. 24. nu. 40. vol. primo.

Anch.

Anch.consi.316.nu.4.Gozad.cons.63.nu.2.Ful-
gos.l.si quis. §.prætor. nu.6.ff. de edendo. Socin.
consi.24.nu.4.vol.2. Bald.consi.476.nu.2.vol.1.
Ber.consi.98.nu.4.vol.3.Alber.l.si creditor,nu.2.
C. de pact. Exemplum in eo qui duxit molendi-
2 num pro certa annua † pensione voluitque.l.fieri
remissionem pensionis ex eo, quia allegat se fuisse
impeditum propter bellum seu vi fluminis certe
ad ipsum allegantē spectabat probatio casus.Dec.
consi.252. nu.7. Secundo infertur, quod si quis
3 diceret se amisisse pecuniam, † nec potuisse exige
re à creditoribus non excusatur quo minus tenea
tur contribuere socijs, nisi probasset fortuitum
casum.Socin.consi.24.nu.40.vol.1.no.l.si quis ex
argentarijs.§.fin.ff.eod.Bald. leg. si creditor.C.de
4 pign.act. Tertio † infertur, quod mulier, quæ te-
netur conficere inuentarium, si ipsa dicat, se illud
confecisse, sed amisisse non creditur ei, nisi amis-
sionem probet,not.l.cum ita.§.species.ff.de leg.3.
5 Anch.cōsi.316.nu.4. Quarto † infertur, quod con
ductor pecudum si dixerit eas sibi furatas esse non
creditur ei, nisi casum probauerit. Ber. consi.98.
num. 4. vol.3.Alex. consi. 118. vol.1.dummodo
deponant de identitate pecudum. Bart. l. senatus.
ff. de accusat. Ratio huius dicti generalis est quia
casus est quid facti facta autem non præsumun-
tur, nisi probentur. l. in bello. §. facta de capt. &
6 postl. reuers. † ad secundum quæsitum Respon.
casum fortuitum probari pluribus modis. Primo
7 modo probatur per iuramentum † cum aliqua ta
men causæ cognitione. Inno.c.cum olim.de priui
leg.Specul.tit. de pignor.in princ.versi.sed quali-
ter.Bart.l.scire.§.sufficit.ff.de exc.tutor.Alexand.
l. secunda. §. quod diximus. ff.si quis caut.consi.
55.vol.2.Bart.l.si quis ex argentarijs.§.an vero.ff.
de edendo.gl.l.publicati.C.de testibus.gl.& Doct.
l.si quis fundum. §. imperator. ff.loca. not.l.sicut
vim. C.de pigno.§.fi. vbi gl. & Doct. inst. quibus
mod. re contr. obligat. Bald.l. testium.C.de testi-
bus. l.sicut. C.de fide instr. Abb. c.1.de deposito.
mihi tamen placet distin.posita. per Bar.l.scire.§.
sufficit. ff. de excus. tutor. videlicet aut quis vult
se propter casum fortuitum excusare ab eo quod
tenebatur ex contractu & non potest gl. l. finali.
C. de fide instr. si verò non tenebatur ex contra-
ctu sufficit sacramentum. Bart. l. fin. C. de nauic.
lib.11.Menoc. c.cupientes.de elect.6.c.proposui-
sti.82.dist.ca.placuit.18.dist.& hoc fallit, quando
aliquid perijt circa quod diligentiam adhibere
8 debuit vnde notatur † allegans amisisse protho-
collum non probat amissionem hanc solo iura-
mento.Bald.l.fin. C. de edendo. Alex.l.prætor. §.
pen.nu.13. ff. de edendo. Secundo modo proba-
tur ex coniecturis, & præsumptionibus præser-
tim, quando sunt de re quæ est difficilis probatio
nis, vnde si quis dixerit sibi fuisse rem furatam sa
9 tis erit dicere, quod hostium ei fractum † fuerit à
latronibus. Alexan.consi.53.nu.3.vol.2.consi.24.
nu. 5. eod. vol. & isto etiam casu iuramento pro-
batur sicuti si persona iurantis sit talis auctorita-
tis cui credendum sit cum iuramento. Aretinus.
Ang. l.non exigimus. §. quod diximus.nu.3. ff. si
quis caution, Fallit hoc quando quis casum iura-
mento semel probauit. Nam si iterum allegat ali-
quid casu contigisse non auditur iurando sed alia
10 probatione opus † est. l. si secundum. ff. de bon.
auth. iud. possid.Ang.d.§.quod diximus.num.4.
idem, l.eum qui. §. si rem.ff.commod.Bald.consi.
476.vol.1.nu.2.Secundo fallit, quando per testes
ipsum casum verisimiliter probari posset. Doct.
com.l.si quis ex argentarijs.§.antepen.ff.de eden-
11 do. Tertio declaratur, † vt intelligitur quantum
ad consequendam exceptionem, tunc enim suffi-
cit probari casus per iuramentum, secus quoad
consequendam actionem. l. pœnas.§. docere.ff.ne
quis eum qui. Quarto limitatur, quando quis se-
mel fuisset periurus, quia tunc amittit omnem fa-
cultatem probandi per iuramentum. c. paruuli.
22.q.3.Roma. l.admonendi.nu 28.ff.de iure iur.
Bald. auth.qui iurat.C.de bon.auth.iud.poss.Ias.
l. non exigimus.§.quod diximus. num.4.ff.si quis
caution. Tertio modo probatur hoc pacto quo-
niam aliqui sunt casus, qui sine culpa regulariter
non contingunt, qualis est incendium & furtum.
12 l.si vendita.ff.de peric.& † commo.rei vend.l.cum
duob.§. damna. ff. pro socio, & probatio illo casu
nō dicitur purgata culpa, & tunc ipse tenetur pro-
bare culpam in eo cessare cum præsumptio sit con
tra ipsum. l.fin. ff.quod met.causa.l.1.§.si quis.ff.
ad Syll. si verò sit casus qui sine culpa contingit,
vt incursus hostium vis latronum, & similes. l. in
rebus. ff.com. qui cauari non possunt. l.quæ for-
tuitis. C. de pign. actio. tunc probata amissione,
vel interitu rei dicitur probatus casus.l. si merces.
§.culpæ. ff. loca. & cond. Paul.l.si creditor.num.7.
13 C.de pign.act. Quarto † dicas, quòd leges loquen
tes de fortuito casu qui excusant habentem custo
diam debet intelligi, quòd sit talis qui præuide-
ri, nec resisti potuit, tunc eo probato sequitur ex-
cusatio. l.in iudicio. C.loc. & cond. si verò ei resi-
sti non potuit, tunc eo probato debet probari dili
gentia aliàs nō excusat.l.1.§.fin.ff.ad Syll. Igneus.
l. contractus.num.35.ff.de reg.iur. Quinto modo
14 probatur † per testes vel alijs legitimis modis. l.
ne quid. ff. de incend. ruina & naufrag. Alber.leg.
qui commeatus. ff.de re militari.l.si quis ex argen
tarijs.§.prohibet.nu.5. ff. de edendo.l.si creditor.
nu.2. C. de pig.act.Bc ff.n t. de remiss.merced.nu.
73. Sexto, & vltimo dicas quod si debet probari
casus fortuitus debet esse arbitrarium inspecta fa
cilitate probationis, vel difficultate, inspecta qua-
litate personæ & secundum prædicta aliquando
exiget plenam probationem aliquando non Ioan.
Andr.cap.primo, de dolo & contum. Sexto, idem
in addit.ad Specul.tit.de appella.§.nunc breuiter.
versic.quid ergo.Doct.l.secunda.§.adijcimus.ff.si
quis caut. Ant.cap.ex ratione de appell. Ang.l.fin.
ff.de fer. Bal.& Salyc.l. prima. C.de dilat.l.quæsi-
tum.ff.de re iud.Alexand.consi.53. vol.2.num.3.
vnde in his in quibus probatio difficilis est suffi-
cit probatio per coniecturas aliàs non faceret fi-
dem. Fed. consil.119.not.c.Michael.de fil.presb.
l.si vicinus.C.de nuptijs cap. veniens de testibus.
Host. c. fin. quod met. causa. l. quicunque. C. de
seru. fug. & sic in his sufficit probare per famam
cum aliquibus adminiculis. not.c.præterea de te-
stibus,

ctibus, ita in terminis. Ale. consi. 53. in fine, vol. 2.
Conc. Lap. alleg. 94. Ale. consi. 24. num. 6. vol. 2.
concluditur, ergo arbitrio iudicis probari fortui-
tum casum, sicuti etiam in arbitrio iudicis est iu-
17 dicare, qualis † dicatur fortuitus casus qui excu-
set, & inducat remissionem mercedis. Boss. tracta.
de remiss. merced. nu. 12. Rim. consi. 40. num. 26.
Rip. tract. de peste. par. 2. num. 101. Menoch. tra-
cta. de recuper. poss. remed. 12. num. 37. similiter
quis dicatur casus fortuitus insolitus arbitrio iu-
18 dicis relinquitur. † idem Menoch. tracta. de arb.
iud. lib. 2. cent. 1. consi. 80. nume. 8. Tiraq. l. si vn-
quam, vers. omnia. nu. 31. C. de reu. don.

*SVMMARIVM.*

1 *Periculum rei suscipiens, an teneatur de fort. casu.*
2 *Solitum casum intelligitur suscipere ille, qui susci-*
*pit in se fortuitum casum.*
3 *Emens gabellam carnium fit ei remissio mercedis,*
*si pestis contingat eo tempore.*
4 *Aestimationem promittẽs intelligi debet de solita.*
5 *Molendini expensas si quis reficere tenebitur, non*
*obligatur ad damnum datum ex insolita inunda-*
*tione.*
6 *Immunitas concessa non soluendi onera non de-*
*bet intelligi de oneribus, quæ imponuntur ratio-*
*ne belli.*
7 *Emphyteuta suscipiens in se fortuitum casum non*
*intelligitur de insolito.*
8 *Conducens gabellam nõ tenetur ad insolitos casus.*
9 *Prata conducens cum certa pensione si occupen-*
*tur ex incursu hostiũ non tenebitur ad pensionem.*
10 *Renunciatio casuum fortuitorum generalis non va*
*let, specialis tenet. & nu. 11.*
12 *Obligatio ad aliquot casus in specie cum clausula*
*generali, & ad omnes alios deberet intelligi de*
*similibus.*
13 *Stipulatio conuentionalis non requirit expressam*
*mentionem casus.*
14 *Obligatus ad casum ante contractum suscipiendo*
*in se periculum de casu etiam tenebitur.*
15 *Possessio vbi non est ibi culpa esse non potest.*
16 *Periculum suscipiens in casu, vbi venit dolus lata*
*culpa, & leuis tenetur etiam ad casum.*
17 *Vbi quis tenetur de fortuito casu quando suscipiens*
*in se periculum teneatur dato, quod veniat alte-*
*rius culpa.*
18 *Quando dicatur obligari ad solitos casus ille, qui in*
*se suscipit periculum & casum.*
19 *Renuntians casui fortuito in casu quo renunciatio*
*non valeat, an firmetur talis renuntiatio iura-*
*mento.*

## *Quæst. XV. Primæ partis.*



Ecimo quinto quæro, vtrum susci-
piens omne periculum rei teneatur
ad fortuitum casum. Breuiter resp.
quod non, nisi fiat specialis mentio
1 alicuius casus † fortuiti, prout la-
tius dixi supra in vndecima quæsti.
sed pone quòd fiat mẽtio de his qui casu venient,
Resp. quòd regulariter veniunt tantum casus so-
liti, non autem insoliti, ita in terminis huius qõ.
Doct. com. l. sed etsi. §. quæsitum, vbi Fulg. num.
11. ff. si quis caut. Soci. l. 2. num. 6. ff. de vulg. const.
123. nu. 12. vol. 4. Crau. consi. 294. nu. 9. Port. §.
2 item, nu. 8. instit. quibus † modis re contr. oblig.
Aret. §. cum autem, num 3. insti. de empt. Alciat.
consi. 157. num. 3. Ale. l. Titius, nu. 4. ff. de liber. &
posth. ex quo dicto infertur ad plura notabilia. Et
primo infero, quod ementi gabellam carnium fit
3 remissio † mercedis ob superuenientem pestem,
quia est insolitus casus. Corn. consi. 118. volu. 2.
4 Secundo infertur, † quòd promittens æstimatio-
nem intelligitur de solita non autem de ea, quæ
fuit tempore charistiæ. Ita in termin. Natta consi.
5 21. vol. 1. Tertio infertur † quod ille qui tenetur
ad expensas reficiendi molendinum si superuene
rit inundatio insolita non tenebitur, ita idem Nat
ta. consi. 156. vol. 2. in termin. Quarto arguendo
6 à cõtrario sensu † immunitas concessa non soluen
di onera non debet intelligi de oneribus, quæ im
ponuntur ratione belli. Natta. consi. 406. volum.
7 2. Alb. consi. 1. in termin. Quinto † emphyteuta
suscipiens in se fortuitum casum non dicitur su-
scepisse insolitum, ita in termin. Redoan. tract. de
reb. eccl. non alien. titu. de remiss. merced. §. multi
autem, num. 5. pag. 428. Sexto si quis conduxerit
8 gabellam † cum pacto, quod teneatur de fortui-
to casu non tenetur de casu siccitatis insolito, ita
Alciat. consi. 157. num. 1. & seq. in termin. Septi-
9 mo quidam conduxit † prata cum pacto, quòd
teneatur ad omne periculum & rischiũ in re con-
tingente si occurrat incursus hostium non tene-
bitur soluere pensionem, quia tale pactũ ad hunc
casum non extenditur, ita Bar. Soc. cons. 123. vol.
4. in termin. conc. Ale. l. Titius, num. 4. ff. de liber.
& posth. Pantaleon. de Crema, l. rem maioris, nu.
234. C. de resc. vend. vbi dicit, quod pretia rerum
non attenduntur tempore charistiæ. not. §. si quis
agens. Inst. de action. idem est in sterilitate. Bero.
consi. 142. vol. 1. num. 7. & num. 19. Igneus. l. con-
tractus, num. 26. ff. de reg. iur. Soc. consi. 20. volu.
3. num. 3. Crau. consi. 294. nu. 9. Port. §. item, inst.
10 quibus mod. re cõtr. obl. Item not. † quòd renun-
ciatio casuum fortuitorum specialis valet gene-
ralis autem non Docto. comm. l. sed etsi. §. quæsi-
tum. ff. si quis caution. Tabien. in ver. cas. num. 6.
Silu. ver. cas. & num. 2. & seq. Ang. ver. cas. nu. 3.
Armil. ver. cas. num. 3. Ale. l. filio. §. Titius, num. 4.
ff. de liber. & posthum. ampli. etiam si interuene-
rit iuramentum. Alex. d. §. quæsitum, nu. 17. com.
dicit. Bar. l. Seio. §. medico. ff. de ann. leg. l. Lucius. l.
Titius, num. 14. ff. de lib. & posthu. in casu tamen
in quo valet renunciatio casuum valet in contra-
ctibus, secus autem in iudicijs. Iaso. l. si creditor.
nu. 2. C. de pign. act. l. prima, num. 4. C. commun.
Cor. consi. 128. num. 13. volum. 2. Ias. consi. 107.
vol. 1. Barb. consi. 47. vol. 4. Rol. consi. 26. nu. 16.
vol. 2. Ber. consi. 177. num. 50. vol. 1. Dixi ego in
tract. de reg. iur. par. 1. ampli. 17. & ampl. 99. qui-
11 bus ita † suppositis prima sit conclusio, quod ad
hoc ut ualeat renunciatio casuũ fortuitorum fa-
cta in iudicio requiritur, quòd casus fortuiti sin-
gulariter

gulariter exprimatur. Rub. l. sed etsi, §. quæsitum,
num. 27. ff. si quis caution. & valet in casibus for-
tuitis specificatis tantum etiam si clausula gene-
ralis apponeretur maxime in prætorij stipulatio-
12 nibus ibidem nu. 36. Secunda † sit conclus. quod
quando quis obligatur ad aliquos fortuitos casus
& ad omnes alios debet intelligi de similibus ex-
pressis. l. item. §. exercitu. ff. loc. leg. merces. §. vis
maior, ff. eod. idem ibid. nume. 40. Tertia est con-
13 clusio, quod in stipulationibus † conuentionali-
bus si quis suscipiat in se periculum fortuiti casus
obligatur nec est necesse quod exprimatur in spe-
cie. Bartol. l. Titius. ff. de liber. & posth. est comm.
opin. Doct. de qua per Alex. & Ias. d. §. quæsitum.
14 vbi Rubeus. nu. 44. Quarta † conclusio sit, quod
vbi quis tenebatur de fortuito casu ante contra-
ctum suscipiendo in se periculum videtur susci-
pere casus fortuitos. l. periculum. ff. de naut. for-
15 nor. rubr. d. loco nu. 46. Quinta † conclusio poni-
tur, quòd vbi possessio rei non transit ad eum qui
se subijcit periculo, isto casu appellatione pericu-
li venit casus fortuitus. l. in véditionis. ff. de peric.
& commod. rei vendit. quia qui non possidet se-
16 cund. Bart. non potest esse in culpa. Sexta † sit con
clusio, quod suscipiens in se periculum in quo ve
nit dolus lata culpa leuis negligentia, & leuissima
culpa. l. opus. ff. loca. tunc appellatione periculi ca
sus fortuitus comprehenditur. leg. & Aristoni. ff.
manda. sed in hoc maxime est inspicienda mens
contrahentium, vt per Rubeum dicto loco. num.
17 49. Septima † conclusio sit, quod vbi quis tenetur
de casu fortuito si suscipiat in se periculū si prius
tenebatur, de casu contingente absque culpa alte-
rius contrahentis, tunc tenebitur de casu contin-
gente culpa ipsius contrahentis dummodo dolus
absit. l. qua officij. §. finali, ff. de contrahen. em-
18 ption. Octaua † sit conclusio, quod in his casibus
in quibus quis se obligat ad fortuitos casus vide
tur, se obligare ad solitos tantum, non autem ad
insolitos. Corn. consi. 282. vol. 4. Rub. d. §. quæsi
tum. num. quingentesimo primo. Nona & ulti-
ma sit conclusio, quod in casu in quo non ualet
renunciatio Cas. fort. non valet etiam cum iura-
mento ita. Rub. nume. 52.

*SVMMARIVM.*

1 *Casus fortuitus neminem obligat.*
2 *Adesse non videntur illi, qui causaliter adsunt.*
3 *Arg. a contrario sensu validum in iure.*
4 *Alluuio non est imputanda conductori.*
5 *Venditæ rei periculum ad quē pertineat. & nu. 20.*
6 *Bellum superueniens excusat.*
7 *Cōmedatarius nō tenetur si res cōmodata perierit.*
8 *Homicidium casu commissum non imputatur.*
9 *Custos non tenetur de fortuito casu.*
10 *Debitoris periculo quando pereat res.*
11 *Portitor qui negauit aliquem admittere in portu, an teneatur.*
12 *Cessionarius quando de casu fortuito obligetur.*
13 *Colono non imputatur fortuitus casus.*
14 *Contractus est validus si fortuito casu omittatur solennitas.*
15 *Inundatio magna excusat.*
16 *Conductori non imputatur fortuitus casus.*
17 *Specie perempta liberatur debitor.*
18 *Legitima si pereat fortuito casu reuocatur.*
19 *Incendium non imputatur.*
20 *Emptæ rei periculum ad quem pertineat.*
21 *Equi conducti damnum ad quem spectet.*
22 *Emphyteuta non tenetur de fortuito casu.*
23 *Furioso non imputatur quicquid gestum est ab eo.*
24 *Furtū factū à domesticis qūo & quādo imputetur.*
25 *Fideiussor non tenetur de fortuito casu.*
26 *Negociorum gestor non tenetur de fortuito casu.*
27 *Gabellarū conductor non tenetur de fortuito casu.*
28 *Homicidium casu commissum excusat ab irregularitate.*
29 *Pro facto habetur id quod casu impeditur.*
30 *Bonæ fid. possess. non imputatur casus contingens.*
31 *Vti frui impedito casu fortuito datur repetitio pro rata temporis.*
32 *Hæres conficiens inuentarium non tenetur si hæreditas casu perierit.*
33 *Exportans aliquid de vno loco ad alium non tenetur de casu.*
34 *Medico non imputatur fortuitus casus.*
35 *Mandatarius excusatur fortuito casu.*
36 *Nuncij casus excusat dominum.*
37 *Nauta non tenetur de fortuito casu.*
38 *Locator operarum excusatur fortuito casu.*
39 *Pignoris damnum cui imputetur.*
40 *Puniri non debet id quod casu contingit.*
41 *Casus superueniens quando à culpa præcedente excuset.*
42 *Pastor excusatur si casu ei aliquid contingit.*
43 *Præscriptionis cursum impedit fortuitus casus.*
44 *Socij damnum est communicandum.*
45 *Statutum disponens de damno dato non comprehendit fortuitum casum.*
46 *Culpa præcedens, & ordinata ad casum nō excusat.*
47 *Mora cum præcessit casus non excusat.*
48 *Pacto recipi potest fortuitus casus.*

## *Quæst. XVI. Primæ partis.*



1 QVæro Decimosexto † qualiter & quando quis de fortuito casu teneatur. Resp. reg. esse com. neminem ex fortuito casu obligari gloss. 1. ca. ad aures de ætate, & qual. c. vnico commod. l. illicitas. ff. de offic. præsid. Bart. l. Cæsar. nu. 4 ff. de publ. & vectig. l. fin. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iactu. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. cū duobus. §. damna. ff. pro socio. l. ex facto. §. rerum. ff. de hæred. instit. l. quæsitum. §. idem. ff. de fundo instr. Dec. cons. 473. nu. 7. consi. 523. nu. 3. l. 2. §. si eo. ff. de admini. rerum ad ciu. pert. l. contractus. in fine. ff. de regu. iur. §. item inst. quibus modis re contra. obligar. ca. 2. deposi. l. qui saltem. ff. de leg. 3. Cephalus. consi. 20. nume. 12. Ampl. & limitatur hæc regula pluribus modis & Primo actio pignoratitia recipit dolum & culpam, non autem venit in ea fortuitus casus ita in termin. Alber. l. si cum vendere-

ret,

ret nu.4.ff.de pig.act.conc. l.creditor, eod. tit. Se-
2 cundo abesse non † videtur ille, qui causaliter ab
fuit not. l.si ita. ff. de leg.3.Bar.l.quæsitū.§. fin. ff,
eod.tit.l.qui saltem.ff.eo. l.ex facto. §.rerum,ff.de
hæred.inst.Dec.cons.523.nu. 3. ideo non est im-
putandū arg. à cōtrario sensu ei qui causaliter ab
3 est. Tertio † incidens arborem si fortè fortuna ra-
mus in nemore cadens percusserit aliquem nō im
putabitur incidenti. Ita not.Doct. com. l. si puta-
tor.ff.ad l.Aquil.c.hi qui,& c.seq.distin. 50.Quar
to ampl. quod si ager alluuione occupetur em-
4 phyteuta † non tenetur, sed minuitur, ei pro rata
damni passi.l.2.& sequent.C.de alluuio.l.2. C.de
præd. naui. lib. 11. Brun. tract.de dim.& deter.
cōcl. 12. si verò contingat in re vendita ante tra-
dionem, ad uenditorem periculum spectat. Ang.
l.ex mille.nu. 1.ff.de euic. Quinto ampl. vt si quis
5 amitteret librum, vel † instrumentum nō per hoc
priuabitur iure exigendi suum si amissio proba-
bitur.Anch.consi. 316.num.4. Fulgos. l.si quis.§.
prætor.nu.5.ff.de edendo. Sexto si quis tenebitur
ad aliquid excusatur si propter bellum quod in-
6 ter fortuitos casus † connumeratur, fuerit impe-
ditus.Socin.consi.113. vol.4. Alba.consi.1.in ter-
min.Port.consi.143. Boss. tit. de remiss.merc.nu.
93.Septimo commodatarius si res commodata ca
su fortuito perierit non tenetur Portius.§. item si
7 nu.19. institu. † quib.mod.re contr.obligat.Octa
uo clericus qui casu aliquem interfecerit in pro-
prio gradu ex dispensatione manere permittitur
8 not.c.de his.50.dist.Clem. 1. de homicid. † vol.&
inuol. Nono custos non tenetur de fortuito casu.
Corn.consi.28.vol.3.Natta consi. 29.vol.1.credi
tor ex contractu, seu literis cambij in certa pecu-
9 niarū quantitate in certo † loco soluēda non amit
tit ius suum ob rerū & bonorū suorū in manibus
debitoris depopulationem in illo loco à militibus
factā, quia omne periculū ac damnum casusque
fortuitus circa bona & res ipsius debitoris cōtin-
gens ad eum spectat. Aug.Ber.consi.194.vol.1.in
termin. Decimo quidā portior Portus recusauit
10 admittere in portum quosdam bubulcos † cū cur
ribus onustis ob quā recusationem coacti fuerunt
aquarū furori se committere in quarū transitu di-
citur submersus quidem iuuenis conductor boū
simul cum bobus, bobus fiscus instat, vt delatus
puniatur veluti causa secuti interitus, ex aduerso
excipit Reus quod recusauit admittere curros tā
rū onustos ob periculū nauis vetustæ & attriæ.&
quod mors secuta fuit imperitia bubulcorū & de
bito agitato processu reus absolutus fuit nec de
casu illo quidquam habuit culpæ, ita Crau. in ter
11 min.in consi.8.nu. † 1.& seq. Vndecimo casus cō
tingēs nomini cessi non petinet ad cedentem quā
cessionarius. sciebat qualitatem ipsius nominis.l.
inter.§.abesse.ff.mand.Imola.leg. pupilli.§. forot.
nu.3.ff.de sol.& liber.Bart. l. prætoria . la 2. ff. de
præt.stipulat.Imola.l.facta.nume. 4. ff.ad Trebell.
Duodecimo ampl. vt hæres non teneatur soluere
12 quartā parrocchiæ ecclesiæ in † qua quis aufugit
propter pestem, vel occasione alterius fortuiti ca
sus, sed debetur canonica portio ecclesiæ à qua d.
decedens aufugit.Doct.com. c.his quæ de sepult.

Calde.consi.3.de sepult.Rip.tract.de peste.num.
13 198.Decimo tertio amp.† colono non imputatur
si aliquo fortuito casu discedit à colonia gl.& Bar.
cō.l.si in lege.§.si domus.ff.loc.l. item exercitu.ff.
loc.iuxta illud eufuge crudeles terras quē refert.
Rip.d.loco. nu. 17. Decimo quarto casus validat
contractū aliàs nullū propter omissam solēnitatē
à statuto requisitam. Ang.§. qui aūt auth. de non
14 alienand.Doct.l.fin.C.† de testa.Bal.l.ad egregias.
ff.de iureiur.Felin.c.proposuisti. c.causam.de pro
bat.Doct.com.l.1.§.fi.ff.de verb. ob.Decimo quin
15 to ampl. quidam promisit † seruare clusā ad om-
ne suū periculū, euenit diluuiū ꝑmissor nō tenet
quia talis fortuitus casus excusat. Bald.cons.119.
vol.1.in terminis.Decimo sexto ampl.vt cōducto
ri non imputatur fortuitus casus, sed fit pro rata
remissio mercedis, dūmodo ex casu causetur no-
tabile damnum, ita Alex.consi.107.nu.18.vol.3.
16 Bal.cons.329.nu.1. Rol.consi. 95.† nu.19.vol. 1.
Salyc.l.si merces.nu.53.ff. loc.Portius.cons.143.
Boss.tit.de remiss.merced.nu.18.& seq. Redoan.
tract.de reb. eccle. non alien. tit. de remis. merc.
17 nu.6.& seq.Decimo septimo † si quis debuerit spe
ciem aliquam alicui quæ aliquo casu perierit non
imputatur ei, sed liberatur. l. cum speciem, C. de
action.empt.Aret. §. creditor nu. 2.instit.quibus
mod.re contr.oblib.Ang.l.item nu.2.ff.const.pec.
l.mater.nume.7.C.de rescind. vend. Bald. consil.
145.nume.3.vol.3.Angel.l. si seruum,nu. 2. ff.de
verbo.obligat.Imola.l.in bis nu. 2. ff.solu. mat.l.
nemo.nu.2.ff.de verb.obligat. hoc tamen fallit si
esset debitor generis.not.Doct. com.l. quod te. ff.
si cert.pet. Decimo octauo ampl. donatio omniū
18 bonorū † facta per patrē filio reseruata legitima si
postea pereat fortuito casu reuocatur donatio. An
gel.auth.de Immens.don.col.4.co.7.Are.cōsi.54.
Abb.consi.18.vol.1. Decimo nono si præceptor
scholæ conduxerit domum pro schola quam alte
ri locauit ad alium vsum si comburatur casu con-
ductor non tenetur.Bald.consi.441. vol. 1.Item si
19 domus comburatur ex combustione † vicini dam
num inferatur non tenebitur, quia si casu con-
tingeret afflicto adderetur afflicto. ita Bal. cons.
442.vol.3. Idē est si domus domui damnū intu-
lerit propter ruinam.Corn.consi. 282.vol.4. Vi-
20 gesimo ampliatur, si res vendita † perijt fortui-
to casu non imputatur venditori, sed emptoris
est periculum.Doct. com.§.cū autē. Inst.de empt.
& vend.Alex.consi.107.num.5. Ang.l.cum inter.
nu.1.C.de peric.& com.rei uend .Fulg. l.emptor.
nu.5.ff.de euict.Corn.consi.38.uol. 2.& in hoc di
stinguitur aut est perfecta venditio aut imperfe-
cta, uenditione perfecta & secuta traditione peri-
culum est emptoris, quia interitus rei pertinet ad
dominum.Abb.c.1. de commod. Alex. l. rogasti.
nu.1.ff.si cert.per.Bald.consi.214.uol.1.cōsi.395.
uol.4.nu.Salyc.l. quod sæpe.nume. 4.ff.de contr.
empt.l.necessaria.nu.1.ff.de peric.& com.rei uen
dit.Lambert.tract. de iure patr.lib. 3.Art.14.q.3.
nu.4.Rol.consi.35.nu.3.uol.1.consi.45.nu.1.uol.
3.Decis.Perus.60.nu.6. Vigesimo primo ampl.qđ
facit de equo commodato, uel locato, ut si com-
21 modatarius † uel conductor illū uelit restituere
maxi-

maxime cum intereſſe deteriorationis, & credi-
tore recuſante capere ſi conductor eum dimittat
coram Domo domini qui fugiat, vel ſurripiatur,
vel ſi ponat ſuper hoſpitio & moriatur, aliquo ca
ſu non imputatur ei ſed domino. l. qui ſibi. §. 1. ff.
de ſolut. B.un. in tract. de dimin. conclu. 20. verſi.
22 facit. Abb. c. 1. commod. Vigeſimo † ſecundo em-
phyteota non tenetur de fortuito caſu. Ang. leg. 1.
nu. 4. C. de iure emph. Faber. §. adeo. nu. 5. inſt. loc.
Port. conſi. 143. Iul. Clar. §. emphiteoſis. q. 8. Vige
ſimo tertio Furioſo non imputatur quicquid ege
rit quia illius actus dicitur fortuito caſu factus. §.
23 furioſus inſtit. de † inutil. ſtipul. not. l. ſi cum do-
tem. §. quid enim. ff. ſolu. mat. vbi non diſſoluitur
matrimonium ob furorem ſuperuenientem. Vi-
24 geſimo quarto Ampl. † vt ſi furtum factũ rei non
imputatur ei cui commiſſa erat. maxime quando
fuerat factum à perſona cui confidendum erat, vt
in coniuncto, vel famulo not. cap. 1. de commo. l.
imperator. ff. loc. Ang. l. item nu. 7. ff. de conſt. Pec.
25 l. in reb. ff. cõmo. Vigeſimo quinto † Ampl. vt fide
iuſſor nõ tenetur de fortuito caſu, † ita Bal. conſi.
119. nu. 9. vol. 2. Dec. conſi. 7. nu. 2. Imo. l. amiſſio-
nes nu. 2. ff. de fideiuſſor. l. exceptione nu. 1. ff. eo.
26 ti. Vigeſimo ſexto † ampl. vt geſtor nõ teneatur de
caſu niſi p̃cedat culpa. l. debitor. ff. de ne. ge. vel ni
ſi expreſsè ſpecialiter ſe obligauerit. l. negociorum
C. de neg. geſt. l. ſi negocia. ff. eod. Vigeſimo ſepti-
mo ampl. in conductore gabellarum qui ſi fortui
to caſu fuerit impeditus non imputatur ei ſed fiet
remiſſio iuxta damnum paſſum Ferret. in tract. de
27 gabell. nu. 299. Cor. in conſ. 128. vol. 2. in † termi-
nis. Abb. c. 1. nu. 18. de commod. ver. maiore vbi
abſentes Rip. d. tract. de peſte p. 1. nu. 13. & num.
73. cum ſeq. Vigeſimooctauo Ampl. vt homicidiũ
28 caſuale non † imputatur ei, qui illud perpetra-
uit ſi ipſe operam dabat rei licitæ Clem. 1. de ho-
micidio vol. & inuol. Vigeſimonono ampl. vt ha-
29 beatur pro † facto illud quod caſu impeditur gl.
l. turpia. §. ſed etſi ff. de leg. l. ver. per te l. fin. C. de
con. inſert. Trigeſimo amp. vt bonæ fidei poſſeſſo-
ri non imputetur caſus contingens rei hæredita-
30 riæ † Ang. leg. item. ff. de petj. hæred. Trigeſimo
primo ampl. vt impedito vti frui propter caſum
31 fortuitum datur † reperitio pro rata temporis
Rom. conſ. 432. not. l. ſi vno. ff. loc. leg. excepto. C.
eod. l. domum. ff. de contra. empt. Rip. tract. de pe-
ſte. p. 1. nu. 20. Trigeſimoſecundo ampl. vt hæres
32 conficiens † inuentarium ſi hæreditas caſu perie-
rit non tenebitur. Bart. l. in diem. §. diligenter. ff.
ad l. Falcid. Franciſcus tract. de inuentario. quæſt.
33 7. c. 4. nu. 4. Trigeſimotertio † ampl. vt ille qui ex
portauit aliquid ex aliquo loco ad alium nõ tenea
tur ſi caſu fortuito perierit. Ita Port. conſi. 129. in
34 termin. Trigeſimo quarto † Ampl. vt ſi mors con-
tingat fortuito caſu alicui non imputatur medico
not. c. ad aures de æta. & qua. gl. 1. c. de occidẽdis,
35 23. q. 5. Trigeſimoquinto † mandatarius excuſat
fortuito caſu Bal. l. præſes nu. 1. C. de appella. põt
tamen ipſe in ſe ſuſcipere illum ex pacto. l. & Ari-
ſtoni. ff. mand. Cor. conſ. 157. vol. 2. Trigeſimoſex
36 to ampl. vt caſus veniens in perſonam † nuncij ex
cuſet dominũ ab omni negligentia Ang. l. præ-

ſes nu. 1. C. de appella. ſicuti nec etiã negociorum
geſt. tenet. Ang. l. negocium nu. 1. C. de nego. geſt. l.
ſi pupilli cũ gloſ. 4. & l. ſi negocia. ff. eod. Trigeſi-
37 mo ſeptimo ampl. † vt nauta non teneat de for-
tuito caſu Corn. conſi. 277. vol. 1. Angel. l. in eos
nu. 1. ff. fur. adu. naufr. l. eum qui. §. ſi epiſtola nu. 5.
de furt. Rip. tract. de peſte nu. 114. p. 1. Trigeſimo
38 octauo ampl. in locatore † operarũ qui fortuito ca
ſu excuſatur Bart. l. opus nu. 3. ff. loc. Zabar. c. 90.
de commod. Trigeſimonono ampl. in pignore qđ
39 ſi perierit † aliquo fortuito caſu non imputatur
not. l. quę fortuitis. C. de pignor. act. l. admiſſi. ff. de
40 fideiuſſor. Quadrageſimo † ampl. vt puniri non de
beat caſu fortuito eueniens Angel. l. frater. nu. 3.
Cod. ad legem Cornel. de ſicar. Quadrageſimo
1. ampl. vt caſus ſuperueniẽs excuſet etiã à culpa
præcedenti. not. l. ſi autẽ. §. homo vbi. Bart. ff. de
rei vendi. l. ſi vehenda. §. ſi eadem. ff. ad l. Rhod.
de iactu. Bart. l. ſi prius. ff. loc. l. ſi vt certo. §. ſed in-
terdum. ff. commod. Flor. l. ſcientiam. §. l. ff. ad leg.
Aquil. Cyn. l. ad comparandas. C. mand. l. 2. §. qđ
diximus. ff. ſi quis caution. Quadrageſimo ſecun-
41 do † paſtor excuſatur ſi caſu aliquo animalia perie
rint. not. l. ſi quis fundum. §. imperator. ff. loc. Bal.
l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. fatale enim damnum
42 non eſt imputãdũ † paſtori. Ripa. tract. de Peſte.
p. 1. nu. 1. 67. Quadrageſimo tertio ampl. vt caſus
43 fortuitus impediat curſum † præſcriptionis & ſic
excuſat à negligentia. c. 1. actio. 16. q. 3. c. ex tran-
ſmiſſa de pręſcript. Bart. l. generaliter col. fin. ff. de
vſucap. Ang. l. cum notiſſimi. §. Immo. C. de pręſc.
triginta uel quadraginta annorum. Alex. cõſi. 81.
uol. 5. vnde non currit tempus patronis ad præſẽ
tãdum ſi fuerint aliquo fortuito caſu impediti. Ri
pa d. loco nu. 152. Quadrageſimo quarto ampl. ut
44 nemini imputetur fortuitus † caſus ex ſocijs ſed
damnum contingẽs ex illo eſt cõe. Ale. cõſi. 131.
nu. 5. uol. 5. Bal. tract. de duob. fratrib. p. 8. nu. 16.
Bal. conſi. 493. nu. 5. uol. 4. conſi. 359. nu. 2. uol. 4.
conſi. 61. nu. 1. uol. 3. Ber. conſi. 190. nu. 2. uol. 1.
Dec. conſi. 697. nu. 19. Saly. l. ſociũ. nu. 1. ff. pro ſo-
cio. l. cũ duob. nu. 3. ff. eo. ubi Alb. nu. 4. Quadrage
45 ſimo quinto ampl. † ut ſtatutũ diſponẽs de dãno
dato, non comprehendat fortuitum caſum. Bal.
conſi. 174. vol. 2. nu. 1. Fulgoſ. l. nemo. nu. 2. ff. de
acquir. poſſ. & not. quòd regulariter fortuitus ca-
ſus pertinet ad dominũ rei Iaſon. l. ſi quis nec cau
ſam. nu. 16. ff. ſi cert. peta. Corn. conſi. 318. num. 1.
uol. 1. Fallit hęc regula tribus in caſib. Primo quã
do culpa pręcedit & ipſa ordinata ad caſum, aliàs
46 ſecus † Ber. conſi. 139. nu. 37. vol. 3. Corn. cõſi. 69
nu. 37. uol. 1. Rui. conſi. 136. nu. 4. uol. 5. Soc. ſen.
conſi. 70. nu. 3. uol. 3. Pariſ. conſi. 37. nu. 10. uol. 1.
Corneus. conſi. 273. uol. 1. Crau. conſi. 64. num. 5.
Doct. l. 2. C. de precib. imper. offer. l. 2. ff. ſol. mat.
Ange. l. in his nu. 1. ff. ſol. mat. Paul. l. ut ſi certo. §.
nunc, nu. 8. ff. commod. exemplum commodaui
tibi equum vſque ad Bononiam duxiſti Mediola
num & poſt Bononiæ tranſitum incidiſti in latro
nes qui illum rapuerunt, eo caſu conductor qui
47 fuit in culpa tenebitur: ſecundo † fallit cum mo-
ra pręceſſit, & res facta fuit deterior, aut perijt ali
48 ter quàm perijſſet, apud commodãtem. Ang. l. ſi

inſual

insula,nu.15.ff.sol.mat.Fulg.l.opus,nu.3.ff.locati.Salyc.l.cum quidam,nu.3.C.de cond.infer.Alber,l.si decesserit.nu.2.ff.qui satisd.cog.Tertio & vltimo fallit quando præcessit pactum, quod quamuis casu fortuito amitteretur et qui recipit pereat
48 & hoc † cum in specie recipitur fortuitus casus, quo casu veniunt tantum casus fortuiti soliti non autem insoliti not.l.si quis fundum.ff.loc.dixi supra latè in proxima præcedenti quæstione: ratio huius primi dicti est,quia casus fortuitus non potest præuideri hominum consilio, & per consequens non est voluntarium,ideo imputari non potest, alioquin adderetur afflictio, afflicto per ea quæ dicit Petrus De ubaldis in tract.de duob. fratribus, par.8.quæst.18, num, 19. & dicam latius in sequenti quæstione.

*S V M M A R I V M.*

1 *Afflictio non est addenda afflicto.*
2 *Furiosus delinquens non punitur.*
3 *Ignorat furiosus quicquid agit.*
4 *Ira motus damnum inferens non condemnatur.*
5 *Ebrius quomodo excusetur.*
6 *Dormiens æquiparatur mortuo.*
7 *Dormiens excusatur si dormiendo delinquit.*
8 *Puerilis ætas excusatur.*
9 *Senex excusatur.*
10 *Fœmina mitius punitur propter fragilitatē sexus.*
11 *Delictum casu commissum non punitur*
12 *Pauper mitius mulctatur quam diues.*
13 *Necessitate vrgente delinquens non punitur.*
14 *Metus excusat, & quomodo.*
15 *Carceratus diu mitius punitur.*
16 *Carcer dicitur mansio mala.*
17 *Insultatus si aliquem offenderit non punitur.*
18 *Infirmitas excusat à multis ne addatur afflictio afflicto.*
19 *Vniuersitas depopulata excusatur a decimis soluendis.*
20 *Grauatus in uno in altero est releuandus.*
21 *Absentia quando excuset, & quotuplex sit absentia.*
22 *Insidiarum timor an excuset à comparitione.*
23 *Contumacia Procuratoris in quib. noceat domino.*
24 *Fideiussori non nocet contumacia principalis.*
25 *Syndici contumacia non noceat communitati.*
26 *Tutoris contumacia non nocet pupillo.*
27 *Vsufructuarij contumacia, an noceat domino.*
28 *Notarij contumatia,& testis an noceat parti producenti.*
29 *Res inter alios acta alteri nocere non debet.*

## *Quæst. XVII. Primæ partis.*



DEcimoseptimo quæro, quomodo pro
2 cedat dictum † quòd afflictio nō est addenda afflicto, quæ regula probatur.c.cum percussio.7.q.1.glo.fi.l.si seruus.ff.de euict.not.l. diuus. ff. de offi.præsid. dixi ego in tract. Mors omnia soluit, pag.2.nu.124. Maxime quando secunda afflictio causatur a prima. Ang.l.cum qui.nu.2.ff.de iur.iu. aliàs secus. Secundo fallit quando adesset culpa. gl.fi.l. si seruus.ff.de euict.conc.cum hac reg. Anto.c.ex parte.nu.2.de cler.egr. Ber. cōsi. 170.nu.14.vol.1.Ias.l.qui Romæ.§.Callimacus.ff. de ver. oblig. Sal.l.nauis,nu.2.ff.ad l.Rhod.de iact.Spec.tit.de feud.lib 4.§.2.nu.17.Ang.de Perus. in tract.cōsi. crim.consi.33.nu.25.vol.1.Rimi.consi.18. num. 151.Rol.consi.66.nu.51.vol.1.consi. 87. nu. 27. vol.2.Alb.l.diuus.nu.2.ff.de offi. præs.Fulgos.l.si seruus.§.vnde,nu.1.ff. de euict. Socin. consi.74. nu.8.vol. 1.l.tam dementis.C.de episcop.aud. ex
2 hac regula infertur ad plura. Primò † quod si aliquid gestum fuerit dolore aliquo excusabitur. l. Gracchus.C.de adult.Abb.c.si verò, in 5. not.de sent.exc.gl.c.inter.33.q.2.Difficillimum.n.est doloris affectui imperare. Secundo infertur quòd si furiosus aliquod delictum perpetrauerit non punietur, quando delinquēs tempore commissi cri-
3 minis erat furiosus. † not.l.infans.ff.ad l.Corn.de sicar.Plaza lib.1.delict. c.29. nu.1. Ignorat.n.furiosus quicquid facit. c. indicar.3. q.9.clem.1.de homic. & perinde est quod factum est à furioso, ac si casu aliquo sine facto personæ id accidisset.l. fi.ff.de adm.tut.l.sed etsi.§.1.ff.ad l.Aqu.§. furiosus.inst.de inut.stip.l.furiosi.ff.de reg.iur.§.præterea.inst. quibus non est permissum facere testamentum.si verò tempore delicti erat sanæ mentis,& postea effectus fuit furiosus, tunc non poterit puniri etiam de his quæ fecit ante furorem. Ias.l.ex facto.nu.30.ff.de vulg. l. si seruum. nu.7. ff.ff ex nou[...]gatur.Rip.l.fi.nu.229.C.de feu. don.Gomes.§.item fi.nu.6.instit. de act. Mars.l.1. nu.58.ff.de sicar.Cagn.l.in negocijs. num.3.ff.de reg.iur.punitur tamen pœna extraordinaria quando insania esset procurata, ita Iul. Clar. in praxi crim.§.fi.q.60.nu.7. quod si delinquens perseuerauerit sanæ mentis, vsque ad sententiam inclusiuè,deinde post condemnationem effectus sit furiosus non poterit puniri pœna corporali, sed bene quo ad condemnationem bonorum, idem Cla
4 rus dicto loco, num. 8. Tertio † infertur quod si quis iusta causa commotus aliquod damnum dederit excusatur aliqua parte,sed non in totum, quod si non prouenit ex iusta causa, tunc nullo pacto excusatur.Ias.l.si duo.§.si quis.ff.de iur.iu.Abb.c. 2.de maled.Affl.super 3.consi.reg.Rub. 54. nu.5.
5 Quarto infertur, † quod si quis fuerit factus ebrius se inscio, vt quia socij talem in vinū coniecissent excusaretur à dolo,& à culpa, secus si id accidisset sua culpa.Iul.Clar.dicto loco,num.12.Tiraq. tract.de pœn.temper.aut remit. causa 6. nume.8. Quinto infertur, quòd dormiens excusabitur si
6 dormiēdo † deliquerit, nec solitus erat antea hæc facere.Plaza.c.1.delect.c.31.nu.3.Iul.Clar.d. loco nu.13.not.l.1.§adipiscimur. ff. de acq. possess. Clem.vnica,de homic.c.maiores.§.sed & adhuc, de Bapt.Doct.d.§. adipiscimur. Flor. l. sed etsi.§. iniuri.ff.ad l.Aquil. dormiens.n.mortuo æquipa-
7 ratur † nihil enim est aliud mors, quàm longus somnus.dixi ego in tract. Mors omnia soluit.p.1. nu.101.Sexto infertur, quod puer mitius est puniendus ob puerilem † ætatem.l. auxiliū.§.in delictis.
8 ff.de min.l.1.§.impubes.ff. ad syllan.not.cap.1.& seq. de delict. puer. idem est si deliquerit ob in-

granescentem ętatem.l.si quis graui.§.ignoscitur.
ff.ad sylla.l.2.ff.de term. mot.c. tanta 1.q.7.c.tem
pora 26.q.7.gl.c.pęnitentes 50. dist. Rom.l.si ve-
rò.§.de viro.ff.sol. matr. & per eandem rationem
fœmina mitius est punienda propter fragilitatem
10 sexus.l.sacrilegij.ff.ad l.Iul.pecul.l.† adulterium.
§.incertum.ff.ad l. Iul. de adult. cap. indignantur
32.q.6.sicuti ille qui ignoranter deliquit gl.c.qui
secundum 23.q.4.c. si quis dederit 24.q.1.vt ru-
sticus Tiraq. tract. de pęn.temper. aut min. causa
11 11.nu. 16. Septimo † infertur, quod si delictum
casu fortuito perpetratum fuerit excusatur l.1.§.
diuus.ff.ad.l.Cornel.de sicarijs. l.absentem.§.fin.
ff.de pœnis.l.si ędes. l.si fortuito.ff.de incend.rui-
na & naufrag.l.vlt.ff. de decre.ab ord.Fac.Octauo
12 infertur † quod cum de mulcta tractatur mitius
agitur cum paupere quàm cum diuite. l. illicitas.
§.fin.ff.de offic. præs.not.l.eos. C. de modo mult.
gl.l.in multis.C.de appellat.& hoc intellige vt mi
nuatur mulcta non autem pœna pręsertim quan-
do pœna imposita fuit Abb. cap.nisi de offic. leg.
doct.com.l. quid ergo.§. pœna. ff. de his qui not.
13 infamia. Nono † infertur quòd si quis necessita-
te famis deliquerit non punietur per hanc regu-
lam.l.palam.§.non est. ff.de ritu nupt.c. quoniam
de simonia.ca. si quis propter de furtis.c.sicut de
consecr.dist.1.gl.l.1.ff.de offic.consul.l. item. ff.
com.diuid.l.generalia.§.spurius. ff.de decu.doct.
com.c.querelam.ff.de iure iur.Arch. cap.pauper.
11.q.3.c.statutū. §.insuper.de relig. 6.Fel. c.cum
accessissent, de consti. Iason.leg.admunēdi lect.2.
nu.214.ff. de iur. iur.Dec.l. quæ propter.ff.de reg.
iur.Tiraq.tract.de retr.tit.1. §.26.gl.1.nu. 16.de-
14 cimo infertur. † quòd coactus, seu inuitus per me
tum aliquid facere excusatur dec.c. sacris, de his
quæ vi met. causa fiunt.c. pręsbyteros 50. dist.gl.
c.in primis ver.metu.2. q.1.c.fin.11. q. 1.l.scien-
tiam.§.qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. l.1. C. vnde
vi, quandu quis maxime absolute, seu præcise coa
cte deliquerit quo casu potius pati quàm agere
dicitur.& per istam reg.non est puniendus gl. cap.
const.1.q.1.not.l.1.§.remouet. ff.de postul. l.vim
passam.ff.de adult.l.fœdissimam.C.eod. Arch.ca.
15 qui bona 17.q. 1. Vndecimo † infertur quod si
quis diutius in carcere fuerit detentus mitius
est puniendus , quàm si carceri mancipatus non
esset quia Afflictio non est addenda afflicto: vn-
de tempus carceris computatur in tempore exilij
l.omnes.C.de pœn.Platea. l. si quis C.de commeat.
satis enim afflictus fuit carcere qui mala dicitur
mansio not.l. item apud.§.qōnis.ff.de iniur. & car
cer dicitur genus seruitutis.l.vitio.§.2.ff.de cond.
& dem.l.2.ff.de libe.hom.exhib.not. Mars.l.accu
16 satio.ff.de fals.Duodecimo † infertur, quod si quis
deliquerit offendendo aliquem ex eo quia fuerit
17 insultatus non punitur quia † vim vi repellere li-
citum est vt dixi superius late. no. l. vt vim. ff.de
iust.& iure. sicut vulnerās aliquem lethaliter quē
alter postea occidit, non ea quidem pœna plecti
debet, qua plecteretur si vulneratus ex suo vulne
re occubuisset.l.item.§.Celsus.ff.ad.l.Aqui.Deci-
mo tertio infertur, qđ infirmitas excusat à mul-
18 tis ne addatur † afflictio, afflicto. not. l. si quis in
graui.ff. ad Syll. unde clericus ęgrotus excusatur
à residentia, eique dantur fructus beneficij sui
not.c.1.de clerico ægroto: quod si fuerit leprosus
dandus erit ei coadiutor. c.3.eod.tit.& c. seq. not.
l.libertus. ff.de oper. liber. Decimo quarto infer-
tur quòd communitas quæ tenetur soluere colle-
19 ctas non tenebitur si fuerit de † populata Cephal.
consi.217. nume. 12. idem dicimus de sterilitate
& de similibus de quibus latius dicetur inferius
ratio est quia grauatus in uno in alteru est releuā-
20 dus.l. iure. ff. de iure † doti. non enim debet quis
duplici onere grauari.l.eum qui de iu.iur.nec im-
putari debet ei per quem non stat si non faciat
quod per eum fuerat faciendum . capitulu impu-
tari.c.cum non stat de reg.iur.6.vbi Din.ita distin
21 guendo † dicit si impedior ad implendum modū
pro impleto habetur. leg. si fundum. §. Iulianus.
ff.de leg.1.idem est in conditione implenda quæ
si per casum impeditur, quo minus adimpleatur
pro impleta habetur. l. quæ sub conditione. leg.
quoties.ff.de cond.insti. Decimu quinto etiam ab
sentia excusat quando est necessaria & probabi-
22 lis , & absens † ex causa reipublicæ, contra quem
iudex procedere non debet, secus si esset absentia
necessaria tantum, vt quando esset bannitus: tunc
enim sibi imputet quia sua culpa abest, si verò erit
absens ex causa uoluntaria probabilis, ut ex cau-
sa studiorum mercaturæ, uel peregrinationis, tūc
assignandus est ei terminus competens ad compa
rendum quo elapso poterit procedere ad ulterio
ra, nec sufficit allegare absentiam , nisi probetur
ita Iul.Clar.in praxi Crimi. §.fi. q.34.nu.4.Deci-
23 mo sexto timor insidiarum † excusat à compari-
tione etiam in criminalibus,& etiam sub saluo cō
ducto.Sal.l.reos.nume.10.C.de accusat. Bus.tit.
de citat.nu.37.Iul.Clar.d.loco. nume.6. Decimo
septimo quis excusatur etiam ob factum tertij
24 quod alteri nocere † non debet , quod casui for-
tuito comparatur & adscribitur. nota.c.quamuis
de sen.excom.re.iud.unde cōtumacia procurato
ris non nocet domino, nisi dominus sciebat.Bar.l.
1.§.si procurator.ff.si quis ius dic.non obe. nocet
tamen in his , quæ pertinent ad processum non
autem quo ad mulctam imponendam.Bar. l.eum
qui C.de procu.secundo sindici contumacia non
nocet uniuersitati.Bar.l.1.C.de iure reip.libr.11.
25 l.fi.ff.de resti.in integr. † tertio contumacia gesto-
ris non nocet Domino Bart.l.3. C. de procur.l.1.
C.si per uim uel alio modo . Quarto contumacia
principalis non nocet fideiussori cum. consil.33.
26 col.2.quinto † contumacia tutoris non nocet pu-
pillo in secundo decreto not. l. contumacia. ff.de
re iudic. similiter sextu loco contumacia usufru-
ctuarij nō nocet dominu in secundo decreto not.
27 l.hoc amplius .§. quæsitum † ff.de damnu infecto
Alex.l.eum.C.de proc. septimo contumacia socij
non nocet socio flor.l. si de cōmuni.ff.si seru.uen-
dic. Octauo contumacia testis uel notarij nun no-
28 cet producenti † Bald.l.fin. C. de fide instr. nono
& ultimo regula est quòd factum unius non de-
bet alteri nocere.l.non debet.ff.de reg.iu. dixi ego
late in tract.de reg. iur.pag.1.reg.8.

TRA-

TRACTATUS

# DE FORTVITIS CASIBVS

## PARS SECVNDA.

## SEBASTIANI MEDICIS

### FLORENTINI IVRECONSVLTI,

### Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostol.

*SVMMARIVM.*

1 *Bellum dicitur fortuitus casus.*
2 *Emphyteuta excusatur si propter bellum nō soluit.*
3 *Conductor excusatur, & fit ei remissio pensionis si causa belli fructus non percepit.*
4 *Immunitas concessa non habet locum tpe belli.*
5 *Clerici tempore belli tenentur ad onera.*
6 *Nobiles qui aliàs excusarentur tempore belli non sunt immunes.*
7 *Immunitas omnis tempore necessitatis tollitur.*
8 *Remissio mercedis fit propter bellum.*
9 *Infidelium authoritatem licitum est implorare in bello iusto.*
10 *Clerici necessitate instāte iteresse possūt bello iusto.*
11 *Comparere impeditus propter bellum si protestatus fuerit excusabitur.*
12 *Protestatio aliqua si debetur alicui non debetur tempore belli.*
13 *Precium remittitur rei venditæ ob damnum ei illatum occasione belli.*
14 *Timore belli idem iudicatur quod de ipso bello.*
15 *Timor belli est peior ipso bello.*
16 *Confessio facta metu tormentorum æquipollet confessioni factæ in tormentis.*
17 *Tempore belli dicitur factum quod paulò ante, vel post bellum factum erit.*
18 *Causa belli cessante cessat dispositio eius.*
19 *Culpa alicuius si bellum inferatur sibi imputetur,*
20 *Custodiam castri suscipiens tpe belli, an teneatur.*
21 *Commodans equum vel arma causa bellandi sibi imputetur si amittat.*
22 *Casus belli non irritat debitum antea contractum.*
23 *Factum legitime irritari non debet si casus veniat a quo inchoari non potuit.*
24 *Homicidium casu commissum non imputatur, & sequen. late.*
25 *Lapidē iaciens si casu quem percutiat non punitur.*
26 *Fœmina flagellans ancillā nō tenetur si casu pereat.*
27 *Ludens si interficiat aliquem non punitur.*
28 *Arborem incidens si percutiat aliquē nō punitur.*
29 *Clericus si ludendo aliquē interficiat non est irreg.*
30 *Equum ascendens si frenis ruptis aliquem interficiat non punitur.*
31 *Monachus pulsando campanam si aliquem interfecerit non punitur.*
32 *Cadens tintinnabulus è campana si aliquem percutiat sonans non punitur.*
33 *Torneamento si quis interfuit non animo ludendi, & aliquem occiderit non punitur.*
34 *Si in colluctatione qs aliquē occiderit non punitur.*
35 *Stans aliquis in naui si casu quem interficiat non punitur.*
36 *Medico non imputatur si æger casu moriatur.*
37 *Infans si quem occiderit non punitur.*
38 *Dormiens si quem percusserit non debet puniri.*
39 *Interficiens aliquem per errorē non debet puniri.*
40 *Iudex si occiderit per errorem vnum pro alio non per hoc nocens debet liberari.*
41 *Ignoranter si quem occiderit non est puniendus.*
42 *Iacens lapidem vel niuem si quem interfecerit non delinquit.*
43 *Occidens aliquem casu in ecclesia non gaudet immunitate ecclesiæ.*
44 *Interficiens aliquem casu non punitur etiam in foro pœnitentiæ.*
45 *Fabricator si dum saxa vehit occidat aliquem non punitur.*
46 *Allegans interfecisse aliquem casu illud probare debet.*
47 *Homicidium commissum in personam amici, vel affinis præsumitur casuale.*
48 *Homicidium casuale quid sit.*
49 *Distinctio de homicidio voluntario, & inuoluntar.*
50 *Homicidium absque dolo commissum arbitrio iudicis punitur.*
51 *Bellum ad hoc, vt dicatur iustum quicquid requiritur.*

*Quæst.I. Secundæ Partis.*


VPERIORI libro dictum est
in genere circa cognitionem ca
suum fortuitorum, modo sequi
tur videre in hac secunda par-
te, in specie nõnullos casus spe
ctantes ad declarationem huius
tractatus, verum quia inter cæteros bellum dici-
1 tur † ex illis Ber.consil. 130.numer.6.volum.pri-
mo. Socin. consilio 123. volumine quarto Alba.
consi. primo. Craue. consi.sexto, numer.99.Cur.
Iun.consi.85. numer. 3.volumine.2.Port.consilio
143. Rim. consil. 5. numero 128. Egid. Boss. in
tract.de remis.merc.nume. 1.& nume.93.Neuiz.
consi.91.nu.5.leg.in rebus.ff. commod.Corn.cõs.
32.nu.4. vol. 1. ex quo dicto infertur ad multa.
2 & primo † si emphyteuta soluit pensionem in re
compensationem fructuum, non autem in re co-
gnitionem directi dominij damnum quod infer-
tur rei emphy. propter bellum, spectat ad domi-
num, & remissio mercedis pro rata damni fie-
ri debet. Ita Aug.Ber. consi.130.volu.1.nume. 8.
11 perduntur iura † monasterij & bona applicantur superiori tanquam vacantia Abb. cap. recolentes de stat. monach. & requiritur in istis quod ædificium adeo sit destructum vt nihil de prima forma apparere possit. Ripa dicta leg. quominus nu. 108. Vnde aluei etiam mutatione subito facta perditur ius exigendi gabellas. Ripa dicto loco
12 nume. 14. quod † si reuertatur ad suum primum statum, restitutio tunc est facienda Ripa. d. loco num.

co oume.116. Septimo † destructo ædificio penitus ecclesiæ perit ius patronatus, quia ecclesia diruta non est ecclesia sicuti homo mortuus non est homo, & hoc quando ius patronatus competit vigore ædificij tantum: similiter quando competit propter fundum si fundus perit perditur ius patronatus ita in puncto Lambert. tract. de iure patro. lib. 1. art. 3. quæst. 6. p. 1. libr. 1. qualiter autem & quando re destructa tollatur quod eius causa debetur dixi late in tract. de reg. iur. p. 1. reg. 6. & seq. nume. 1. & seq. late per totum, quando autem
14 diruto ædificio † seu perempto fundo pereat actio, & obligatio, not. Alber. Bru. de interitu. de deteriotatione, & de refectione.

*SVMMARIVM.*

1 *Naufragium est fortuitus casus.*
2 *Naufragium quid sit.*
3 *Conductor mercium non tenetur de naufragio.*
4 *Naufragium an casu, an culpa factum esse dicatur.*
5 *Naufragij causa dicitur summaria.*
6 *Res deperdita in naufragio remanet penes dominum.*
7 *Vsucapi non potest res deperdita in naufragio.*
8 *Furtum committit, qui rapit deperditum in naufragio.*
9 *Rapere de naufragio quando dicatur.*
10 *Gabellam soluere non debet nauta qui vi ventorū in alterum portum translatus fuit.*
11 *Nauta non punitur si vi ventorum solitum iter nō tenet.*
12 *Nauta de leuissima culpa tenetur.*
13 *Periculum maris suscipiens dicitur suscipere fortuitum casum.*
14 *Nauta nauigans tempore prohibito dicitur in culpa.*
15 *Nauta imperitus dicitur in culpa.*
16 *Nauta est in culpa si nauim inutilem retinet.*
17 *Nauta in culpa est si per loca non tuta nauigauerit.*
18 *Nauta qui plus iusto nauem onerauit dicitur esse in culpa.*
19 *Nauta est in culpa si imperitos homines tenuerit.*
20 *Nauta est in culpa quando vtitur illicitis insignibus.*
21 *Nauta est in culpa si non facit quod diligens faceret.*
22 *Naufragij ad naufragium non fit compensatio quā do culpa vtriusque nautæ intercessit.*

## *Quæst. IX. Secundæ partis.*



1 NAVFRAGIVM † quoq; fortuitus dicitur casus not. l. in rebus ff. commod. Paul. l. si vehenda. nume. 6. ff. ad l. Rhod. de iactu. Alciat. consi. 101. nu. 19 igneus l. contractos nu. 81. ff. de reg. iuris. l. 1. C. de naufrag. li. 11. hoc patet ex definitione, qua dicitur, quod naufragium est
oaue fracta submersio rerum, & corporum, quod
plerunque contingit casu fortuito puta propter
vim tempestatis vel fluminis, vel à piratis, vel à
2 lumine posito ad decipiendum nautam † ita Host.
tit. de iocendijs nume. 3. & non imputatur nautæ.
Corn. consi. 263. nu. 7. vol. 1. Ang. l. eum qui. §. si
epistola. num. 5. ff. de furt. Vnde conductor mer-
3 cium non tenetur † de Naufragio. Santerna titu.
de sponsion. merc. p. 3. no. 10. nume. 4. sic nemini
imputatur. l. idem. §. sed si ff. naut. caup. stab. Roman.
consi. 7. nu. 8. in dubio tamen censetur fa-
ctum propter suppositum onus, Stracha tract. de
merc. tit. de nauta nume. 14. & censetur factum
culpa nautarum quando allegatur ab ipsis idem
4 santerna. d. l. p. 4. nu. 22. ideo, ipse † probare de-
bet casum per testes citata parte, vbi commode
fieri potest, alioquin absque citatione Alciat. d.
consi. 101. nume. 19. & hoc infertur ad plora &
primo qood causa naufragij dicitur summaria.
5 Doct. comm. l. submersis. † C. de naufrag. li. 11. Ma
ranta de ordine iudici p. 4. dist. 6. nume. 71. & p. 6.
tit. de inquisitione nume. 146. Secundo iofertur
quod res ex naufragio disperditæ remanente Do
mino nec in dubio pro derelictis habentur Al-
ciat. l. quod meo. §. quod ex naufragio. nu. 1. ff. de
acq. poss. l. falsus. §. si factum de fur. §. fin. inst. de
6 rerum diuis. ideo † vsucapi non possunt tanquam
vitio affectæ. l. qua ratione. ff. de acq. poss. Alex. &
Alciat. d. loco. nec valet consuetudo in contrariū
Ang. l. deprecatio nome. 4. ff. ad l. Rhod. de iactu
7 ideo si quis eas rapuerit † furtum committere dici
tur Abb. c. dilecti de accusat. vbi Fel. nume. 5. hoc
quando res non erat habita pro derelicta secus è
contra Bart. l. falsus. §. alienum. ff. de furt. l. si quis
ex naufragio. ff. de incēd. Ruina & naofragio. nec
potest consuetudine introduci quod noo sit fur-
tum. l. qua ratione. ff. de acq. rerum. dom. valeret
tamen statutum quod rapiens ex naofragio tan-
8 tum lucretur, ita in somma † Armilla de naufra
gio, ex quo habes quod restitui debent bona nau-
fragiorum, naufragium passis. l. qui leuandæ. ff. ad
l. Rhod. de iactu. l. fin. ff. de inc. ruin. & naufra.
gl. l. de precation. ff. ad l. Rhod. de iactu. & dici-
9 tur de naufragio † rapere, qui naufragij tempore,
& loco rapuerit, vel qui in ipso naufragio, vel in-
continenti post, vel etiam antequam naufragij
trepidatio immineat rem de naut, vel de mari,
vel etiam de littore abstulerit, Azo. in summa de
naufr. no. primo. Tertio si naota vi ventorum na-
10 uim in aliquem † portum traxerit noo tenetur sol
uere gabellam, quia illud fuit casu non autem vo-
lontate factum, idem est quando timore piratarū
nauis reducta fuerit Felin. c. 2. nume. 22. de const.
Bart. l. 1. nu. 2. C. de nufrag. lib. 11. l. Cæsar. l. io-
terdum. leg. fin. leg. si propter. ff. de pobli. vectig.
leg. 1. & 3. C. de naut. fœn. fel. capitulo quærelam
de iur. iurando, Auth. nauigia. C. de fur. Fel. cap.
significauit de Iudæis, idem est si in portu naui-
gabunt timore militum Ferrett. tracta. de gabell.
& publica. numero 115. Igneus. leg. contractus.
oumero 182. ff. de regulis iuris. Rom. leg. si verò.
§. de viro nume. 325. ff. sol matr. Qoarto si nau-
ta propter impetum maris non seruat locum
itineris

ſtineris non punitur Bald. l. 2. C. de naut. fœn.
Iulius Ferret. tract. de gabellis, & public. numero 126. & ſeq. Afflictio enim non eſt addenda afflicto, vt in ſimili dixit Maranta ſuperiori loco citato. Quinto infertur quod nauta qui mercedem ex mercibus vehendis accepit dicitur loca-
12 tor, † & æquiparatur cuſtodi qui licet de leuiſſima culpa teneatur. l. ſi merces. §. qui columnam, ff. loc. Paul. conſil. 471. volum. 1. non tamen tenetur de caſu, niſi aliud actum ſit. l. ſi vno. §. item. ff. locati. Siracha tract. de nauta. p. 2. nume. 5. & aliter actum eſſe dicetur, quando periculum maris in ſe ſuſcepit, quia tunc ſecundum ſubiectam mate-
13 riam † fortuitum caſum ſuſcepiſſe dicetur. Petrus ſanterna tract. de ſponſionibus mercatorum in quarta parte. nume. decimo tertio. l. cum proponas. C. de nautico. fœnore, quatenus verò dixi nautam excuſari naufragio fallit hoc vt dictum eſt quando periculum ſuſcepiſſet in ſe, ſecundo
14 fallit quando † fuiſſet in culpa. Igneus d. l. contractus num. 83. quod eſſe poteſt multis modis, primo quando tempore prohibito nauigaſſet. l. fin. C. de nauicul. lib. 11. l. quoties C. de naufrag. eod. lib. ſicut ſi intra certum tempus nauigare promiſit poſt tempus conuentum nauigabit. not. l. qui Romæ. §. callimachus. ff. de verb. oblig. Secundo dicetur in culpam ſi propter imperitiam retinere
15 nauim † nequiuerit. l. quemadmodum. §. ſi nauis ff. ad l. Aquil. l. qui petitoria. §. fin. ff. de rei vend. l. item quæritur. ff. locati. culpa enim eſt immiſcere ſe in rebus ad ſe non pertinentibus. l. culpa. ff. de
16 reg. iu. † Tertio hoc idem ſi nauis ipſa fuiſſet inutilis, quæ potuit modico ſufflatu venti corrumpi l. ſi vt cert. §. interdum. ff. commod. l. fin. §. ſi ea ff. ad l. Rhod. de iactu. niſi aliàs melior eſſet æquè peritura. Doct. l. cũ res. §. culpa. ff. de leg. 1. Igneus d. l. contractus. num. 83. Quarto in culpa eſt ſi per
17 loca nõ tuta † nauigauerit. l. qui fiſchales. C. de nauicul. libr. 5. Doct. l. cum proponas. Corn. conſil. 273. volum. 1. Iaſon. l. 1. nume. 3. ff. ſi quis caut. Crau. conſil. 115 nume. 5. Boer. Deciſ. 178. num. 32. Quinto culpæ adſcribitur nautæ ſi plus iuſto
18 nauim † onerabit. l. vnica. C. nequid oneri publ. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. quo caſu vt
19 dixi ſuprà nauis perire dicitur. Sexto nautæ † adſcribitur culpa non ſolum propter ſui ipſius imperitiam, ſed etiã ſi imperitos homines & ignotos aſſumpſerit Corn. conſilio d. 273. nume. 27. l. cum mandato. ff. de minor. §. fin. inſt. pro ſocio. l. fin. ff. naut. caup. ſtab. Imperitia enim culpæ annu-
20 meratur. c. non eſt de reg. iur. 6. † Septimo culpa adſcribitur nautæ ſi fuerit vſus illicitis inſignibus propter quæ merces fuerint amiſſæ. not. l. eos ff. de falſis. Octauo generaliter dicitur in culpa ſi
21 non facit quod diligens † faceret, ſecundo ſi contra pactum, Tertio ſi fuit in mora gloſſ. l. videamus. ff. locati. Stracha tracta. de mercat. p. 3. tit. de nauta nauibus & nauig. qui in 4. p. dicit, quod tunc culpa afficit cum caſus propter illam euenit qui aliàs non eueniſſet. nume. 3. qui pari impetu præcedente culpa utriuſque naues euerſæ ſint, an
22 fiat compenſatio ad inuicem Reſpon. † quod nõ, ſed ad inuicem tenetur ad emendationem Marian. Socin. l. ſi rixati. nu. decimo tertio. de iniur. & damno dato.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſus fortuiti in materia contractuum verſantur.*
2 *Socida quomodo de fortuito caſu teneatur.*
3 *Paſtor probare debet fortuitum caſum.*
4 *Societatis damnum eſt commune.*
5 *Socius ſi non eſt in culpa an patiatur damnum.*
6 *Furtum rei ſocietatis eſt commune.*
7 *Socius in itinere captus contribuit cum alijs.*
8 *Socius qui metu hoſtium iter mutauit contribuere debet.*
9 *Sociis pecuniæ, cum ſocio perſonæ quomodo diuidatur.*
10 *Socij molendini quomodo damnum diuidant.*
11 *Socius qui ſibi periculum ſumpſit quomodo damnum ſentiat.*
12 *Socius allegans caſum illum probare debet.*
13 *Diſtinctio circa contractum ſocietatis.*
14 *Societas leonina quæ dicatur.*
15 *Societas quomodo ſoluatur.*
16 *Societatis lucrum quomodo dicatur.*
17 *Caſus fortuitus contingit in locatione.*
18 *Mulio qualiter teneatur de damno ſibi contingente.*
19 *Conductor molendini quomodo teneatur.*
20 *Faber cõducens opus faciendũ qualiter teneatur.*
21 *Conductor apothecæ in quam damnum datum eſt.*
22 *Conducens equum ad vecturam quid ſi pereat.*
23 *Conductor equum dimittens eum in paſcuis an teneatur.*
24 *Equus conductus ſi moritur intra triduum quid agendum.*
25 *Equus extractus à ſtabulo ſi ſe incapiſtrauerit an extrahens teneatur.*
26 *Locator qui litigat de equo qui mortuus eſt quid agendum.*
27 *Locans equum ad bellandum imputatur ſibi ſi moriatur.*
28 *Equus ſi moritur ex neſcientia equitantis quid agendum.*
29 *Conductor equi perempti quomodo excuſetur.*
30 *Mulus extra viam depræhẽſus non poteſt capi pro gabella.*
31 *Mulio allegans caſum illum tenetur probare.*
32 *Gabellæ conductor excuſatur fortuito caſu.*
33 *Gabellam conducens cum periculo caſus tenetur.*
34 *Ponte deſtructo liberatur gabellarius.*
35 *Conductori datij tempore peſtis fit remiſſio.*
36 *Molendini pẽſio quomodo augeatur & minuatur.*
37 *Emphyteuta non tenetur de fortuito caſu.*
38 *Emphyteuta quando fiat remiſſio mercedis.*
39 *Remiſſio penſionis quando fiat conductori.*
40 *Diſtinctio circa remiſſionem penſionis.*
41 *Mora parua excuſatur.*
42 *Praſtationes plures quomodo faciendæ.*
43 *Remiſſio quando non fiat conductori.*
44 *Dominus quando eſt in culpa quid agendum.*
45 *Forma contractus diligenter inſpicienda.*
46 *Princeps etiam remittit penſionem.*

*Cenſuali*

Vsura

## *Quæst. X. Secundæ partis.*



1 ASVS fortuiti in materia contractuum sæpissime † cōtingunt
not.l.contractus. ff. de reg.iur.ibi
Animalium verò casus, mortesque quæ sine culpa accidunt, fugæ seruorum qui contradiri non
solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum, à nullo præstantur ampl. pluribus modis & primo in contractu
2 socidæ † not.l. si pascenda. C. de pactis decis. Perus.x.in termin. qui dicitur in dubio contractus societatis, Vnde si animal casu fortuito perierit damnum erit commune & hoc, quando æstimatum fuit.l.cum duobus.§.damna.ff.pro socio, si autem non fuerit æstimatus totum periculum est domini, & in hoc tres casus ponuntur per Bald. d. l.si pascenda.nu.2.primo periculum est pastoris ratione culpæ, Secundo est ratione Domini retenti dominij rei inæstimatæ quæ perijt casu fortuito, Tertio damnum est commune ratione æstimationis, Ita Corneus d.l.si pascenda nume.34.C.de pactis, & non sufficit pastori probare interitum nisi
3 etiam probet casum † fortuitum Alex.consi.158. volum.2.Ias.d.l.si pascenda nume. 4.Ioan.Andr. c.auditis de præscr.not.Ang.de perigl.tract.de societate p.1.nume.2. & p.2.nume. 8. Bald.l.1.q.8. C. pro socio Petrus de Vbaldis in tract. de duobus fratribus.p. 8.q.2u. quod autem, in omni so-
4 cietate damnum † sit cōmune tenet etiam Alex. consi.131.nu.5.volum.5.Bald. consi.493. nume. 5.consi.359.vol.4.nu.2.Ber.consi.192.nu.2.vol.j. Dec.consi.697.nu.19.Sal. l.socium.nu. 1. ff. pro socio.Alber.d.l.cum duobus.§.damna.nu.4.ff.pro socio.Lapus.alleg.93.nu.3. ex qua conclusione infertur ad plura & primo si res perit absque culpa
5 socij vtentis ea ad vsum destinatum † non imputatur no. l. communi. ff. de act. empt. Secundo si res communis fuerit furata in loco vbi communi-
6 ter retineri solet † damnum erit commune sociorum, quia qui facit quod communiter quilibet diligens facere solet non est imputandus leg.quid si §.apud ff. de ædil. edicto. leg. tertio. ff. ad Maced.cū simil, vnde pastor qui animalia in pascuis mittit consuetis non est imputandus si lupus eas occiderit Bald. lege nemo. C. de Episcopis & cle-
7 ricis. Tertio si socius metu † hostium vel naufragium iter nunc mutauerit & perierit non imputabitur.not.l. cum proponas. C. de naut.fœnore.
8 Quarto † si socius fortuito casu in itinere fuerit captus dum gerebat negocia societatis debet redimi expensis communibus Petrus de Vbaldis. dicto.tracta. parte octaua quæstio. octaua. numero octauo. Secus si causa societatis non fuerit absens; quia tunc redemptio de suo proprio fieri debuerit ibidem quæstio. Vigesima sexta numero Vige-
9 simo septimo. Quinto † si vnus ex socijs ponit pecuniam alter operam tantum, si casu fortuito pecunia pereat ille qui præstitit operam tātum tenetur contribuere pro damno, ita in puncto cōcl. in termin.Alex.consil.131.vol. 5.Sexto si molendinarij contraxerunt societatem conducendo mo-
10 lendinum quod impetu fluminis † fuit eis sublatum profecto ipsi non tenētur ad pensionem soluendam not. l. 1. ff.de migr. l. habitatores.ff.loc. Bald.l.licet. C. eod. quod si promiserint reaptare tenētur semel tantum adeo vt si iterum ruat amplius non teneantur.Bal.l.fideicommissa.§.si quis ita ff.de leg.3.& hæc prima ampl. qua habetur qd in societate damnum fortuito casu proueniens
11 esse commune non † procedit quando vnus ex socijs expresse fortuitum casum in se suscepit, seu culpa eius præcessit quæ erat ordinata ad casum quia casus aliàs non contigisset absque eius culpa l.si vt certo. §. sed interdum. ff.commod. secus si esset culpa leuissima. l. si vt certo. §. nunc videndum.ff.commod.l.fine.ff.de neg.gest.vel dubium erat an casus euenisset, & tunc reus absoluitur not.l.quæ fortuitis. C. de pignor. action. quod si
12 eius allegauerit casum illum † probare tenetur. l. creditor.C.de pignu.act.l. publicatis. C. de testibus.l.secunda. C. de naufrag.libr.decimo. secundo: & ꝓbari potest per duos seu per tres testes nisi sit casus excusatiuus à pœna; quia tunc sufficit quod iuramento probetur si dicti casus fortuiti difficilis sit probatio.l.non omnes. §.à Barbaris.ff. de re mil.l.fin.C. de instrum. secus si potest commode probari, quia tunc plene probari debet leg. qui commeatus.ff. de re milit. quidam tamē sunt casus qui manifeste contingunt, vt incendium ruina & naufragiū, & quidam occultè vt furtum & hoc probatur per coniecturas vt si fuerit fractum hostium & res ablatæ & non sufficit probare casum nisi probetur absuisse culpa, præsertim quando casus verisimiliter coniunctus est cum culpa vt furtum not.l.cum duobus. §. damna. ff.pro socio.Petrus Vbald.dicto loco nume.decimo sexto. rursus pro solutione huius dicti distinguendo dicas, aut res perit ante contractam societatem, aut post.Primo casu non communicatur damnum.l.
13 si id quod.ff. pro † socio, si verò post & tunc ante collationem, aut post, si ante, ei perijt cuius res erat.dicta.leg.si id quod.§.item; si verò post damnum erit commune dummodo contingat ob causam societatem concernentem secus si ex causa quæ esset abstracta, & separata ab ipsa societate quo casu damnum pertinet ad eum cuius occasione datum est.leg.pro socio. ff.pro socio, de qua materia late habetur per Per.de Vbal. d.tract.nu. 4.Alex.consi.131.nume.8. vol.2.consi.77.nume. 21.vol.2.consi.131. nume. 1.vol.5.Rom. consil.

172.num. 1.consi.510. nu.6.consil.471.nume.5.
14 quod si vnus lucrum sentiret † alter damnum societas leonina diceretur Anchar. consil. 103.numer. secundo, leg. si non fuerint. §. Aristo. ff. pro socio quæ soluitur renunciatione, morte, maxi-
15 ma capitis diminutione, & egestate. leg. † adeo. leg. ver. §. fin. l. societatem. ff. pro socio. Dixi ego in tract. mors omnia soluit p.2.concl.103.& si in vna parte contingit lucrum in altera verò damnum solum, quod superest ( compensatione fa-
16 cta ) dicitur esse lucrum. §. de illa in † fine inst. de societ. Dixi ego in tract. de compensatio. P. 1. q. 21.in termio.secundo principaliter amplia proce-
17 dere in contractu locationis not. leg. in † iudicio.C.locati.leg. qui insulam.leg.si fundos.l.opus l. ex conducto. ff. loc.l.licet.leg.damnum.C. eod. cap. propter de locato & conducto; Alex. consil. 107.numer. 11.Bald.consi.329.vol.1.Rol. consi. 95. nomer.19.volom. 2. Salic. leg. si mores nom. 13.ff.loc.& cond.Port.consi.143. Corn.consi.23. num.12.volum.2.Gorad.consi.63.num.16.Grat. consi.42.volum.2.Alciat.consi. 157.nu.2.Fulgos. l. dominus ou.4.ff.loc. Soc.iun.consi.28.num.5. vol.2. Pau.l.si vnus. §.item num.3.ff.loc.Ber.cap. potuit num. 7.eod.tit. ex hac secunda ampliatio-
18 ne infertur ad plura, & Primo quidam † mulio accepit portare pannos certo die qui distulit ad alteram diem fuitque casu fortuito in itinere derobatus, quæsitum fuit cuius periculo panni sint amissi & profectò si mulio tenuit iter solitum nec fuit et cautum qood differendo ad alteram diem derobaretur, periculum erit domino pannorum si dies dilata non fuit culpa mulionis, ita io puncto concl. Petr. de vbald. tract. de duo. fratribus. P.8.q.27. num.28.& ratio est quia cessante culpa parua mora non consideratur. leg. si in lege. §.co-
19 lonus. ff. locati. Secūdo † quidam conduxit molendinum in flumine Tyberis admodum periculoso postea ui fluminis prædium destruitur petitur pensio, opponitur de damno, replicatur de natura fluminis, quam ipse cognoscere debebat conclusio fuit, quod si impetu aquarum de structum fuit, seo deteriotatum maxime ex inundatione insolita, pensio non debebitur not. l. 1. ff. de migrand. leg. habitatores. ff. loc. Bald. leg. licet.
20 C. eod. titu. Tertio infertur † magister seu Faber, conduxit opus faciendum, qood casu fortuito ruit, an damnum sit illius, an vero locantis. Resp. distinguendo aut ruina contingit in opere dum construitur, an verò in opere constructo. Primo casu si conduxit perficiendum opus certo tempore debet re habere integrum tempus. leg. si ita. ff. de verb. obligat. & cessante culpa conductoris debet refici expensis domini. leg. Martinus. ff. loc. si vero contingit in opere contracto tunc si conductor non obligauit se ad totum opus perficiendum, sed singulis diebus tantum locat operas suas tunc de ruina quomodocunque contingenti non tenetur. leg. eam legem. §. locaui. ff. loc. Bald. leg. ad verius. C. eod. quia imputetur Domino qui talem magistrum assumpsit quem dictum poterat reprobare, si verò conducit opus integrum vna locatione cōstruendum, tunc aut interuenit dolus vel culpa. aut non, si dolo culpa ve eius opus destructum est tenebitur reficere. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commod. non tamen hoc verum si leuissima culpa tantum factum esset nisi futurum periculum suscepisset, quia tūc teneretur etiam de leuissima culpa non tamen de fortuito casu l. opus. & l. sequen. ff. loc. si verò ruina contigerit soli vitio, vel fortuito casu adscribitur Domino ædificij. l. fin. ff. de verb. obli. Quar
21 to † infertur, quod si quis conduxit apothecam ad quam poterat intrari per hostium d. Apothecæ cuius claues erant penes conductorem & per domum locatoris, contingit, quod quoddam portellum domus locatoris remansit apertum per quod fur, & latro ingressus est apothecam in qua multa furatus est quæritur cuius sit damnum. Respo. quod pertinet ad locatorē ratione culpæ; quia occasionem damni dedit relinquendo hostium apertum. Petrus de Vbald. d. tract. de duob. frat. p.8.q.40.num.41. Quinto conducens equum ad
22 vecturam † quem baculo percussit in capite ita vt mortuus sit, conductor tenetur de occiso locatori. Hippol. tract. de eqno. p.3. similiter si moritur quia male fuit gubernatus Albe. l. pen. ff. de vsufr. Bologn. auth. habita. C. ne filius pro patre; secus si naturaliter seu fortuito casu contingeret etiam si æstimatus conduxisset. Bald. l. si vt certo. §. nunc vidēdum. ff. com. Iaso. §. actione nu.86. inst. de act. quo casu teneretur etiam de leuissima culpa item
23 si cōductor equi † dimittat in pascuis absque sufficienti custodia, qui pereat, seu occidatur à lupo conductor tenetur secus si dimitteret eo modo quo diligens paterfamilias fecisset. Decis. Perus. 10. nu. 14. Boer. decisi. 218. nu. 1. gl. l. si negocia. ff. de neg. gest. si verò duo equi currerent vnus vet sus alium & in cursu casu inuicē percutiant non fiet emendatio. Bal. l. scientia. §. cum stramenta. ff. ad l. Aquil. item si conducens equum qui incidit in morbum & consignauerit hospiti qui diligenter curet si moriatur conductor non tenetur. Bal. consi. 22. vol. 3. Cotta memoriali versi. scholaris
24 similiter si moritur intra triduum à die † conductionis præsumitur morbosus, secus si ex longo interuallo Viuius lib. 2. com. opin. concl. 58. num. 2. com. dicitur not. Rim. consi. 56. nu. 26. Ang. l. in hac nu. 4. ff. de cond. trit. l. sed mihi. §. si reddita. ff. com. quid erit de eo qui equum fidantem de stabulo extraxit & illum foras ligauit qui se in cape-
25 strauit, adeo vt mortuus † sit? resp. q extrahens tenetur emēdare damnum quia ad eum hoc spectabat, & eius actum non debet obesse Domino Ang. l. eleganter. §. idem. ff. de dolo. l. 1. §. ait. nu. 3. ff. ne quis eum. vlterius locator & conductor litigabāt ad inuicem quia locator nolebat equum dicens il-
26 lum esse deterioratū interim moritur † cuius erit periculum? resp. quod si non constabat de æstimatione deteriorationis locator tenetur quia debebat illum recipere cum protestatione not. l. quidam. ff. si cert. pet. Bart. l. qui & stichum. ff. de sol. Crau. consi. 106. nu. 1. Itē conductor equi suscepit in se casum mortis nō tenetor de morte naturali Bal. add. ad Spec. tit. loc. cal. 2. Si verò locator dederit equū vt iret ad bellū qui equus perierit non

tenebitur, quia casum illum exposuit expresse, &
hoc etiam si illum commodasset, & vulneratus
esset in bello postea mortuus in ciuitate. Ferret-
tus tract. de mil. Iust.nu.9. Sal.l laborantem. §. si
conseruatis nu.3.ff.ad l. Rhod. de iactu. & si quis
promiserit alicui equum aut mulum vno mor-
tuo extinguitur obligatio Hispau.tract.opin.ver.
28 debitor. numer. 9.si verò equus damnum † fuerit
passus ex nescientia equitantis, vt quia molier.
vel senex non est imputandum conductori sed lo
catori, qui ei commodauit, secus si culpa in eo
quod cauere debebat fuerit damnum datum, vt
non pascendo vel vagum lassando seu ligando,vel
in loco non tuto relinquendu Hip.d.tract.q.127.
in casu autem quo conductor equi vult se excusa
29 re casu fortuito illum esse mortuum † non est sa-
tis probare fortuito casu equum mortuum esse,
sed illum eund. in specie de quo agitur esse capi-
tulandum & probandum idem d.tract.q.118.vbi
ponit in fine formā libelli in q. 120. & seq. Sexto
30 infertur, quod si mulus reperiatur † oneratus in
via non recta vltra terminum territorij non po-
test capi pro gabella quia mulus aufugerit inuito
mulione. Bart.l.fin.§.serui.ff.de public. & vectig.
Ferrett. tract. de gabell. num.245. nam licet mu-
lio teneatur de periculo rerū, quas portauit idem
d.loco num.243 hoc tamen si mulio fuerit in cul-
pa.l.videamus. §.qui vinum.ff.loc.vt quando iret
extra tempus & per iter non solitum Bald. l. fin.
C.de naut.fœn.l.1.C.quæ sit longa consuet.idem
Iul.Ferrett.nu. 595.Quando autem mulio allegat
31 amisisse aliquid † si non probat causam amissio-
nis non creditur, & ipse ad resarciendum dam-
num Domino tenetur ita in puncto Corn. consi.
318.volum.4.vbi nu.4.concl.non esse satis id iu-
32 ramento probare.Sexto infertur, † quod condu-
ctor gabellæ excusetur fortuito casu vt propter
bellum, vel pestem & similia vnde fiet ei remissio
mercedis Iul. Ferrett.tract.de gabell.numer.299.
Egid. Boss.tit.de remiss.merc.public.num.1. Me-
noch. de arb.iud.lib. 2.cent.1. cas. 80. Fel. consi.
43. numer.8. & hoc nisi transijsset in contractum
emptionis Corn.consi.128. num.13.volumin.2.
Abb. cap.1.numer 18.de commod.Ripa tract.de
peste p.1.num.13.num.79.Add.ad Abb.d.cap.1.
numer. 18. versi.mainra, item conductor gabel-
33 læ suo periculo, risico & fortuna maris, Dei, † &
gentium tenetur de casu fortuito insolito præci-
pue si illud contingere posse sciuit, vel scire de-
buit Ias. consi. 107. nume. 1.secus si quis condu-
xisset gabellas, & simpliciter suscepisset in se for-
tuitos casus, accedit, quod pons illius loci per
quem transibant diuersæ personæ cecidit vi flu-
minis adeo quod ex gabella nihil lucrari poterat
34 isto casu gabellarius non tenetur † quia talis est ca
sus fortuitus insolitus,& per consequens non ex-
cogitatus Add.ad Abb.c.1.nu.18.verb.maiora de
commod. Ias.l.1.C.de iure emph. Modern.l.si ex
tuto. ff.de leg. 1.not.Bar.l.cotem.§.qui maximos.
nu.2.ff.de publ. & vectig.Ale.consi.107.vol.3. in
35 terminis † idem est in conductore datiorum dam-
num passu occasione pestis Ber. q.54.nu.3.Septi-
36 mo infertur,quod si fortuito casu † aliquo reddi-
tus molendini fuerit auctus augebitur,& pensio,
vt æqualitas seruetur Doct.l.si merces,§. vis ma-
ior.ff.locati. Bert.tract.de gabell.21.q.2.p. Socin.
consi.68.nu.6.vol.2.Viu.in lib.2.com.opi.conc.
37 60.& concl.59.Octauo infertur † quod si condu-
ctor emphyteusis damnum fuerit passus aliquo
fortuito casu non imputatur ei, sed illi fit remis-
sio pensionis, & si impeditus fuerit quominus
fructus percipere nō potuerit, vt propter bellum
vel pestem, seu inundationem non soluens cano-
nem non incidit in commissum. Abb.cap.potuit,
num.18. de loc. & cond. vbi Imol.dicit hanc esse
communem nu.42.Ias.post Bart.l.1. nu.91.C.de
iure emph. & idem est si propter sterilitatem fru
ctus non percepit.Grat.consi. 128.nume.9.vol.2.
Natta consi.49.nume.12. Bellon. consi.21.nu.5.
38 quod † intelligitur quando emphyteuta soluit
pensionem correspondentem fructibus, secus si
solueretur aliquid in recognitionem tantum di-
recti dominij, quo casu licet non excusetur à so-
lutione adueniente vbertate, tamen excusabitur
à caducitate; simili modo si in re emphyteutica
contingerit damnem aliquod corrosione flumi-
nis, vel casmate, vel huius modi, tunc aut damnū
est in partem, aut in totum. Primo casu, aut pen-
sio soluitur correspectiua fructibus, aut in reco-
gnitionem directi dominij, primo casu fit remis-
sio pro rata. Secundo autem non, nisi soluatur
pensio pro rata bonorum, nam eo casu fit remis-
sio pro rata illorum, quæ damnum fuerint passa
si verò res perit tota liberatur emphyteuta, ita di-
stinguit Iul.Clar. Ale.in §.emphyteusis.q.8. num.
7.& 8.& seq. vbi dicit hanc esse magis commun.
opin. Ang.l.1.num.4. C. de iure emphy. Faber.§.
adeò,nume.quinto.Instit.locati Port.consil. 143.
Ber.consi. 130.volum.primo.Sal.d.l.1.nume.de-
cimo.Ripa.tract.de peste,nu.12.Brun. tractat.de
interitu,concl.2.versi.facit Rim.consi.40. Natta
39 consil.194.volum.1. † quibus ita illatis sequitur
conclusio quod conductori ob damnum illatum
fiat remissio pensionis causatum fortuito casu,
nempe tempestate, vi fluminis, locustis, incursu
hostium, ruina, incendio, intemperie aeris, gran-
dine oiue immoderata, & alijs quibus resisti non
potest.not.l.ex conducto. §. primo.loc. l. licet.C.
eodem titul. item impetu ventorum terremotu,
casmate omnique vi simili enarratis. Redhoan.
tractat.de rebus eccles.non alien. quæst. decima-
octaua, de remiss.merced.§.multi, nu. 1. Viu. lib.
3.com.opin.ver. conductor modicum damnum.
Capra reg.88.num.89.Grat. consi. 161. numero
15.vol.2.Rol.consi.86. volum.3. Riminal.consi.
82.nume.10.consi.40.num.4.Bertr.consi.42.nu-
me.10.volum.1.Alber.l.1.num.8.C.de iure em-
phyt.Ber.consi.139.num.11.volum.primo.Bart.
in 49.q.incipit Publicanus Bald.consi.437.volu.
4.Aret.consi.52.nu.4.consi.139.nume. 1.Anton.
de Butr.c.3.num.4.de loc.Ale. consi. 105. nume.
1.volum.3.Ægid.Boss. tractat. de remiss.merced.
numero primo,& sequen. pro solutione huius se
cundæ principalis ampliat.ita distinguendo dico
aut conductor in se suscepit periculū fortuiti ca-
sus, aut nō, primo casu aut fuit facta specialis mē-
tio

tio casus, & tunc nulli dubium est, quod tenetor ad ipsom l.si quis fundum.ff. loc.aut verò specificaoit aliquot casus vt incendij, ruinæ, deinde dixerit omnemque alium casum solitom, vel insolitum & tunc etiam tenetor ad eum qui non fit ex pressus propter mentionem illotum, ita Egid.Bos. d.tracta. col. 6. si verò simpliciter susceperit in se fortuitum casum nullum expressom non tenetur nisi de casu solito Abb.cap. t. de commod.si verò nullum io se casom suscepit, sed tantum peric. tunc non tenetur de fortuito caso etiam si omne periculom in se suscepisser dixi in tract. de reg.
40 iur.reg.1. nu. 40. quod † si nollum periculum in se susceperit tunc aut culpa præcessit, aut mora, si culpa præcessit ordinata ad casum sine qua casus noo contigisset tunc tenebitur, si verò culpa noo erat ordinata ad casum tunc non tenetur nisi quatenus damnū dederit occasione culpæ vel quatenus operam dabat rei illicitæ, not.c.1.de homic. vol.& inuol.& culpa dicitur præcedere si non fecit qood diligens fecisset, Secundo si fecit contra pactum, Tertio si fecit quod ipse facere non tenebatur Papiens. in forma libelli quo agitur ficti præst.nom.t t. Secundo verò casu si mora præcessit
41 tunc tenetur † nisi fuerit parua mora. l. videamus. §.pen.ff.loc.l.si merces.§. qui colonum.ff.eod. Iterum aliter distinguēdo dicas aut res locata in qua est coniuncta certa species pensionis, vt modium frumēti posita est ad solam designationem, seu demonstrationem,& tunc non liberatur, sed suppleri debet ex alio fundo vel alio modo.l.quidam.ff. de leg.1.l.Lucius.ff.de Alim. & Cib.leg Aliquando ees ponitor ad taxationem & limitationem,& tunc sub distingoe aut erat in promissione vnica præstario tantum, aut p utes per diuersa tempora, vt decem annua, Primo casu aut res fuit taxata & limitata solutioni fiendæ pure & simpliciter, sine conditione, puta qoia dixi promitto dare decem ex fructibus huius fundi,& tunc supplebitur cū fructibus in anoo sequenti, licet ad præsens non possit ad solutionem compelli.l.firmo. ff. quando dies leg. ced. aot fundus limitatus fuit & taxatus per modum conditionis & sic solutio erat fienda conditionaliter, vt quia dictum est, quod promisit soluere decem saccus frumenti ex eo quod nascetur in tali fundo, & tunc quia relatiuum fuit qd adiectum est verbo futuri temporis facit conditionem.l.nuper.ff.de leg.3.l.sticbum.ff.de leg.1.si ve
42 rò aliquid non † nascatur tanquam defecta conditione liberatur, oec tenetur aliunde supplere.l. si debitori.§.verisimile.ff.de vin.trit.& oleo leg. qd si io promissione sunt plures præstationes fiendæ, puta decem Annua, tunc si nihil in vno anno nascatur supplendum est in alio.l.certus.ff.de vio.& oleo leg. quæ habent locum etiam to quantitatibos quæ debentur, ne dum io vltima voluntate, sed etiam in contractu locationis nisi aliter actum fit.l.si vno.ff.loc.l.licet.C.eodem. Papiens. in forma libelli quo agitur ad ficti præst. verfic.ionestituit nome.7. Dominus ergo conductori remissio
43 nem noo facit, primo † quando ita inter eos conuentum est l. si quis fundum. ff.loc. l.licet. C. eodem, Secundo quando sterilitas contingit culpa coloni.c.propter locati.l.merces.§.culpæ. ff.eod. Tertio, quando ex negligentia conductor dimisit agrum incultum. leg. ex conducto. §. quidem. ff. eod. Quarto, quando sterilitas est talis, quæ de facili compensari possit cum vbertate.d. capit. propter de locato dixi egn in tractat.de compens. p. 1.quæst.45. num. 9. fallit, & declaratur etiam primo quando petit substantia rei fortuito casu, nam etiam si periculum fortuiti casus in se suscepisset non tenebitur interitu totius rei nec remanet conductor obligatus Bal.leg.licet. C. locati vbi si molendinum fuerit in totum destructum
44 noo debebitur amplius pensio; † Secundo non tenetur quando casus culpa Dōmini contigisset, vt si locator intulisset bellum siue instè siue iniustè Bar. l. eotem.Col.2. ff.de public. Corn.coosi.t a. vol.4 Tertio hoc idem quando casus euenit in solitus. l. sed & si. §. quæsitum. ff. si quis caut. Ripa tract.de peste nu.97.p.1.Dec.consi.7.Bald.consi. 145.vol.3.Quarto suscipiens in se specificum periculum fortuiti casus debet intelligi, de simili expresso, non autem de alio habenō maiorem rationem Ripa.d.loco nu.77.Anto.consi.150.Alia succedit distinctio io isto atticulo, quia aut conductor impeditur vti re conducta aut non, primo casu etiam si soluat aliquid in recognitionem directi Dominij tantum si occupetur à militibus vel ab inundatione liberatur pro tempore occupationis à solutione & per consequens etiam à caducitate quia tunc fictione iuris res conducta dicitur in totum perempta, secus autem si aliquot fructus percepisset quia tunc tali casu casus fortuitus eum non excusaret. Doct. comm. c.potuit locati, & est diligenter inspicienda forma † contra-
45 ctus, an sit venditio, an locatio: nam si sit venditio tūc perfecta venditione periculum spectat ad emptorem nisi aliud actū sit. l. 1. C. de peric.& com. rei vend.& intelligitur cōtractus emptionis, quando simpliciter non distinguitur neque distribuitur per annos, sed soluit emendo pro certa summa, vt ille qui emit iactum retis quo casu etiam si nihil percipiatur nihil remittitur. l.si iactum. ff. de actio. empti.vel qui simpliciter emit redditus pedagij vel molendini, vel qui emit fructus plurimorum annorum pro vno pretio oon distributa solutione per annos, sed simpliciter pro certo pretio: eo casu si aliquo tempore fructus non percipiuntur non fit remissio, & periculum spectat ad emptorem.l.nec emptio.ff.de contrah.empt.si verò emuntur fructus ad certum tempus pro certo pretio & tunc aut exprimitur certa quantitas fructuum si emantur decem corbes fructus nascituri ex fundo serano tunc si pauciores, quam sint venditi nascantur fit remissio pretij pro rata. l. si debitor.§. 1.ff. de contrah.empt.si autem fructus futuri venduntur pro pluribus annis certo pretio non determinata qualitate fructuum: hoc casu si emptor poterat propria authoritate percipere fructus, tunc periculum spectat ad ipsum sine spe remissionis, secus si de manu vendentis, quia tunc non censetur venditus vsusfructus, ideo pro rata debetur remissio. si simpliciter venduntur fructus, tunc aut omnes veoduntur

aut partem, si omnes periculum pertinet ad em-
ptorem: si partem ad venditorem nisi pars fru-
ctuum restringatur ad partem fundi specificatam
si verò emanaui fructus vnius anni per verba em
ptionem importātia, talis contractus erit emptio
nis, & periculum spectabit ad emptorem si verò
dixerit, quod conduxit fructus, talis anni, erit
conductio.l. qui saxum.ff. de don. & hoc quando
venduntur fructus futuri, secus si fructus penden
tes, quia tunc est contractus emptionis.l.manu.§.
cum emptio.ff.de contrah.empt.quando verò con
tractus sonat vt solutio fiat annuatim tunc dice-
tur contractus locationis, & dignoscitur ex quan-
titate pretij solutionis idest qualiter, & quando
& vbi fieri debeat nec refert an in contractu dica
tur verbum vendo, vel loco, quia magis attendi
debet qualitas contractus, quàm verba quibus
concipitur gl. l.si iūncta. C.locati.not.l. Cæsar.ff.
de public. vnde si in contractu dicatur vendidit,
vel locauit cum esse non possint duo contractus,
sed vnus erit iudicandus contractus secundum
quem magis adhæret, vel cui similis erit Redoa.
de rebus eccl. non alien. q. 18.§. dicta vero, num.
9.Corn.consi.128.num.3.volum.2.Port.§.item.
num.21.inst.loc. Alc. consi.157.numer.2.Ber.c.
potuit nu.7.locati.Port.consi.143.Ber.consi.150.
& seq. vol.1. Paul.l. si vnus. §.item num.3.ff.loc.
Neusz.con si.90.Abb. cap. propter nu.8.de locar.
& cond. Socin. Iun.consi.78.num.3.volu.2.quod
si conductor fecerit expensas in re conducta pro-
pter casum fortuitum resp. quod locator tenetur
eas reficere Ferrett. consi. 199. nu.9.Paris.consil.
38.numer.1.calcan.consi.24.in termin.Ber.consi.
142.volum.1.Abb.c.1.num.23.de commod. No-
47 no infertur † hoc idem procedere in prædijs à
principe locatis à quo debet fieri remissio pensio-
nis not.l. si vnò. ff. loc. Decimo hoc idem in præ-
48 dio censuali. l. forma. §.1.l. cotem.ff.de † public.
& vectig. Vndecimo idem credo in prædio tribu-
tario not.leg.2.C.de Alluu.& pal.Bon.tractat. de
remiss. merc. numer. 119. & in c.propter de loca.
Doct.l. 1. C. de iure emph.l.omnes.C.de censibus
not.leg. 1.C.de omni agro deserto Brun. tract.de
Dim. concl. 16. ver. item procedit. Tertio prin-
49 cipaliter ampl. procedere † in contractu commo-
dati not. capit. 1.de commodato (ibi cum gratia
sui tantum, quis commodatus accepit) de leuis-
sima etiā culpa tenetur licet casus fortuitus (nisi
acciderit culpa sua vel interuenerit pactum, seu
in mora fuisset) sibi non debeat imputari conc.
l.in rebus. ff.commoda. In reb. commodatis talis
diligentia præstanda est qualem quisque diligen-
tissimus pater familias suis rebus adhibet. ita vt
tamen eos casus non præster, quibus resisti non
possit, veluti mortes seruorum, quæ sine dolo,
& culpa eius accidunt, latronum, hostiumue in-
cursus, piratarum insidias, naufragium, incen-
dium, fugas seruorum, qui custodiri non solent.
leg. si vt certo vbi Doctor. comm. & commoda-
tarius non tenetur, de fortuito casu Port. §. item
50 num. 11. inst. † quib.mod. re contra oblig. Brun.
in tract. de Interit. & peremp.conc.4. Alber.Rob.
C.commodat. numer. 3. Angel. leg.ea numer. 1.
C. commod. Sal. d. l. si vt certo.numer.26.Bald.
consi. 188.numer. 1.volum. 4. Paul.l. ea quidem
nu.4.C. commod. Alb.consi.104.Cagn.l.contra-
ctus num. 31. Vbi Igneus num. 24.ff. de reg.iur.
Bald.consi. 189.num. 1. uolum.4.Iason.l.domus.
nu.8.ff.de leg.1.Alber.l.si ut certo.num.7.ff.com-
mod.pro solutione huius tertiæ ampl. notandum
51 est, † quod commodati natura, est quod species
tradatur ad terminatum vsum. l. in commodato.
§. sicut. ff. commod. Secundo ad determinatum
tempus expresse, uel tacite gloss. l. contractus.ff.
de reg. iuris. Tertio, quod usus sit gratuitus aliàs
transiret in locationem.l.si tibi. ff.commod. Quar
to requiritur, ut agatur, ut eadem res reddatur
Rom. consil. 520. Ripa.l.mutuum. numer. deci-
moseptimo. ff.si certum petatur quo stante infer-
52 tur; primo commodaui † tibi equum pro tribus
diebus vt ires Mediolanum finitis tribus diebus
volo equum, tu dicis non potui ire Mediolanum
propter maximam pluuiā an sit finitus vsus com-
modati respon. quod sic quia commodans tractat
de damno vitando, commodatarius verò de lu-
cro captando not. l.item.ff.de const. pecun.leg. si
vnus. §. item.ff. locati. Docto. l. in commodato. §.
53 sicut.ff.commod. † item commodaui tibi equum
cū puero equus perijt malo regimine pueri eius
periculo an pereat, respon. an receperim in com-
modatum equum cum puero, & tunc non excu-
sor ob culpam famuli circa quem diligentiam te-
neor adhibere. si verò equum tantum recepi com-
modatum, & tunc à principio famulum com-
modasti: tunc quia confidisti, de eius diligen-
tiā non teneor. Portius. §. item numer. 19. instit.
54 quibus mod. re contr. obliga. Tertio † infertur
commodasti mihi librum venit famulus tuus, qui
tuo nomine à me illum petijt eique illum tradi-
di an tenear si ipse aufugit. Respond. aut constat,
de mandato tuo & sum liberatus si verò non im-
putatur mihi nimis illa credulitas; nisi esset famu
lus cui fides præstanda esset Port. d.loco. numer.
55 23. Quarto † habebam res mihi commodatas, &
meas in periculo quo non poteram saluare, nisi
aut meas aut commodatas quid agendum? Re-
spond. quod pretiosiores essent saluandæ; si ve-
rò essent æquales propriæ sunt saluandæ.l. præses.
ff. de seru. & aqua. c. inter de sponsalib. glos. leg.
si vt certo. §. quod verò.ff.commodati Port. dicto
loco.nu.24. vbi inquit quod in iudicando teneret
hanc opinionem in facto verò seruaret fidē com-
56 modanti. Quinto infertur, † quod si quis com-
modauerit alicui equum, vt iret ad bellum, &
moriatur in conflictu belli damnum erit commo-
dantis, quia sciens commodauit, & periculo
exposuit Alba. consil. 64. in terminis. Sexto
57 si equus † commodatus deterior reddatur non
imputatur commodatario not. leg. fina. ff. com-
modat. Cagnol. d. leg. contractus. numer. 32.
58 Septimo † commodasti Argentum, quod re-
misi per seruum meum communi æstimatione
fidelem si cum argento aufugerit non teneor. leg.
Argentum. ff. commod. Bald. consil. 89. volu-
min. 1. Roma. consili. 241. Octauo si damnum
datum fuerit à tertia persona in re commodata
non

non tenebitur commodatarius. l. ad eos. ff. commod. est igitur concl. quod commodatarius non
59 tenetur, de fortuito casu d.l. in rebus † fallit primo nisi culpa præcessisset casum.l.ite.ff.loc.Secundo fallit nisi pactum aliter fuerit factum. l.iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. Tertio nisi ad alios vsus cõuerteret quã quib. res fuit cõmodata, vt quia commodaui equum vt ires Romam, & tu ires Mediolanum.Cagn.d.l.cõtractus.Quarto,quando commodatarius acciperet mercedem, sed isto casu diceretur alius contractus.l.si vt certo.§.nunc videndum. ff. commod. Quinto & vltimo quando esset in mora.c t.de commo.Igneus. d.l.contractus. num.15.ff. de reg.iur.quando au-
60 tem commodatum fit gratia commodatarij † tantum, vt cõmuniter fieri solet tunc tenetur etiam de leuissima culpa. §. item is inst. quibus mod. re contr. obligat. nisi commodans dixisset rem tuo arbitrio conserua tunc enim commodatarius, de leuissima culpa non tenetur Rom. singu. 562. in dubio tamen commodatum factum præsumitur gratia recipientis, & eius rogatu Doct. com. l. si vt certo.§.interdum.ff.commod. si verò commodatum gratia commodantis tãtum fuerit factum tunc de dolo, & lata culpa tantum modo tenetur. d.§.interdum, vnde volens accedere ad ludos videndum commodauit vestem pro ludo certe si ipsa pereat commodatarius non tenetur nisi de dolo & lata culpa quod si commodatum fiat gratia vtriusque tunc commodatarius tenebitur de dolo lata culpa & de leui non autem de leuissima.l. in rebus.§.hoc.ff.commod.Cagno.d.l.contractus.
61 numer.41. Quarto Principaliter ampl. † in custode qui non tenetur de fortuito casu licet teneatur præstare exactissimam diligentiam Bar. l.qui mercedem.num.2.ff.loca. nisi susceperit in se pericu-
62 lum.Aret.§.cum autẽ nu.9.inst. † de loca.& cond. quod si finito tempore custodiæ, Dominus rem accipere noluerit, si perierit non tenebitur custos. Ang.l.si mora. num. 3. ff.solu.mat.Ang.leg. vtilitatem.numer. 5.ff.de exerc. act. si tamen dimittat animalia absque custode in pascuis tenetur idem l.si negocia num.quinto.ff.de negocijs gestis,quo casu tenetur probare interitũ ipsorum fuisse fortuito casu peruentum idem. l.non est nu. 8.ff. de custo. reorum. Alex.l. etiam.§.licet.num.4.ff.sol. mat.si verò custodierit gratis non tenebitur etiam de leuissima culpa Decis. Perus. 10. num. 15. ex
63 hac quarta ampl. † infertur primo, quòd custos pecuniarum publicarum non tenetur de nummis ei furto subtractis, dummódo non sit in culpa, & in eorum custodia illam diligentiam adhibuerit, quam diligens paterfamilias fecisset Deci.
64 consi.473. Secundo infertur, † quod si quis custodire assumpsit armentum, quod perijt, tunc non tenetur de fortuito casu nisi culpa interuenisset. Corn. consil. 28. column. 3. in terminis. Tertio
65 infertur, quod custos † castri non tenetur quando iusto timore reliquit castrum militibus, nisi eius custodiam tempore belli suscepisset. Natta
66 consi.79.nu.1.vol.1.Quarto infertur, † quod custos loci pro certa mercede tenetur de incẽdio nisi cõstet fortuito casu euenisse ita in puncto Petrus Calesatus præceptor meus consi. 58. inter consi. crim. vol. 2. vbi concludit contra quendam sacristam pistoriensem eum teneri de incendio sacrarij thesauri Sancti Iacobi, qui condemnatus fuit etiam si tantum leuissima culpa intercesserit, vt mihi retulit dominus Paulus Ceccherelius Pisto-
67 rien. Quinto infertur, † quod si quis dederit in custodiam, & consignauerit alicui duas capsas vnam ligatam cum funibus; aliam verò & funibus ligatam & claue clausam & firmatam ac sigillo obsignatam an teneatur restituere si casu fortuito perierint. resp. quod non ad not. per Paris.
68 consi.74.vol.1.in terminis. Sexto † infertur, quod custos nauis nõ teneatur si casu perierit. Paul.consil. 472. vol. 1. not.port.consi. 7.num.7.Ber.ca. 1.
69 num.42. de test. Spoliat. Septimo custos † rerum non tenetur, de furto facto in loco vbi reseruari consueuerint, vt in sacristia fratrum Bal. l.si creditor.C.de pign.act.glo.l.pignus.C.eodem.Octauo
70 custos † carceris non tenetur, quando carceratus senex, vel infirmus aufugerit.gl.l.si vt certo.§.nũc videndum ff.de commod.idem si fugiat culpa alterius.l. pen.versi. item.ff.de cust.reorum Cepoll. sing.92.Cor.cõsi.92.vol.1.licet teneatur de leuissima culpa Flor.l.si vsusfructus.§.cum igitur.ff.de
71 vsur. Quinto ampl.in cõtractu † depositi in quo depositarius non tenetur de fortuito casu gl.l. 1. §.1.ff.depositi Pau.l.non possibile.nu.5.ff. de pac. l.1.nu.9.ff.de sol.l.si quis nec causam.num.3.ff. si cert.pet.l.si vt certo.§.non videndum. ff.commo. l. si negocia. nu. 5. ff. de neg gest.Socin.d.l.si quis nu.1.ff.si cert.petat.Parisi. consi. 74.nu.25.vol.1. consi.131.volu.4. Alber.l.qui furtum.nu.2. ff. de cond. furtiua. l. si in cursu. C. depositi. fallit pri-
72 mo † quando interuenerit pactum. l. & Aristoni. ff.mand. l.1.§. sæpe. ff. depositi Ber. ca. nauiganti num.40.de usur.l.iurisgentium. §.item.ff.de pact. Secundo fallit quando mora præcessit casum. l. si in Alia.§.fin.ff. depositi. Tertio fallit si culpa præcessit. leg. quod nerua. ff. depositi. Quarto fallit, quando interuenit dolus.leg. 1.§.si rem.ff.depositi. Quinto si gratia tantum accipientis sit.l. si quis in principio.ff.si cer.pet.glo.l.1.§.sæpe.ff.depositi. Sexto quando depositarius teneretur ad genus generalissimam Ber. consi. 194.volu.1.num. 39. Fulgos. leg. incendium.num.2.C.si cer.peta. Alba.consi.3,num.6. Septimo quando res depositæ sunt deperditæ suæ autem sunt saluæ Abb. ca-
73 pit. bonafides de deposito † ex hac quinta ampli. infertur ad quandam quæstionem, qui depositauit pecuniam ad quendam fratrem, qui fuit à militibus spoliatus quo casu non tenetur Paris. consil. 131, num.4.num.52.in termin. nisi depositarius esset in culpa Faber. §. sedis. num. 1.inst. de oblig. quæ ex delicto nas.& tenetur depositarius, de dolo, & lata culpa tantum, quia nulla
74 eius † uersatur utilitas unde si aliqua merces sibi daretur, tenetur de leuissima culpa, idem si obtulerit deposito gratia deponentis facto, ut teneatur, de leui culpa, de leuissima uerò quando se obtulisset deposito facto gratia depositarij, aut utriusque Cagnol. leg. contractus. nume. 11.
75 ff. de reg.iuris. Sexto † ampl.principaliter in præ-

cario in quo tantum venit dolus.l.contractus vbi
76 Cagn. num. 23.ff. de reg.iur. Septimo ampl. † in contractibus innominatis, qui faciunt periculum casus fortuiti pertinere ad eum qui rem deber accipere Iaſon. l. naturalis.§.& ſi quidem numer.6. ff. de præſcri. verb. Alb.l.contractus.ff.de reg.iur.
77 Octauo ampl. † vt debitor ex contractu per literas cambij in certa pecuniarum quantitate certo loco ſoluenda non liberatur ob rerum & bonorum ſuorum depopulationem in illo loco à militibus factam & omne periculum ac damnum caſuſque omnis fortuitus circa bona, & res ipſius debitoris contingens ad eum ſpectat Ber, conſil. 194. volu. 1. in terminis præterea concepi iu ani-
78 mo exercere † artem cambij mittendo pecuniam vltra mare & timēdo pericula maris emancipaui filium meum eique donaui omnia bona, deinde cæpi facere mercantiam & omnia mobilia perdidi in mari ſubuenitur illis, qui habent obligatum me ex cambio quia dolus dedit cauſam contractui, quodque malo more geſtum eſt deber reſcindi Petrus de Vbaldis tract. de duobus fratri-
79 bus. p. 8. q. 31. præterea mercator † mihi literas fecit ad quendam mercatorem in ciuitate Venetiarum in quibus continebatur, quod ille debet mihi ſoluere, & ſuper ſe recipitur illud cambium quas literas detuli mercatori veneto, qui acceptauit eas & antequā mihi ſolueret aufugit, quæritur cuius periculo hoc factum ſit. Reſp. quod periculum eſt crediroris. Bart.leg. ſingularis. ff. ſi cer.pet, Petr,d.loco.quæſt. 33.Nono ampl.in dote
80 cuius periculum pertinet ad virum † culpoſum Alex.l.ſi verò.§.ſi vir,nu.1,ff.ſolu.matr.idem l.in his.ff.de liber. & poſth. Maritus enim renetur de dote, ſi dolo, vel culpa eius perijt. l.in rebus. ff.de iure dot, qui tenetur eandem diligentiam adhibere rebus dotalibus qualem diligens pater familias ſolitus eſt rebus ſuis adhibere, non tamen tenetur de leuiſſima culpa nec minus, de fortuito caſu niſi maritus eſſet in mora reſtituendæ dotis. Igneus. l.contractus. nu.42,ff.de reg.iur. Doctor, com. l. ſi mora. ff. ſol. mat. eſſet tamen diſtinguendum an res dotalis eſſet æſtimata vel inæſtimata l. æſtimatæ. ff. ſol. mat. l. quod ſi. ff. de iure dot. Brun. tract, de Dimin. conc. 10.& not. quod licet
10 *Hæreditariæ rei interitus non spectat ad possessorem bonæfidei.*
11 *Hæres conficiens inuentarium non tenetur de fortuito casu.*
12 *Legatarius an teneatur de fortuito casu.*
13 *Personis extinctis quibus debeatur onus,minuitur & legatum.*
14 *Tutor an teneatur de fortuito casu.*
15 *Negociorum gestor,an teneatur de fortuito casu.*
16 *Equum immittens in pascuis si lupus eum deuoret, an teneatur.*
17 *Vsufructuarius an teneatur de fortuito casu.*
18 *Expensæ quæ fiunt in re vsufructuaria à quibus refici debeant.*
19 *Testamentum valet cum minori numero testium, quando casus impeditur quod solenniter non possit fieri.*

## *Quæst. XI. Secundæ partis.*



1 Vndecimo quæro † an casus fortuitus habeat locum in ultim.uolun.Respond.quod sic.Igneus l.contractus, nume.58.& seq.ff.de regul.iur. sed an uitietur hæredis institutio facta sub conditione casuali,no.add.Host.in summ. de condit.num.6.& solutio est , quod suus hæres potest institui sub omni cõditione excepto filio,
2 qui non sub omni † conditione institui potest,sed sub ea conditione quæ est in potestate ipsius textus est in termin. & ibi Bart. l. suus quoque. ff.de hæred.instit. conditio uerò casualis à potestatiua iudicatur, & dignoscitur arbitrio iudicis qui di-
3 scernit † an possit de facili adimpleri,uel non,gl. d.l.suus quoque.§. 1.uer.definitionem.ff.de hær. inst.tamen in d. loco nume. 6. dicit conditionem casualem esse quæ supponitur arbitrio fortunæ ,
4 si uerò conditio † mixta deficit per casum mortis facit deficere legatum.Dec.consi.485.nu.4. dicit
5 hanc esse communem † quia conditio mixta per casum impedita habetur pro defecta. Doct.com. l.1.C.de legat.Socin.Iun.consi.46.num.26.uolu. 4. quid si filij instituantur sub conditione casuatiua,uel mixta ? Resp.quod cond.tollitur & insti
6 tutio firma, † & puta remanet.not.l.qitoniã.C.de inoffi.testamento.Paul.l.suus quoque.ff. de hære. instit.Dec.l.si patet.C.de inst.& subst. Gulielm.c. Rayn.uet.reliquit.nu.28.de testam. Eman. Soarez in tex.recep.sen.uet.conditiones , item quod dictum est conditionem mixtam impediri per ca-
7 sum,idest † in condition.ob causam. Sal.l.si pecuniam.nu.1.ff.de condit. ob cauf.& est differentia inter conditionem mixtam,& potestatiuã in hoc, quia conditio mixta si per casum deficit & relictũ in testamento.l.in testamento.ff.de condi.& dem.
8 si autem potestatiua † defecerit per casum, legatũ non perimitur.l.turpia.§.sed etsi.ff. de leg. 1. Sed quæro quid si res subiecta fideicommisso casu pe-
9 reat,an si reficiatur † possint per eum,qui restituere debet,peti expensæ à fideicommiss.Resp.q. sic, dummodo appareat quod sint melioramẽta quæ deben-

debentur per fideicommissarium. Alexan.consil.
106.vol.2.Bellon.consi.64.Socin.iun.consi.182.
nume.26.vol.2.Corn.consi.185.vol.3.Grat.consi.
132.vol.2.Capic.cõsi.55.nu.5.Ceph.consi.188.
Port.38.nu.9.Guid.Decis.496.Doct.l.domus.ff.
de leg.1.& ratio est quia vltimus fideicõmissarius
dicitur Dominus ad quem periculum rei spectare
superdiximus, non tantum sat est dicere tantũ ex-
pensum nisi tantũ melioratum fuerit. Tertio infer
10 tur quod hæreditariæ † rei periculum non spe-
ctat ad bonæfidei possessorem, licet culpa casum
præcesserit. Ang. leg. item, nume. 4. ff. de petit.
hære. sed hoc intellige tantum de leui culpa non
autem delata.

11 Quarto infertur, quod † si hæres facit inuen-
tarium & hæreditas sit tempore mortis soluendo
deinde bona hæreditaria perierint, damnum est
hæredis, aliàs secus & sic casus fortuiti periculum
non pertinet ad hæredem, qui fecit inuentarium.
Bart.l.inuentarium.§.diligenter.ff.ad l.Falc.quod
dictum Bar. procedit. si ante aditam hæreditatem
perierint, quia nondum erat obligatus legatarijs
insolidum, secus si post, quia per additionem inci-
pit ipsis in solidum obligari, ex quo vires hæredi
tatis patiebantur ideo non liberatur interitu rerũ
si legata non consistebant in quantitatis. l.interdũ
ff.si cer. per. secus si nullis rebus peremptis quia
debitor eius speciei per eius interitũ liberatur nõ
erat in mora.l. si ex legati.ff.de ver.oblig.Franc.in
tract.de inuent. q.7.c.4.nu.5.

12 Quinto quæro † an periculum fortuiti casus in
re legata pertineat ad hæredem, an verò ad lega-
tarium? Resp. distinguendo si restitutio rei legatæ
principaliter fieri debet legatarijs, seu fideicom-
missarijs nulla vtilitate remanente apud eum qui
grauatur tradere, seu restituere, tunc tenebitur de
solo dolo non autem de culpa, nisi latiore, quæ do
lo æquiparatur.l.mulier.§.sed enim.ff.ad Trebell.
si verò ut legatum gratia hæredis tantum, tunc te
nebitur hæres de dolo & culpa etiam leuissima
nor,l.quid ergo.§.si hæres.ff.de leg.primo.l.credi-
tor.ff.de leg.primo.exempl. vt testator aliquid fi-
lio legauit quo impediretur querelare testamen-
tum tanquam inofficio.l.omnimodo.C.de inoffic.
testamento, tunc si res legata perierit esset pericu-
lo hæredis quia est in eius fauorem non querela-
retur & hæreditatem consequeretur excepta quar
ta debita iure naturæ quæ si non implebatur in re
legata agebatur tãtum ad supplementum, si uerò
legatum fuerit gratia vtriusque tam hæredis quã
legatarij, tunc si res casu pereat citra culpam hære
dis peribit periculo communi.l. diuidundo, secus
autem si erat in culpa.l.domus. & l. sequent.ff.de
leg.1.exempl.l.si quis ita.ff.de cond. & demonstr.
l.Titiũ.§.1i ea.ff. de leg.2.vbi si testator reliquerit
fundũ Titio quãdiu steterit cũ suis filijs, vel quid
aliud egerit pro filijs censetur factũ gratia filiorũ,
& legatarij quo casu si pereat citra dolũ vel culpã
hæredis damnum erit commune & sic siue in con
tractibus siue in vltimis voluntatibus attenditur
id cuius gratia fit vt cognoscatur cuius periculo
pereat Igneus.l.contractus nume. 63.ff.de reg.iu-
ris, non tamen perimitur legatum si conditio po-
testatiua deficiat per casum l. turpia. §. sed et si ff.
de leg.1. & no. quod in casu quo spectat pericu-
lum ad legatarium spectabit & eius commodum,
vnde alluuionis Augmentum pertinet ad lega-
tarium Iason.l.quod in rerum. §.si quis post num.
2.ff.de leg.1.l.seruum. §. si procula. ff.eod. l. non
ampl.§.si certum,ff.eod.Iaso. l.si pluribus nume.
6.ff.de leg.1.l.si hæredis num.8.ff.eod.tit. l. si ita.
§.si Domus nume. 10.eod.tit.l. quod ergo.§.si hæ
res.eod.titu.sicut enim augmentum ampl. lega-
tum Doct.l.si ex toto.ff.de leg.1.ita è contra dimi-
nutio illud minuit.l si merces.§. vis maior. ff. lo-
cati Brun.tract.de dimin. concl.4. Similiter dimi-
13 nutis personis onus erat † soluẽdum minuitur, &
obligatio.l.Seio.ff.de Ann.leg.l.dominus.§.fi.ff.de
vsufr.l.pen.ff.de cond.& dem. l.3.§.debebit. ff. de
alim.& cib.leg.quod si casu minuitur legatum nõ,
per hoc tollitur obligatio nisi pro parte rei dimi-
nutæ.l.periculum.ff.de leg.2. Brun.d.loco conclu.
18.l.Plautius. vbi Bart. ff. de cond. & dem. Sexto
14 quæro an casus † fortuitus adscribatur tutori, vel
curatori. Resp. quod non l.etiam.ff.de administra
tione tutoris.l.litis.§.si pecuniæ. ff.de nego.gest.l.
si sine.§.modestinus.ff.de adm.tutor.quinimo tu-
tela finita si debitores desierint esse soluẽdo quos
tutor durante officio non exegit non tenetur, l.
cum post mortem. ff. de adm. tutor. si tamen ob
suam negligentiam in exigendo commissum effe-
cti sint illi debitores non idonei à tempore susce-
ptæ tutelæ omne damnum quod ex cessatione pu
pillo accidit præstare & resarcire tenetur.l.à.C.de
Adm.tutel.& intellige de negligentia quæ latæ cul
pæ æquiparatur.l.si tutor.ff.de adm.tutor.uel cur.
Iodicus tract.de tutor.c.7.nu.78. pertinẽt autem
pericula ad tutores, quæ contingũt eorum dolo
culpa lata uel leui interueniente. l.quicquid.C.de
arb.tuto.periculum autem casus fortuiti non per
tinet ad tutores l.si res l.tutoribus. C. de pericu.
tutor.Bartol.l.res.ff.de administ. tutor. Doct. leg.
quod nerua.ff.depositi Iason.l.Actione.C.de tran
sact.Azo in summ.C.de pericu.tutor.nume.quar-
to; nec de leuissima culpa.§. suspectus inst. de sus
pect.tutor. Cagnol. l. contractus.nu. sexagesimo
primo.ff.de reg.iur.vbi etiam Igneus nu. quadra-
gesimo quinto.l. quicquid, C. de arb. tutor. l.tu-
tor.§.tutores.ff.de adm.tutor. Septimo quæro an
15 negociorum gestorum † teneatur. Respon. quod
cum actio negociorum gestor. quantum ad cul-
pam habet conformitatem cum actione tutelæ,
ideo dicas quod non regulariter not.l. debitor.ff.
de negotijs gestis obligatur tamen quandoque
quando se ipse specialiter obligauit l.negociorum
C.de neg.gest.l.si negocia.ff.eodem titu. Angel.l.
negocium nume.primo. C. de negocijs gestis. l.si
pupilli.ff.eodem titu. gloss.§. igitur ver. sicut inst.
de verbor. obligat. unde si gestor negociorum
alienorum equũ alienum in pascuis remiserit si
lupi ipsum deuorauerint tenebitur de interitu
16 equi licet casu † fortuito periret, quia poterat co-
gitari Bald.l.tertia.C.de episcop. audien.l.qui oc-
cidit.ff.ad l.Aquiliam.gloss.capit.finali.de homic.
sexto fallit nisi consuetudo loci esset seu illius Do
mini ita illum remittere Flor. l.qui semisse.§. fin.
ff.de

ff.de vsur.not.l.pignus.C.de pigno. acti. Igneus. d.l.contractus, num.48. vbi etiam Cagn. nu.66.


17 Octauo quæro † si casu pereat ager in quo est constitutus vsusfructus ad quem pertineat? Respond. quod vsusfructus agri, in quo flumen alueum fecit amittitur, nec amplius debetur. l. si ager.ff.quemadmodum vsufruc.amitt.legato, tamen vsufructu bonorum, licet domus quæ erat in bonis corruat nihilominus debebitur vsufructus areæ.l.quoties.§.fi.ff.de vsufru. Brun. in tracta.de interitu concl.sexta ampliatur. Octauo, teneretur tamen vsufructuarius de dolo lata culpa, leui leuissima, quando ei gratia illius tantum vsufructus relinquitur, prout dixi superius de legatario.

18 Nono † dicendum est, quod casus fortuitus operatur, vt testamentum minus solenniter factum valeat, nempe cũ minori numero testium. Doctor.comm.l.fin.C.de testam. Raphael.l. conficiuntur.§.codicilli.ff.de iure codicill.l. milites. ff. de mil.test.Barb.c.cum esses, de testam.no. l.1.ff. de bon. poss. ex testamento. Ripa. dicto tractatu. par.2.nume.4.& sequen.

*SVMMARIVM.*



## *Quæst. XII. Secundæ partis.*



1 Sequitur videre † duodecimo loco quomodo in iudicijs casus fortuitus excuset, pro quo notandum est quod sententia iniusta casui fortuito æquiparatur. Port.§.item.nume.7.insti. quibus modis re contr.oblig.Bar.l.falsis.C.de furt. & hoc quando fuit sententia iniusta. l. Lu-
2 cius.ff.de † euict.Alex.consi.57.vol. primo.Bar.l. si per imprudentiam.ff.de euict.Deci. consi.7. in princ.Alba.consi.8.nu.21. Cyn.l.2. ff. quod met. causa.Doct.c.at si clerici, de iud.ign.l. contractus. nu.69.ff.de regu.iur. vt quando teste falso lata esset Igneus dict. loco.nu.64.item no.quod absens ex causa necessaria non potest condemnari, & si condemnabitur restituitur in integrum, glos. &
3 Bartol.l.fi.ff.de rest.in integrum,l. 3. † C.quomodo & quando iudex l.qui absentem.C.de procurat.Secundo not. quòd amissio instrumenti deducti in iudicio debet probari per eum qui illud tenebat.Bal.l.publicati.C.de testam.l.testium.C. de testibus, quæ probatur iuramento accedentibus alijs præsumptionibus.l.emãcipatione.C. de fide instrumenti.Inn.c.cum olim, de priuileg. similiter amissio rerum per casum fortuitum per coniecturas probatur.Ale.l.si quis.§.fi.ff.de eden. Bart. l.quoties.C.de naufr.lib.11.sed an amissio instrumenti casualiter possit per notarium refici propria auctoritate. not. Specul. §. postquam, tit.de
4 instru. edit. versi.si ergo. Tertio not. † quòd licet appellationis fatalia currant appellanti, datur tamen ei ipso iure secundus annus.l.fin. §.illud. C. de tempor. appella. idem est si casus contingat in personam Nuncij, vel procuratoris.Bar.l.præses. C.de appell.Franc.c.ex ratione de appella. Alex. consi.72. vol. 5. idem est si facto iudicis sit impedimentum. Imola. c. ex insinuatione, de appella. auth.ei qui. C. de app. dummodo constet de impedimento euidentissimis probationibus, non autem iuramento.l.fi.§. illud. C. de tempor. appell. hoc idem si non potest ad superiorem recurrere. Alex. d. consi. 74.& fatalia appellationis currunt
5 etiam tempore pestis in loco ubi † uiget iudiciũ, maxime quando incepit currere. gloss. clement. quandiu, ver.aliàs, de appellat. idem est tempore Belli, Innoc.c.ex transmissa, de præscri. Francisc.c. ex ratione.q.4.in quinto imped. de appella. item not.quod feriæ repentinæ faciunt dari restitutio-
6 nem in integrum † aduersus fatalia appellationis. l.sed etsi.ff.ex quibus caus.maior.Bal.l.2.§. fin.C. de tempor.appell. vt sunt feriæ propter guerram Doct.com.l.1.ff.de fer. possunt tamen multa fieri die feriata si periculum sit in mora. Bald. l. dies,
7 C. de fer. vbi ponit † exempl.in reuocatione sequestra-

quæstrationis. Quarto not. quod terminus non
8 currit impedito.cap.quia de † conc.præben.gloss. cap.secundo.eodem titu.Bartol. l. quinquaginta. C.de excusat.tutor.not. c.licet de supplen.neglig. præl.nisi sit impeditus culpa sua Doct.l.quibus.ff. de cond.& demon. Quinto no. quod arbitros ca-
9 sus fortuitus excusat; † etiam not. quòd difficultas quę inest à principio non excusat: si contingat ex post factum per casum excusat ab obligatione Alber.l.cum dies.nume.7. ff.de arbitr. Sexto not.
10 quod fortuitus casus est magna † cã prorogandi terminum,vt si immineret periculum maris tempestas aquarum, vel quocũque alio casu fortuito, ita quod nulla parte temporis potest productionem suam perficere, Bellam.c. vltra nume. 14.de testib.leg. si quis ex argentarijs & l.seq. ff.eo.§.2. auth.de his qui ingred.ad app.& hoc nisi sit quod possit imputari.l.2.ff.si quis caut.& ita declaratur
11 quart.not.Septimo † not. quod in libello exprimi debent damna quæ quis prætendere debet Bald. consi.119.nu.1.& volum.primo.& veniunt damna passa ante litem contestatam gl. l.si quis. §. fin. ff.de damno infecto Cin.l. cum propria.C. si quis alteri not.l.3.§.hoc iudicium.ff.de damno infecto l.ædiles.§.item.ff.de ædil.edict.Octauo not.quod
12 procurator † seu mandatarius excusatur fortuito casu Bal. l.præses,nu.1. C.de appell.vnde damnũ occurrens mandãti non mandatario imputandũ est.l.ita.vt §.q si ff.mãd.l.si seruus.ff.de le.1.Paris. consi.47.num.22.vol.1. potest si ex pacto in se periculum suscipere. l. & Aristoni. ff. mand. Corn. consi.157.volum.secundo.Cagnol.l. contractus. nume.30.ff.de reg.iur.vbi dicit quod in mandato regulariter venit dolus lata & leuis culpa quandoque tamen leuissima gl.& Doct. l.à procuratore.C.mand.§.mandatum inst. mand. casus tamen veniens in personam nuncij excusat dominum ab
13 omni negligentia † Angel.l.præses,nu. 1.C.de appellat.Barto.l.cum à matribus.C. qui per.tutor.ni si tamen culpa Domini præcesserit.l.si procuratorem.§.3.ff.mand.Igneus.d.l.contractus. num.14. de casu contingente inter Dominum & procuratorem Port consi.129.nume. 1. & seq.Nono notã
14 dum est † quod conuentus reali non tenetur de interitu nisi dolus vel culpa præcesserit, vel nisi res non erat eodem modo peritura penes actorem verum in isto casu qñ interitus rei pertineat ad possessorem , vel ad petitorem sunt distinguendi tres casus,quorum primus est, quando agit reali & sic contra non obligatum tunc si possessor fuerit in bona fide ab initio non tenetur de interitu , non enim debuit considerare fatalitatem. & ius suum relinquere indiscussum.l.illud.ff. de pet.hære.nisi dolus vel culpa præcessisset casum.l.quod si.§.si seruus.ff.de rei vend.si verò secundo casu possessor omni tempore fuit in mala fide & indistinctè de interitu tenetur non habita consideratione an res eodem modo peritura penes actorem esset,vel non l.nemo.§.1.ff.de verborum oblig. l. si in Asia. §.fin.ff.depositi.l. cum res in fine. ff. de leg. 1.tertius casus est quando à principio fuit in bona fide sed ex post facto effectus est in malæfidei lite pendente & hoc casu si iustam causam habuit litigandi non tenetur de interitu: sin minus tenetur de interitu si res non erat eodem modo peritura penes actorem alias non , ideo sit cautus actor, vt deducat quod res non fuisset eodem modo peritura penes eum, & probet deducendo , & hæc quando actione reali: si verò agit personali, tunc si ex delicto periculum interitus indistinctè pertinet ad possessorem.leg.prima.§.rectissime.ff. de vi & vi armata. fallit si agit contra metum inferentem actione quod met.causa, quia illa est prætoria & pœnalis,& cõsiderari deberet an res eod. modo peritura esset penes actorem vel non vt supra si verò agitur ex contractu , vel quasi indistinctè periculum interitus est rei Angel. l. quod si §. seruus.ff.de rei vendicat. dicit hãc esse com.opin. & not.quod casus superueniens excusat possessorem à culpa præcedenti not.leg. sin autem. §. homo.ff.de rei vend.l.si vehenda.§. si eadem. ff. ad l. Rhod. de iactu. Cyn.l.ad comparãdas. C. mand. l.2.§.quod diximus.ff.si quis caution. Bart. l.si prius.ff. loc. dummodo cu pa non esset ordinata ad
15 casum. Decimo † not.quod casus fortuitus est in causa vt possessio transferatur solo aspectu quando impedimentum imminet accedenti ad locum rei Albe.l.1.§ iussetim.ff.de acq.poss.cap. contingit de dolo & cont.& huc quando possessio fuerit vacua Ioan. Andr.c. transmissam de elect. si verò possessio non sit vacua tunc si causa cognita contra occupantem lata fit sententia , cuius executio propter fortuitum casum fieri non possit tunc solo aspectu capietur seu sola verbali traditione. l.cum vnus.§.1i.ff.de bon.auth.iud.poss.l. damni. §.solum.ff.de damno infecto,secus si lata non fuerit sententia.Ripa tract.de peste par. prima numero 187.& seq.
16 Vndecimo † not. quòd casus fortuitus non finit currere præscriptionem eamque dormire facit not.gloss.capit.cum non liceat de præscript.vn de tempore belli præscriptio non currit & si fuerit incepta dormit. Doct. capit. ex transmissa de præscript. Battol. l. naturaliter. ff. vsucap. ampli. etiam paulo ante vel post ipsum bellum Bald. consil.358.volumine primo. fallit nisi quis posset ire ad locum in quo redditur ius transeundo per hostes Fel.dicto cap.transmissa,item hoc idem est tempore pestis Bald.consi.469.volumine quarto Ioan.And.ca.cum dilecti. de dolo & cont.& hoc nisi ius reddatur in loco: quo casu si quis est præsens non dormit præscriptio, sed currit, succurritur tamen ei per viam restitutionis in integrum si verò absens est vtique si locus est adeo pestiferus vt periculum adesset non dormit præscriptio ita Ripa dicto tractatu p.prima, numero 152.Barto. l.de ætate.ff. ad Trebel.Bal.l.cum notissimi.§.immo.C.de præscriptio.30.annorum. Tertio sequitur quod ibi ius non redditur quocunque casu fuerit absens iudex l. sed etsi §.quoties. ff. ex quibus causis maior.& super hoc vtile esset quod impeditus protestaretur vt actor vellet agere,sed nõ potuisset propter absentiam iudicis Ab.c. ex trãsmissa de præscrip.Quarto hoc idem est de qualibet alia uacatione ecclesiæ, vel principatus c. primor.cap.de quarta.cap. audius de præscript.cap. licet

licet de foro competen. Bal. tracta. de præscrip. p.
sexta. §. nunc vento in termin. Duodecimo not.
17 quod licet in † trāsactione dicatur quod trahatur
ad incogitata debet intelligi de his super quibus
erat lis, vel etiam poterat lis, moueri Bartol. l. si de
certa. C. de transact. l. cum Aquiliana. ff. eod. titu-
lo, non tamen porrigitur ad id de quo cogitatum
non fuit. Rip. d. tractatu de peste. p. 1. nume. 109.
not. Crau. consil. 294. numero octauo. Decimo ter
18 tio not. quod † casus fortuitus excusat à cōtuma-
cia Doct. l. cum res. ff. de leg. 1. no. l. ita demum de
procurat. præsertim quando locus notorie est pe-
riculosus vbi quis comparere debet clem. pasto-
ralis. §. Pisana de re iud. quo casu citatio facta ad
talem locum est ipso iure nulla ex quo sequitur
quod processus factus contra citatum ad locum
non tutum sit ipso iure nullus Ripa d. tractatu. p.
19 3. num. 27. quibus † ita declaratis tam in contracti
bus quàm in vltimis volun. & in iudicijs addo qđ
etiam in priuilegijs sunt casus fortuiti consideran
di vnde si destruatur Monasterium vel ecclesia
20 dummodo † aliquæ reliquiæ remaneāt, durant ad
huc ipsorum iura Brun. in tract. de refect. concl.
9. secus si funditus fuerit destructa quo casu non
remanet amplius patronatus gl. ca. 3. de iure pa-
21 tro. idem d. loco † concl. 4. versi. sic & ecclesia quo
casu si iterum reficiatur est necessaria noua conse-
cratio ibid. conclu. 3. not. tamen quod si quis ha-
bet priuilegium ob certum numerum filiorum si
casu vnus ipsorum moriatur non per hoc cessat
22 immunitas † Doct. com. l. sciendum. §. fin. ff. qui
satis. cog. Brun. tract. de dim. conclu. 9. Secundo
23 not. quod principis † factum dicitur fortuitus ca-
sus Ber. consil. 143. numero 6. volumine primo.
Socin. l. quidam. nume. 3. ff. de reb. dubijs Crau.
consi. 95. vnde si imponit nouas collectas vel mu
tauerit monetam tali casu expensæ refici debent
per dominum rei, & pecuniæ augmentum vel di-
minutio cedunt in commodum vel damnum cre-
ditoris nisi mora intercesserit de hoc Doct. com.
24 l. Paulus. ff. de solution. † Didac. in tract. numis. in
cap. 7. §. vnitur numero tertio & 4. Ber. Decis. 327.
de collecta est Doct. com. l. fin. C. sine censu vel

rel. vbi dicitur, quod ipsa est munus extraordina-
rium, debet tamen minui cuius fundus casmate
perijt no. l. forma. §. fi. ff. de censibus & quatenus
dicitur factum principis esse fortuitum casum in
tellige de facto insolito & extraordinario secus
25 autem de alijs. Tertio † not. quod casus fortuitus
habet etiam locum in delictis quæ excusantur ex
illo not. clem. de hom. vol. & inuol. vnde percu-
tiens clericum fortuito casu non incidit in excom
municationem Marian. Socin. sen. c. peruenit de
senten. excom. num. 201. no. c. 5. eod. Quarto not.
quod casus fortuiti per statutum non compræhē
26 duntur Fulgos. l. nemo † numero 2. ff. de acq. poss.
Quinto not. effectus fort. cas. quod aliquando fa-
cit esse illicitum, quod alias esset licitum præser-
tim tempestas maris l. Cęsar. ff. de public. Aliquan
27 do excusat à pœna iudiciali. leg. 2. ff. si † quis caut.
Tertio à pœna cōuentionali. l. si vehenda. §. idem
28 ff. ad l. Rhod. de iact. Quarto † permittit quando-
que obligationis substāntiam l. in nauem. ff. locati.
Quinto impedit principium obligationis. l. flumi
num. §. seruus. ff. de damno infect. Sexto soluti re
petitionem inducit. l. si vno. §. item. ff. locati. Bal.
consi. 220. vol. 5. Septimo excusat à mora dū mo-
ra non præcedat casum Fulgos. l. opus nume. 3. ff.
de loc. & cōd. Alber. l. si decesserit. nu. 2. ff. qui sat.
cog. Ang. l. insulam. ff. de verbo. obligat. Aret. cōs.
14?. Sal. l. cum quidam. nume. 3. de condi. insert.
Afflict. in puncto decis. 150. nume. 1. & seq. quia
29 mora sua cuilibet † est nociua c. mora. de reg. iur.
6. vbi dicit quod est nociua etiam quantum ad rei
interitum quamuis casu contingeret. l. quod te. ff.
si cer. pe. l. si ex legati. ff. de ver. ob. Octauo & vlti-
30 mo excusat etiam † à culpa si quis fortuito casu
aliquid inuenerit nō restituat Domino facta prius
diligenti inquisitione Didac. reg. peccatum in 3 p.
in relect. §. primus & seq. sicuti conuentio condi-
tionalis relata in futurum euentum valet. & excu
31 sat à culpa † Didac. d. loco in 2. p. Relect. §. quar-
tus nume. 2. vbi plura de acquisitis in ludo opti-
me declarat, ad quem ego breuitatis causa lecto-
rem remitto cum hæc pauca dicta sufficiant de
fortuitis casibus.

FINIS.

TRA-




# MORS OMNIA SOLVIT
## PARS PRIMA.
## SEBASTIANI MEDICIS
### FLORENTINI IVRECONSVLTI.
### Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

*SVMMARIVM.*

1 *Mors omnia soluit.*
2 *Diuisionis virtus quanta sit.*
3 *Praemissa quid operentur.*
4 *Forma dat esse rei.*
5 *Inuocatio domini nominis est facienda in initio operis.*
6 *Definitio est initum cuiuslibet operis.*
7 *Mors est separatio animae à corpore.*
8 *Corpus est animae sepulchrum.*
9 *Mors vnde dicatur.*
10 *Statutum mentionem faciens de mortuo locum non habet in vulnerante ad mortem.*
11 *Verba statutorum proprie intelligi debent.*
12 *Proximus morti quis dicatur.*
13 *Vulneratus ad mortem mortuo aequiparatur.*
14 *Proxime accingendus habetur pro accincto.*
15 *Proximus morti non habet velle, & nolle.*
16 *Laborare in extremis quis dicatur.*
17 *Vulnerans aliquem ex interuallo, si moriatur tenebitur de vulnere, & homicidio.*
18 *Conditio de filijs natis verificatur si statim atque nati sunt moriantur.*
19 *Quae sunt per modum conditionis paruo momento verificantur.*
20 *Mori illico dicitur, qui statim post baptismum mortuus est.*
21 *Mori non dicuntur non nati.*
22 *Mors dicitur duplex.*
23 *Mors ciuilis vtrum aequiparetur morti naturali.*
24 *Legatum alimentorum factum mortuo ciuiliter valet.*
25 *Conditionis implementum dicitur facti.*
26 *Restituere coactus haereditatem post mortem non intelligitur de ciuili.*
27 *Mors ciuilis non aequiparatur naturali, nisi in casu à iure expresso.*
28 *Statuto cauetur, quod mortua vxore restituatur dos, non intelligitur de morte ciuili.*
29 *Mors ciuilis aequiparatur naturali quando operatur eundem effectum.*
30 *Mors ciuilis aequiparatur morti naturali, quando eundem operatur effectũ Quomodo intelligatur.*
31 *Mors est triplex.*
32 *Mortis appellatione cõtinentur, tàm ciuilis, quàm naturalis.*
33 *Mortis mentio, an fiat in dispositione legis, an hominis multum interest.*
34 *Excommunicatio aequiparatur morti.*
35 *Deus est vita animarum.*
36 *Excommunicatus aequiparatur bannito.*
37 *Fideic. habet locum sequuta morte naturali.*
38 *Verba naturaliter non ciuiliter intelligi debent.*
39 *Patria potestas amittitur per interdictum aquae, & ignis.*
40 *Mors ciuilis non tollit iura gentium.*
41 *Relegatus non põt testari de bonis illius ciuitatis.*
42 *Seruus qđ attinet ad ius ciuile pro mortuo habet.*
43 *Monachus dicitur mortuus mundo.*
44 *Monachus, & seruus aequiparantur.*
45 *Statutum de lucranda dote post mortem, an habeat locum post ingressum religionis.*
46 *Monasterium habetur loco filij.*
47 *Donatio causa mortis post mortem ciuilem non confirmatur.*
48 *Expressum facit cessare tacitum.*
49 *Aequipollentium eadem est natura.*
50 *Mortui ciuiliter qui dicantur.*
51 *Mors ficta aequiparatur verae.*
52 *Mors ficta quae dicatur.*
53 *Fictio in casu mortis locum habet.*
54 *Mortuus in carcere praesumitur culpa custodis.*
55 *Mulier prius mortua praesumitur, quàm vir.*
56 *Statutum de lucro dotis non habet locum, quando maritus paruo tempore superuixit.*

57 *Mori cum aliquis prius requiritur non ſufficit quod ſimul moriatur.*
58 *Monaſterium ingredientes vir, & vxor nullus lucratur dotem.*
59 *Mortuus ſemper prius præſumitur donator.*
60 *Pater prius præſumitur mortuus, quàm filius.*
61 *Filius in bello prius præſumitur mori, quàm pater.*
62 *Præſumptio mortis patris, & filij, qualiter ſit facienda.*
63 *Mortuus prius præſumitur aggreſſor ex duobus digladiantibus.*
64 *Arbitrio iudicis relinquitur quis prius fuerit mortuus.*
65 *Præſumitur homicida fortior, & armatus.*
66 *Mortuus præſumitur quis ab habitantibus.*
67 *Arbitrio iudicis relinquitur, an quis ex vulnere fuerit mortuus.*
68 *Medicis peritis in arte ſtandum eſt.*
69 *Medicus ſi non adhibeatur culpa præſumitur.*
70 *Mortuus à pluribus vulnerantibus præſumitur in dubio à pluribus vulneratus.*
71 *Vulneratus in infirmitate præſumitur ex infirmitate mortuus.*
72 *Mors à quo probari debeat.*
73 *Fundans ſe ſiue in morte, ſiue in vita probare illam debet.*
74 *Viuere præſumitur quilibet vſque ad centum annos.*
75 *Mors probatur aperto teſtamento.*
76 *Mortuus præſumitur quis, quando ingreditur ciuitatem, nec amplius viſus fuit.*
77 *Mors poſt nuncium de morte præſumitur, ſi modo tempus quinquennij interceſſit.*
78 *Mors animalium qualiter probetur.*
79 *Mors per vnum teſtem an probetur.*
80 *Mors per famam probatur.*
81 *Mortis probatio requiritur plena in criminalibus.*
82 *Mors probatur ex libris rectoris eccleſiæ.*
83 *Probationes violentæ ſufficiunt cum de modico præiudicio agitur.*
84 *Mors probatur iuramento afferentis in leuiſſimo præiudicio.*
85 *Mors probatur per ea, quæ mortuis accidunt.*
86 *Vulneratum eſſe credimus ab aliquo, qui vulnerantem in articulo mortis fatetur.*
87 *Mors probatur ex eo, quod quis aliquem vidit eſſe talem, qui de neceſſitate viuere non poterat.*
88 *Mors probatur ex eo, quod inter conſanguineos, ita eſt habitus.*
89 *Mors probatur ſi teſtis dicat, quem vidiſſe mori.*
90 *Mors probatur per coniecturas.*
91 *Mortuus præſumitur ille, qui de conflictu non eſt viſus exire.*
92 *Mortuus præſumitur ſi nuncij non reperiantur.*
93 *Mors probatur per productionem alicuius inſtrumenti facientis mentionem de aliquo per dictionem quondam.*
94 *Mors plenè probari debet cum agitur de præiudicio irreparabili.*
95 *Abſentia longa, & mors æquiparantur.*
96 *Reſurgens mortuus recuperat bona.*
97 *Abſcus ex iuſta cauſa ſi reuertitur recuperat ſua bona.*
98 *Mortuus in corpore non punitur.*
99 *Matrimonium ad effectum conſequendi legatum in aliquo caſu æquiparatur morti.*
100 *Tortura, & mors æquiparantur.*
101 *Somnus æquiparatur morti.*
102 *Dormiens an puniatur de delicto commiſſo in ſomno.*
103 *Dormiens committens delictum arbitrio iudicis debet ipſe puniri.*
104 *Negligentia æquiparatur morti.*
105 *Exhæredatus, & mortuus æquiparantur.*
106 *Voluntas morte ſoluitur.*
107 *Legatus morte finitur.*
108 *Sententia iudicis perpetuo adſtringit.*
109 *Statutum durat poſt mortem ſtatuentium.*
110 *Succeſſor tenetur quando nomine dignitatis aliquid actum eſt.*
111 *Voluntas morte ſoluitur quomodo intelligatur.*
112 *Actus morte agentis ſoluitur.*
113 *Mortuus, & ad mortem vulneratus æquiparantur.*
114 *Mortuo æquiparatur ille, qui poſitus eſt in articulo mortis.*
115 *Ebrietas æquiparatur morti.*
116 *Teſtamentum in ebrietate factum non valet.*
117 *Ebrius non poteſt eſſe teſtis.*
118 *Matrimonium contractum in ebrietate nullum eſt.*
119 *Ebrietas furor eſt.*
120 *Pacem non frangit qui aliquem percutit in ebrietate.*
121 *Ebrietas lenis non minuit pœnam ordinariam.*
122 *Glorians ſe de delicto commiſſo in ebrietate punitur.*
123 *Furioſus mortuo æquiparatur.*
124 *Afflictio non eſt addenda afflicto.*
125 *Furioſus æquiparatur ignoranti.*
126 *Furioſus quando puniatur.*
127 *Furioſus factus ſua culpa punitur.*
128 *Furioſi nulla voluntas.*
129 *Furioſus dicitur ille, qui coram populo clamat.*
130 *Furor præſumitur durare per triennium.*
131 *Furor reuocat mandatum.*
132 *Infirmitas grauis æquiparatur morti.*
133 *Infirmitas quid ſit.*
134 *Infirmitas corporis vnde veniat.*
135 *Infirmitas qualiter probetur.*
136 *Infirmitas excuſat à multis.*
137 *Infirmus delegatus ſubdelegare poteſt.*
138 *Infirmitas propter peccatum hominibus venit.*
139 *Tempus peſtis dicitur tempus mortis.*
140 *Senectus magna morti ſimilis dicitur.*
141 *Peregrinantes dicuntur in periculo mortis.*
142 *Mortuus ſuſpendi non poteſt.*
143 *Cadauer quando ſuſpenditur fit ad terrorem.*
144 *Crimina morte tolluntur.*
145 *Mortuus reſurgens beneficia non recuperat, nec etiam vxorem ſuam.*
146 *Reſurgens non eſt iterum ordinandus, ſi antea erat in ſacris ordinatus.*
147 *Condemnatus ad mortem ſi ab inferis reſurgat non punitur.*
148 *Mors condemnato prorogatur multis modis.*

149 *Prorogatur mors si accusetur condemuator de crimine grauiori.*
150 *Mors prorogatur per appellationem à sententia mortis.*
151 *Mors prorogatur si petatur à Principe grauior pœna.*
152 *Mors prorogatur si condemnatus ad mortem sit decurio.*
153 *Mulier praguans non potest damnari ad mortem ante eius partum.*
154 *Mortis executio multis modis impeditur.*
155 *Cardinalis hoc priuilegium habet, quod si obuiet condemnato ad mortem eum liberat.*
156 *Artifex excellens liberatur a morte.*
157 *Casuale homicidium non punitur.*
158 *Puella petens in maritum condemnatum ad mortem liberat eum in consuetudine Galliæ.*
159 *Mortem alterius expectare damnabile est.*
160 *Regressus ad beneficia qualiter non concedantur.*
161 *Occasio captandæ mortis tolli debet.*
162 *Substitutio est grauamen hæredi.*
163 *Fideicommissi fauore in dubio iudicandum est.*
164 *Interpretatio lata sit fideicommisso.*
165 *Mortis cogitatio omnia mundana ostendit esse nobis vana.*
166 *Moriens non præsumitur aliquid cogitare dolosum.*
167 *Mors rerum omnium terribilissima.*
168 *Scripturæ mortui fortius prœbant, quàm viuentis.*
169 *Mors vim habet iuramenti.*
170 *Concubinam ducere potest in vxorem constitutus in mortis articulo.*
171 *Honor præfertur vitæ.*
172 *Mors hominis Citius venit propter peccata*

## *Prima Pars. Totius Operis.*

1 
VIA mors omnia † soluit. §. Deinceps Auth. de nupt. l. 1. C. ne ex delicto def. §. noo autem inst. de perpet. & tempor. act. §. nos aotem inst. de pub. iud. Doct. com. c. priuilegium de reg. ior. 6. l. maritum. ff. de solot. l. si filio. ff. solut. matr. Alex. l. non tantom. ff. de re iud. Host. in summa de offic. deleg. nu. 3. c. qoorundam. 23. distin. Aret. §. publica nu. 3. inst. de publ. iud. Angel. in tract. malef. versi. Dominos oumer. 41. Gomes. §. superest. numer. 19. inst. de act. leg. diuus. ff. de accusat. Dixi ego in meo tractat. de legib. & stat. p. 4. quæst. 30. num. 5. Paul. coosi. 45. vol. 3. numer. 22. Cagnol. leg. Neratius numer. 1. ff. de reg. iur. leg. inter. ff. de mand. leg. Titio. ff. de vsofructu. §. finitur inst. eod. Dec. l. pupilllum. § in hæredes numer. 3. ff. de reg. iur. leg. defuncto. ff. de publ. iud. leg. 1. & seqoen. C. si reus, vel accus. Vtilissimum esse duxi in hoc præsenti tractatu summo com studio, ac diligentia pooere quomodo, & quando hoc dictum procedat; pro cuius clariori intelligentia hoc opus in tres partes diuidam, diuisio enim operis animum legentis incitat, memoriam artificiosè reformat, gloss. §. igi-
2 tur versi. partitr Procem. † inst. dixi ego in tract.
de leg. & stat. par. 3. quæst. 19. num. 6. totus iste
tractatus tres principales partes continebit, in
quarum prima nonoulla præmittam, quæ coodocere videntor ad rei declarationem iuxta not. leg.
proponebatur. ff. de castr. pec. l. 1. ff. de orig. iur.
3 leg. 1. ff. de dol. mal. † exc. leg. 1. ff si cert. petat.
Dixi ego in tract. de defin. Procem. num. 22. In secunda ponam casos, qui morte soluuntur; io tertia autem casus ponentur, qui morte non extinguuntur; & hæc erit forma, qoæ dabit esse huic nostro tractatui. l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad ex-
4 hib. † Dixi ego in tract. de reg. iur. Reg. 6. oum. 1.
lao ff. per totum. Et inuocato in primis, & ante omnia diuino Trinitatis præsidio, quod mihi præ-
5 stet bonum ioitiom, melius mediom, & † optimum finem. c. io nomine domini de testibus. leg.
Deo oobis. C. de Episc. & Cleric. dixi ego in tract.
de compensat. in Procem. ou. 3. à definitione initium sumam, quia omois, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio debet à definitione pro-
6 ficisci, vt † intelligatur, quid sit id de quo disputatur Cagnol. l. omnis definitio no. 4. ff. de reg.
iur. Dixi ego in d. tractat. de defio. io procem.
num. 1. & seq. latissimé.

Primo igitur præmitto, quod mors est sepa-
7 ratio † animæ à corpore, Iohan. Bellon. in tract.
Etymol. versi. mort. not. Booif. Clem. 1. nom. 62.
de pœnit. & remis. Iohan. Andr. c. præsenti ou. 1.
de præb. 6. vbi Gem. nomer. 5. l. si mater. C. de iost.
& subst. Rebuff. in Praxi benef. Reg. de infirm.
beoef. resign. gloss. 1. Roland. in tract. de lucro
dot. q. 95. num. 8. Hippol. io praxi crim. §. & quia
num. 28. Augustio. Ber. consil. 102. nom. 4. vol. 2.
l. si quis sic. ff. sol. matr. l. moris. ff. de pœn. Iacob.
in soo lexic. Iur. ver. Mors. August. consi. 76. oum.
128. volumin. 1. Cic. Tuscul. sunt qui discessum
animi à corpore putent esse mortem; & Horat.
lib. 1. Epist. 17. Mors vltima linea est. idem Cic.
1. Tusc. vbi mors est discessus animæ à corpore;
8 corpos enim est animæ † sepulchrum, plato in
Cratylo, refert Tyraq. in tract. de nobil. cap. 31.
num. 506. dicitur autem mors à morsu, primi hominis, qui per esum pomi mortem incurrit,
9 † Cardin. Clem. 1. tit. vt lit. pend. Bertachin. in
suo reper. ver. mors: vnde Apostolus: per vnum
hominem introiuit peccatum in mundum, &
per peccatum mors, ita & in omnes homines
mors pertransijt, io qoo omnes peccauerunt cap.
5. ad Rom. & alibi idem dixit statutum est omnibus hominibus semel mori: cap. 9. ad Hebr.
10 Secùndo præmitto † quòd statutum mentionem faciens, de mortuo non habet locum in vulnerato ad mortem, quia verba in statutis propriè
non fictè sunt intelligenda, præsertim in pœna-
11 libus, Doct. auth. sed nouo. C. de seru. † fug. not.
leg. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obligat.
Bart. leg. hæres. ff. de acqu. hæred. leg. 3. §. hæc
verba. ff. de neg. gest. Bal. leg. meminimus. C. de
leg. hæred. Specul. titu. de accus. §. 1. col. 2. Ampl.
hoc idem in coosuetodioe Abb. consi. 77. volum.
1. conc. leg. damni. §. Sabini. ff. de dam. inf. Bal.

leg. non quemadmodum . ff. de indic. Bart. leg. ſi
vulneratus ff. ad legem. Aquil. Baldus. Rubr. ff. de
exe. tutor capitulo primo colum. 1. quibus mod.
feud. amitt. Hippol. in praxi crim. §. quoniam nu.
60. & §. ſequitur nume. 23. & §. & quia nume. 35.
idem in Rubr. extr. de homic. nume. 28. l. item §.
Celius ff. ad l. Aquil. l. huic. ff. eod. Fel. cap. de cer-
ro eod. tit. de homicid. Rom. ſing. 256. Crem. ſing.
55. Marſ. l. 1. verſ. 15. ff. de ſic. non enim verè mor
12 tuus eſt, † quia adhuc viuit. l. qui duos ff. de man.
teſt. l. in hac ff. de tritic. Qua tamen in re ita diſtin
guendum eſt, aut ſumus in caſu, in quo actus con-
ſumatus requiritur, aut non: primo caſu procedit
opin. Com. qua habetur, quod vulneratus ad mor
tem non habetur pro mortuo, ſecundo autem ca-
13 ſu vulneratus ad mortem mortuo † æquiparatur,
ita firmat Bal. l. 1. C. de nundin. cap. 1. quib. mod.
feud. amitt. glo. inſt. de leg. fuſ. can. toll. verſi, mo-
rientibus, quod enim eſt proximè actui, pro actu
iudicatur, non enim illud paruum momẽtum cõ-
ſideratur, ſicuti dicitur quæ in continenti fiunt
cẽſentur ineſſe, & proximè accingendum haberi
14 pro accincto, ac etiã † quod parum diſtat nihil di
ſtare videtur, de quib. omnibus dixi ego latè in
tract. de reg. iur. Reg. 5. per totum, & ampl. 163.
Et in term. huius præmiſſi facit Deciſ. Affli. 236.
tit. de nato in octauo menſe numero 4. vbi tenet
pro mortuo haberi illum, qui viuere non poteſt
Doct. com. leg. ſeptimo menſe ff. de ſtat. hom in
materia indifferenti moriens dicitur proximior
mortuo, quàm viuo, non enim habet velle, neque
15 nolle gl. l. fin. ff. quando dies leg. † ced. Salamon. l.
Gallus. §. quid ſi nume. 48. ff. de liber. & poſth. vn-
de in puncto ipſo mortis, magis mortuus, quam
viuus dici debet gl. & Doct. l. fin. ff. quando dies
leg ced. l. 1 §. ſi emancipato, ff. de coll. bon. l. qui
duos §. 1. ff. de man. teſt. Tiraqueil. in tract. de iure
cõſt. 3. par. limit. 2. nu. 12. Signorol. conſil. 578.
Bald. l. fin. C. de bon. quæ liber. Paul. conſil. 241.
vol. 2. Iaſ. l. ſi quis poſth. §. ſi filium. ff. de liber. &
poſth. Bertr. conſi. 19. vol. 1. Barbat. c. Rayn. col. 2.
16 de teſtam. & ille dicitur † in extremis laborare,
qui ex tali infirmitate defecerit ſine vllis ſanis in-
teruallis. l. alumnæ. §. fin. ff. de adim. leg. Bald. cap.
1. col. fin. de pace conſt. Bartol. l. 1. q. 3. C. de Sacr.
Sanc. Eccl. Iaſ. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium nu.
43. ff. de liber. & poſthu. Ex hoc præmiſſo infero
ad duo. Primò quòd ſi quis ex interuallo vulne-
17 rauit aliquem, & † occiderit, tenebitur de vulne
re, & de homic. ſecus ſi incontinenti, Bald. l. illud
§. 1. ff. ad l. Aquil. Bar. l. nunquam col. 4. ff. de priui-
leg. l. quod ait. ff. de adul. gl. l. qui de crimine. C. de
accuſar. Bart. l. infi. iãdo §. infans. ff. de furt. Anch.
conſi. 272. Bartol. l. diuortio ff. ſol. matr. l. 4. C. ad l.
Iul. de vi publ. Alber. in ſecunda par. ſtat. q. 34. Ab.
cap. 1. de pœn. Bal. l. quicunq;. C. de ſeru. fug. Nell.
in tract. Banniti. 1. par. q. 58. Marſ. in Praxi crim. §.
pro complemento numero 38. Secundò infertur
quod conditio de filijs natis, verificatur in eo, qui
18 ſtatim atque natus † fuerit illico deceſſit, quia ea
quæ ſtant per modum conditionis, in paruo mo-
mento verificantur, leg qui res. §. aream. ff. de ſol.
Tiraq. leg. vnquam vet. ſuſcepit numero 155. &

19 ſeq. C. de reuoc. don. Ripa † leg. ex facto. §. ſi quis
autem ff. ad Trebell. Aret. conſi. 50. columna 3.
Alex. conſi. 139. nume. 3. volumine 6. Dec. conſil.
139. Abb. conſi. 40. numero 2. volumine 1. Ang.
§. quoniam auth. de nupt. & eſt Com. vt atteſtatur
Phanuc. in tract. de lucr. dot. verſ. ſine liberis, nu.
55. dixi ego in d. tract. de regul. iur. reg. 5. limit. 9.
& ſeq. & illico mori dicitur qui ante baptiſmum
20 moritur, † Bald. cap. 1. §. 1. tit. epiſc. vel Abb. ſecus
eſt ſi mortuus naſcitur, quia qui mortui naſcun-
tur neqoe nati, neque procreati videntur, quia
nunquam liberi appellari potuerunt. leg. qui mor
tui. ff. de verb. ſign. nec mori dicuntur non nati,
21 quia mors eſt priuatio vitę, † quæ præſupponit ha
bitum. leg. decem. ff. de verborum obligationibus
leg. mæuia. ff. de hæred. inſt. Aug. Ber. conſil. 101.
nume. 4. vol. 2.

Tertio pręmitto, quòd duplex dicitur mors
per Doctores ciuilis, videlicet, & naturalis. ita di-
22 ſtinguũt. capi. cum quidam de celebr. † miſſ. Ge-
min. cap. in præſentia nume. 4. de præb. 6. Phanuc.
in tract. de lucr. dot. verſ. per mortem numero 1.
Port. inſt. quib. mod. ius patr. pot. ſolui. in prin.
nume. 7. Iaſ. l. Gallus. §. & quid ſi tantum numero
8. ff. de liber. & poſth. idem auth. ſi qua mulier nu
mero 15. C. de Sacr. Sanct. Eccle. Alex. leg. ſi cum
dotem nume. 52. ff. ſolut. mat. l. ſi deceſſerit num.
6. ff. qui ſat. cogantur. Ioan. Crot. leg. Gallus. §. &
quid ſi tantum nu. 15. ff. de liber. & poſth. Ruin.
d. loco nume. 3. Niconit. Rubr ff. ſol. mat. numero
154. Bald. Nouell. l. 1. nume. 425. ff. ſol. matr. Doct.
com. l deo nobis. C. de Epiſc. & Cleric. Bart. leg.
3. §. qui habebat. ff. de bon. poſſ. contra tab. leg. ex
parte §. ſi inſulam. ff. de verbor. oblig. Sed virum
23 mors ciuilis æquiparetur morti naturali? † Re-
ſpon. diſtinguendo, quòd aut ſumus in morte ci-
uili meritoria, & iſta non æquiparatur morti na-
turali. l. deo nobis §. 1. C. de Epiſc. & Cleric. aut
verò in morte ciuili demeritoria. & tunc ſi loqua-
mur. de his, quæ cõcernũt effectũ iuris, vt ſuccede
re in hæreditatem, & teſtari tunc æquiparatur na
turali not. inſt. quibus mod. ius par. pot. ſol. l. 1. §.
ſi. ff. de contr. tab. ſi verò loquimur in his, quæ cõ-
cernunt effectum facti, vel iuris naturalis, non
æquiparatur naturali, vnde licet non valeat lega-
tum factum mortuo naturaliter alimentorum, va
24 let † tamen factum mortuo ciuiliter. l. 2. ff. de his,
quæ pro non ſcripto habentur, eodem modo con
ditio ſi moreretur non verificatur, niſi per mor-
tem naturalem. l. ex ea. §. inſulam. ff. de verb. obl.
25 implementum enim huius conditionis † eſt facti
l. qui hæredi. ff. de cond. & demonſt. Item mors ci
uilis non æquiparatur naturali, niſi expreſsè hoc
dixerit lex Iohan. Mon. cap. placuit 16. q. 1. glo. c.
ſuſceptum de reſcr. 6. l. ſtatius. §. Cornelius. ff. de
26 iure fiſci. † vbi coactus reſtituere hæreditatẽ poſt
mortem ſuam non intelligitur de morte ciuili;
Clem. ne Rom. de elect. archid. c. veteri. 77. diſt.
27 Anton. c. licet de offic. dele. Bald. auth. † ſi qua mu
lier. C. de Epiſc. & Cleric. Oldr. conſi. 284. Angel.
l. ſi deceſſit ff. qui ſatiſd. cog. Anch. conſi. 396. idẽ
conſi. 438. Alex. conſil. 282. vol. 2. Iaſ. l. pupillari
colu. 2. ff. de vulg. not. furioſus. ff. de his qui teſt.

fac.

fac. poss. vnde stante statuto, quod mortuo vi-
28 ro restituatur † dos intelligi debet de morte na-
turali, vt dicam in 2. par. in vers. matrimonium
& versi. dos. Praeterea mors ciuilis aequiparatur
mortali naturali, quando operatur eundem effe-
ctum, Paris. consi. 65. nu. 9. vol. 2. gl. c. susceptum
29 de relcr. 6. Doct. comm. auth. ingressi † C. de Sacr.
Sanct. Eccl. c. cum sit de conuers. côiug. c. placuit.
16. q. 1. Doct. l. Deo nobis. C. de Episc. & Cleric. se
cus, quando per ipsam vitiaretur dispositio, quae
aliàs effectum posset assumere expectando mor-
30 tem naturalem. l. interdicit † ff de cond. & demon.
l. res donatas. C. de don. inter vir. & vxor. Parisi.
consi. 5. nu. 154. volum. 4. Ruin. consi. 123. nu. 1.
vol. 3. not. c. in praesentia de probat. Alex. l. si cum
dotem nu. 13. ff. sol. mat. l. si decesserit nu. 6. ff. qui
sat. cog. Ias. auth. si qua mulier nu. 16. C. de Sacr.
Sanct. Eccles. l. si decesserit numer. 10. ff. qui sat.
cog. secundum naturam mors est triplex, acerba
31 infantium † immatura iuuenum, matura autem
senum, Cardin. Clem. 1. vt lit. pend. column. 1.
Item not. quòd mors ciuilis inducitur quoad be-
nefic. plurib. mod. nempe, ex priuat. translatione
& cess. Bon. de vita. lin. Clem. procuratorem. nu.
4. de procurat. & quando operetur eundem effe-
ctum cum naturali Beitr. consi. 315. nu. 8. volu. 7.
Barb. consi. 52. nu. 6. vol. 4. Alber. l. si duob. nu. 2.
ff. quib. mod. vsusf. amittatur, Cuman. l. si quis nu.
32 2. ff. sol. mat. Quarto praemitto † quod appellatio-
ne mortis continetur tam ciuilis, quàm natura-
lis, Ias. l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 8. ff. de li-
be. & posth. indefinita enim aequipollet vniuersa-
li dixi ego in tract. de reg. iur. Reg. secunda. Sed
quia hoc 4. praemissum fraternizat cum proximo
praecedenti: ideo vltra adducta superius ita distin
33 guendo dico; aut † mortis mentio fit in dispositio-
ne legis, aut verò in dispositione hominis. Primo
casu aut fit mentio mortis in dispositione legis ca
nonicae, aut ciuilis, primo casu aut sumus in mate-
ria poenali, aut non, primo casu venit sententia
34 excommunicationis, quia ipsa non imponit † poe-
nam sanguinis Valascus. leg. imperium nu. 180.
ff. de iur. omn. iud. Abb. cap. per venerabilem qui
fil. sint leg. cap. 1. de homicid. est enim separatio
35 animae à Deo, † qui est vita animarum. capit. si
quis non obed. de maior. & obed. gl. capit. 1. de
senten. excommu. Vnde excommunicatus aequi-
paratur deportato glo. §. minor. inst. de ca. dim.
Secundo aequiparatur relegato gl. fin. cap. pasto-
ralis, de appell. Card. c. perpendimus, de sen-
ten. exc. Tertiò aequiparatur bannito Bald. leg.
1. column. 2. C. de haered. inst. Gaspar. Valascus
36 † dicta leg. imperium, numer. 180. si verò non su-
mus in materia poenali, tunc appellatione mor-
tis venit, tam ciuilis, quàm naturalis, quando
ciuilis mors eundem operatur finem, quem mors
naturalis, vnde si fiat mentio mortis adhoc, vt
locum habeat fideicommissum intelligi debet, de
naturali, Bald. leg. cum acutissimi. C. de fideicom.
37 † l. ex ea. §. insulam. ff. de verbor. obligat. Bart. leg.
cum pater. §. haereditatem. ff. de leg. 2. Cardin.
Clem. 1. q. 9. vt lite pend. Alexan. leg. si cum do-
tem numer. 12. ff. solut. matrim. Parisi. consi. 154.

volumin. 4. Verba enim in his naturaliter non
ciuiliter debent intelligi, Doct. commu. leg. Gal-
38 lus. §. & quid si tantum. † ff. de liber. & posth. leg.
fin. C. de his qui vent. nom. Ias. d. §. & quid si tan-
tum num. 6. Fortun. nu. 63. Galiaula nu. 5. Crot.
num. 12. Ruin. num. 2. Qui omnes concl. idem es-
se in dispositione legis ciuilis, & hominis, ex quo-
39 rum dictis eliciuntur † plures côclusiones, qua-
rum prima sit; quod per interdictionem aquae, &
ignis amittitur patria potestas inst. de patr. pot.
in princip. l. Ciuium, ff. de his, qui sunt sui: non ta
men amittuntur iura gentium per hanc mortem
40 ciuilem. l. quidam. ff. de pen. † Secundo amittit
iura ciuitatis ex qua est deportatus, non tamen
alterius. leg. relegatorum. ff. de interd. & relegar.
Bartolus leg. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap.
dim. l. cum pater. §. haereditatem. ff. de leg. 2. leg.
ex facto. §. si quis. ff. ad Trebell. Tertio relegatus
41 non potest testari de bonis subiectis eius † Ciui-
tati doct. leg. 1. C. de haered. instit. Fort. leg. Gal-
lus, §. & quid si tantum numer. 21. ff. de liber. &
posthum. Quarto seruus in iudicio esse non po-
test leg. seruus de iud. quia quod attinet ad ius
42 ciuile pro mortuo haberur. l. quod † attinet. ff. de
reg. iur. Quinto Monachus dicitur mortuus mun
do, ideo testari non potest nec esse testis Iohan.
Faber. §. testes in stit. de testam. doct. l. deo nobis.
43 † C. de Epis. & Cleric. Auth. ingressi, C. eodem
aequiparatur enim Munach. etiam seruo Salic. l.
cuto fundus. §. seruum, ff. si cert. pet. Bart. l. si ser-
uus, ff. de sup. seru. Bal. l. fina. C. quod cum eo l.
seruus, C. comm. success. Iohann. Andr. cap. quae
à iure de reg. iur. 6. Bald. l. 1. C. de his, quae poe
44 nae nom. † Iohann. Andr. c. non est de reg. iur. 6.
Doct. l. interpositas C. de transact. Bald. l. si liber,
C. de cond. ob causam, Archid. c. Pasturis 2. q. 7.
Abb. consi. 82. volum. 1. Doct. cap. nisi essent de
praeb. vnde pactum de lucranda dote post mor-
tem verificatur per ingressum religionis, Fortu-
nius. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. &
45 posth. † num. 65. idem est si quis grauatus fuerit
restituere haereditate alicui si decesserit sine filijs,
nam per ingressum religionis locû habebit fidei-
commissum, si monasterium non fuerit capax
propria possidere, quia alioquin monasterium
46 habetur loco filij Fortun. dicit hanc esse † Com.
d. §. & quid si tantum, numer. 72. Bart. in tract.
Minor. 3. par. ver. item Doct. com. Auth. ingressi.
C. de Sacr. Sanct. Eccl. sicuti testamentum confir-
matur post professionem fratrum minorum,
Fortunius. d. loco, numer. 76. Ex quibus videtur
qualiter mors ciuilis aequiparetur naturali, facit
47 primo in donatione causa mortis, † quae per mor-
tem ciuilem non confirmatur, leg. si aliquis. ff.
de don. causa mort. Secundo fallit, quando de
morte naturali fuerit facta specialis mentio, ex-
pressum enim facit cessare tacitum. capit. susce-
48 ptum † de relcr. Tertio fallit, quando non mili-
tat eadem ratio nec operatur eundem effectum
Ruin. leg. Gallus. §. & quid si tantum nume-
ro 14. ff. de liber. & posthum. Socin. dicto loco
numer 12. Salamon. numer. 20. conc. cum su-
per dictis Crot. d. loco numer. 25. Euer. in loco

ab æquip. nu. 10. glo. capitulo susceptum, de regal. iur. 6. Rol. in tract. de lucro dot. q. 95. num. 2. Decis. 28. in nou. in tit. de procur. Duen. tract. Reg. in reg. in 259. col. 4. Port. cōsi. 13. nu. 18. Nat. con si. 28 s. nu. 8. vol. 2. mortui ciuiliter mortui dicun-
256 PRIVILEGIVM personale † soluitur Morte personæ cap. priuilegium de reg. ior. 6. Doct. com.leg.maritum. ff.sol.matrim.l. si fideiossor.§.si maritus ff.de re iudic.leg. sunt ff. de reg. iuris. §. sunt inst.de act.l.priuilegia ff. de reg. iur.l.solidorum C.de exc.mun. lib. 10. qood dictum procedit quando priuilegium conceditur personæ, or causę finali,seo proximæ secus quando esset caosa remota alia autem proxima l. non solum. ff. de integr.rest.leg.minor.§.fin. ff. de minor. l. ea quę C.de uell. Din.dicto cap. priuilegium numero 5. Doct.comm.leg. quia tale ff. sol.matr. Bart. l.pen. ff.de seru.leg. Alex.l. 1.ff.const. princ. Doct. com. §.quod Principi inst. de iure nat. gent.& ciuili, in
257 dubio priuilegiom Principis inst. † perpetuum esse debet c.docet de reg.iu.6. dixi super.cōcl.49. & dicam infer.uers.rescriptum.

CONCL. LXXXIIII.

258 PROBANDI facultas soluit Morte† delinquentis; vnde probatio, quæ fit contra vsurarium

rium post mortem eius non probat eum fuisse manifestum vsurarium, Bal.consi.459.nu.5.vol.4.dixi super concl.2.

CONCL. LXXXV.

259 PROCVRATORIS mandatum † soluitur Morte; leg.inter causas ff.mand.dixi super. concl.65.late Bonifac.de Vital. Clem.procuratorem nu.13.de procurat.

CONCL. LXXXVI.

260 PROMISSIO facti soluitur † Morte, Doctor.com.l.qui Romæ, §.Augerius, vbi Ale.nu.3. ff.de verb. obli. Dixi super. concl.29.& concl.72.

CONCL. LXXXVII.

261 PROTESTATIO soluitur † Morte protestantis, Doct.com.l. non solum §. Morte, ff. de oper.nou.nun.Dixi super. concl. 70.not.in tract. com.opi. Franc. Viuius vers.Morte protestantis.

CONCL. LXXXVIII.

262 PVBLICATIO bonorũ soluitur † Morte delinquentis Salyc. leg. fin. nume. 3. C. si reus vel accus.mort.fuer. leg.2.ff.de pec. leg. Bart.leg. defuncto, ff. de public. iud. idem leg. ex iudiciorum, ff.de accusa.Bald.leg.vnica nume.3.C.ne ex delicto def.ign.leg.1.§.si sibi ff. ad Syll. num.67. Angel.l.1.C.ne ex del.def.Corn: consi.195.num. 8.vol.2.Dec.leg.pupillum §. in hæredes nume.3. ff.de reg.iur.Bellamera cap. ex parte, num. 27.de arbitr.Cuma.l. qui à latronibus §.si quis nũm. 5. de testam.Baldus consil. 162.nume.5.volu.2.Mileus in pract.crimin.nume.10. Anr.consil.58.nu. 4.Paris.consi.155.nume.6. vol.4.Curt.l.imperiũ nu.4.ff.de iurisd.om.iud. leg.si pœna ff.de pœnis l.si.qua pœna C.de his qui sunt sui, vel alien.iur. Curt. consil. 60. Mars. l. fin. nu. 16. ff. de quæst.

CONCL. LXXXIX.

263 QVERELA inofficiosi † testamenti soluitur Morte, nec transit ad hæredes hæredis, si primus hæres destiterit ab illa leg. nam si §. hæredi ff.de inoffi. test. sicuti querela non præposita per dominum viuentem contra feudatarium alienantem, non transit ad eius hæredes, Baldus cap.1.§. insuper, tit.de prohib.alien.feu.Paulus cons.159. conc.cum hac conclus. Doct. leg.si quando leg.si si quis filium. C. de inofficio. testament. Baldus. leg.si quis posthumos.§.filium ff.de libe.& posth. Bart.l.pater ff.de inoffic.test.not.l. 1.C.de inoffic. don. Ale.l.emancipati C. qui adm.Bart.& Bal.l.cũ mota.C. de trans. conc. quæ dixi super.concl.36.

CONCL. LXXXX.

264 REBELLIO soluitur † Morte, vnde stante statuto, quod vxor, & filij patris, & mariti rebellis sint rebelles, Mortuo patre non erunt amplius rebelles, Ang.l.incola, col.10.ad municip. Fel.c.à nobis nu. 7. de sent.exc.dixi super.concl.14.dixi ego in tract.de reg.iur.Reg.6.nu.11.& nume.seq.

CONCL. LXXXXI.

265 REI Morte iudicium soluitur, † not. leg. 1. & seq.C.si reus, vel accus.Mort.fuer. leg.crimen. ff.de pœnis leg. pupillum §. in hæredes ff.de reg. iur.l. 1. ff. de priua.del.§. penult. inst. de perp. & tempor.act.c.adiunonere 33.q.2. c. causam quæ, il secundo qui fil. sint leg.l.ex iudiciorũ ff. de accus. Marsi.leg.fin.num.28.ff.de quæst. Ægid.Boss.tit. de accus.nume.34.glo.in summa 24.q. 2.Cæpoll. consi.crimin.22. nume. 8.Didacus in epith.2.p. de spons.& matr. cap. 6.§. 8. nume.6.Villabos.in tract.com.opin.uerbi pœna nume. 63. Clar. lib.5. sent.§.fi.q.51.fallit primo in atrocioribus, ut dicam in seq. p. Secundo fallit, secũ † sententia; Tertio fallit in pœnis pecuniarijs, nam eo casu ferri potest in personam procuratoris domini litis ef fecti, Mortuo reo post litem contest.ita in termin. concl.Decisio.Pedem.148.nu.9.

266 cam in seq. p. Secundo fallit

CONCL. LXXXXII.

267 RENVNCIATIO soluitur † Morte, nam si filiæ renunciauit hæreditati patris propter masculos, si illi moriantur talis renunciatio tollitur, Baldus consi.437.col.2.uol.1.l.his honoribus, §. auctis ff.de uac.mun.Dec. consil. 86.Paris.consil. 49.nume.41.uol.3.

CONCL. LXXXXIII.

268 REPRÆSALIÆ soluuntur † Morte; nã contra Mortuum ipsæ non dantur, Mars.leg.fin. nu.42.ff.de quæst. Bal. l.cum C.de sepulchr.uiol. dixi super.concl.52.& concl.48.

CONCL. LXXXXIIII.

269 REQVISITIO soluitur † Morte leg.eius qui §.quod si ff.si cert.petat.addentes ad consi.Decij 222.nume.2.Dixi ego in tract.de reg.iur.Reg. 6.ampl.100.

CONCL. LXXXXV.

270 RESCRIPTVM gratiosũ soluitur † Morte;not.c. si gratiosè de rescr.6.Gozzad. consil.22. nu.8.Dixi super. concl.49. & concl. 84.

CONCL. LXXXXVI.

271 RESTITVTIO soluitur Morte, † unde Princeps litteras mittens, dicens restitutos esse eos ad quos peruenerit, Mortui non dñt restituti; ita in term.Bal.& Bar.l. Aretusa col.1.ff.de stat.hom.

CONCL. LXXXXVII.

272 RESOLVTO iure datoris, † Moritur etiã ius acceptatoris not.l. lex uectigalis ff. de pign.l.si res .ff.quib.mod.ius pignor.sol.

CONCL. CXXXXVIII.

273 RESVRGENS Mortuus, † beneficium non recuperat, nec uxorem cap. licite 32.q.7.non erit tamen iterum doctorandus, Angel. l.nam, & 274 Demosthenes † nume. 3. ff.de leg.item nec etiam 275 iterum † Baptizandus, Marsil.l.fin.num.35.ff.de quæst.Doct.commun.cap. à nobis de sent. exc.6. Ben.cap.Raynutius, uet sic.in extremis nume.12. de testam.Quia imprimitur character indelebilis gloss.cap.1.de sacra unct.Bart.Brix.q.54. Arch.d. c. licite 32. quest.7. Doct. c. fraternitatis,de frig. & malef. dicam infer.in 2.p.numer.127.

CONCL. CXXXXIX.

276 REVOCANDI ius soluitur Morte; † unde hæres factum defuncti reuocare non potest Bal.leg.successore C.de solut. nec potest reuocare donationem ob ingratitudinem l.fin. C.de reuoc. don.cap.fin. de donat.dixi super.concl. 36.& cõc. 38.& concl.43.conc.Bald.l.cum antiquitas, C. de vsufr. Alber.leg.digna vox. C.de legib. Tiraquel. l.si vnquam verb.susceperit num.212. C.de reuoc. don. Ang.l.his solis C.de reuoc.don.not.l. 1. l.omnimodo.C.de inoff.test.Mars.l.fi. nu.19.ff.de quæst.

CON-

CONCL. C.

277 SCIENTIA ſoluitur Morte, † vnde qui
in alterius locum ſuccedunt iuſtam habent cau-
ſam ignorantiæ, an id quod peteretur deberetur l.
qui in alterius. ff. de reg. iur. vbi Cagnol. nume. 2.
dicit in facto alterius tolerabilem eſſe ignoran-
278 tiam leg. fin. ff. pro ſuo, not. capitulo cum quis de
reg. iur. 6. quæ quidem concluſio ita diſtinguenda
eſt, nam aut ſucceſſor agit, aut conueniuntur, ſi
agit non excuſatur, quia certus eſſe debet cum ſit
in poteſtate eius an velit experiri, & ante debet
rem explorare d. l. qui in alterius, ſecus autem ſi
ipſe conueniatur, nam reſtituetur ob probabilem
ignorantiæ cauſam Din. cap. cum quis nume. 3. de
reg. iuris 6. ampl. primo quis promiſit alicui nomi
279 ne pœnæ ante calendas † ſi decedit hæres non te
netur ad pœnam Din. dicto loco num. 1. Secundo
ampl. in emphyt. nam hæres eius, vel ſucceſſor ex
cuſatur, ſi non ſoluerit, non enim tempus cedit
ignoranti. l. 1. §. dies ff. quãdo appell. ſit leg. annus
ff. de calumn. l. cum ſex de ædil. ed. Doct. comm.
inſtit. qui dari tuto. poſſ. in princ. Din. dicto loco
280 nu. 4. † & ſi cadit à iure reſtituitur per clauſulã ſi
qua mihi iuſta cauſa Doct. comm. leg. 2. C. de iu
re emph. Rom. conſi. 166. Alex. conſi. 169. nume.
10. vol. 2. Decius conſi. 58. & conſi. 138. Ruin. cõſ.
150. lib. 1. Curt. Sen. conſi. 59. Cagn. l. qui in alte-
rius, nu. 4. ff. de re. iur. Rom. conſi. 123. nu. 5. Bar.
& Alexan. l. cum filius §. in hac ff. de verb. oblig.
Tiraq. in tract. retr. conuen. §. 1. gloſſ. 2. nume. 58.
Cagn. leg. 2. q. 72. C. de pact. Tertio ampl. vt hæ-
res, qui rem conductam à defuncto non reſtituit
non tenetur pœna leg. penul. C. vnde vi Bart. l. ſi
quid conductioni C. loc. Rom. conſi. 392. Fel. ca.
281 inter dilectos † colum. pen. de fid. inſtr. Quarto
ampl. in alienatione rei feudalis, Iaſon. leg. fin. q.
15. C. de iure emph. Cagn. dicto loco numero 9.
282 Fallit tamen primo † quoad ea, quæ continentur
in teſtamento, quæ ſucceſſor ſcire debet l. non eſt
ferendus ff. de tranſactio. Decius l. eius qui, §. fi.
col. 2. ff. ſi cer. pet. conſi. 287. & conſil. 303. & hoc
quando immixtio facta eſſet virture teſtamen-
ti, tunc enim præſumitur ſcientia contentorum
in teſtamento, Alex. conſil. quarto, volu. ſecundo,
vt quando eſſent hęredes extranei, nam in ſuis
283 pręſumitur ignorantia, niſi ex coniecturis † aliud
appareat, Bar. leg. qui in prouincia ff. ſi cert. pet.
Cagn. d. l. qui in alterius nume. 11. ff. de reg. iur.
Secundo fallit quando quis tractat de lucro ca-
ptando quo caſu non excuſatur hęres propter
ignorantiam ſicuti quando tractat de damno eui-
tando §. ſi res legata inſt. de legat. Tertio fallit quã
do ſucceſſor agit vt dictum eſt d. l. qui in alterius;
Quarto fallit quando hæres proſequitur cauſam
defuncti temere litigantis, nam ipſe etiam in ex-
284 penſis condemnatur, † Bald. leg. ſi pater. C. ſi
pend. appell. Mors iterum. Iaſon l. properandum.
§. ſin autem col. 1. C. de iud. Cagn. d. l. qui in alte-
rius nu. 14. ff. de reg. iur.

CONCL. CI.

285 SENTENTIA contra Mortuum † nõ fer-
tur, & ſi contra eum feratur eſt ipſo iure nulla,
Bart. l. defuncto. ff. de publ. iud. Angel. conſil. 68.
Curt. conſi. 60. l. fin. C. ſi reus, vel accuſ. leg. diui.
leg. libellorum ff. de accuſ. Marſil. l. fin. nume. 16.
ff. de quæſt. Curt. l. imperium num. 4. ff. de iuriſd.
omn. iud. Bald. conſi. 162. nu. 5. vol. 2. Decius l. pu
pillũ §. in hęredẽ. ff. de re. iur. dixi ſuper. cõcl. 32.

CONCL. CII.

286 SERVITVS perſonalis ſoluitur † Morte
Doct. com. §. finitur inſt. de vſufr. gl. §. deinceps,
verſ. ſimiliter auth. de nupt. inſt. de vſu, & hab. in
princ. not. l. 2. ff. de vſufr. dicam infer. verſ. uſufr. di
xi ſuper. concl. 80. item not. quod ſeru. eſt tanquã
287 Mortuus quoad ius † ciuile l. quod attinet. ff. de
reg. iur. l. iſti quidem. ff. quod met. cauſa l. ſeruus
C. de iud. dixi ſuper. in prima p. nu. 108.

CONCL. CIII.

288 SOCIETAS ſoluitur Morte; † §. ſoluitur
inſt. de ſociet. l. uerum §. Morte ff. pro ſocio l. ideo
l. nemo, leg. uerum. §. in hęredem ff. eod. quia ipſa
pendet à uoluntatẽ, quæ ſoluitur Morte. l. quarta
ff. loc. c. ſi gratioſè de reſcr. 6. Gozzad. conſi. 22. nu.
7. ampl. etiã ſi dicatur in hęredem tranſeat l. ne-
289 mo † ubi Doct. ff. pro ſocio gl. §. deinceps uerſ. ſi-
militer auth. de nupt. ampl. etiam ſi pactum eſſet
iuratum Capic. deciſio 174. nume. 5. late in ter-
min. item hęres ſocij non ſuccedit in hæredita-
tem Specul. tit. de iud. §. 2. declat. tamen quod li-
cet hęres ſocij non ſit ſocius poteſt tamen explica
290 re cępta per defunctũ † l. hęres ſocij ff. pro ſocio
& tenetur de dolo, item fallit in ſocietate gabella-
rum, in quam hęres ſuccedit l. adeò. ff. pro ſocio.
Rubeus l. non ſolum. §. Morte nume. 4. ff. de oper.
nou. nunc. ratio autem quare ad hęredes non tran
ſeat regulariter etiam per pactum, quia ſocietas
eſt communio rerum, & ex quo communio parit
diſcordiam, ideo leges hunc contractum reſtrin-
291 xerunt ad dirimendas lites † l. in hoc §. ſi conue-
niat. ff. com. diu. Doct. leg. ſi non ſortem. §. ſi centũ
ff. de cond. indeb. conc. Pariſ. conſil. 84. numer. 3.
uol. 1. Curt. conſil. 53. alia ratio eſt quia pendet à
mero conſenſu. leg. ſocietatem leg. qui admittitur
ff. pro ſocio Bart. leg. Titium. § altero nume. 5. de
adm. tut. Ruin. conſi. 92. nume. 1. uolum. 1. Pariſ.
conſi. 82. nume. 35. vol. 1. Aret. §. ſoluitur inſt. de
ſociet. Alex. conſi. 59. nume. 9. vol. 5. conſi. 54. nu.
4. uol. 3. Fallit ſecundo hęc concl. quando teſtator
mandauit hęredibus ſocietatem durare, quo caſu
hęres tenetur, Decius conſi. 441. nu. 1. Cur. conſi.
292 53. Pariſ. † conſi. 84 nume. 6. uol. 1. deciſio. Pe-
dem. 149. num. 4. in term. conc. Azo. in ſumma.
C. pro ſocio nu. 14. Secundo modo ſoluitur ſocie-
tas, etiam Morte ciuili quando in locum eius ſuc
293 cedit fiſcus † Azo in ſumma. C. pro ſocio num.
14. Tertio ſoluitur interitu rerũ, uel cum eſſe deſi
nit in cõmertio noſtro, l. uerum. §. ſi. ff. pro ſocio.
§. publicatione inſt. eodem. Quarto ſoluitur vo-
luntate not. leg. nihil tam naturale ff. de reg. iur.
Quinto ſoluitur ipſa per ceſſionem bonorum pro
pter publica debita. Azo in ſumma d. loco nume.
15. Sexto ſoluitur egeſtate leg. 4. ff. pro ſocio. Se-
ptimo ſoluitur actione perempta l. actione ff. pro
294 ſocio; & not. quod † ſocius ſocio iudex dari non
poteſt manere contractu ſocietas, Tiraq. in tract.
ceſſante cauſa nume. 227. Marſ. leg. etiam ff. de q.

Addo

Addo quod societas soluitur Morte nisi aliter inter Socios conuenium sit Bertr. consi. 62. nume. 3. volumine 2.

CONCL. CIIII.

295 SPONSALIA soluuntur Morte † Host. in tit. de sponsal. nume. 10. conc. quæ dixi super. concl. 66. Ampl. vt si resurgat non recuperet sponsam, Angel. leg. nam Demosthenes. ff. de leg. num. 3. Secundo modo soluuntur per Mortem ciuilem vt per ingressum religionis c. 2. cap. ex publico de conuers. coniug. Tertio ex dissensu impuberis, Didac. in epith. cap. 5. §. 1. num. 1. Quarto soluuntur lapsu temporis gl. cap. sicut de sponsal. Quinto si sponsus per triennium vagetur leg. 2. C. de repud. not. l. 2. C. de sponsal. Sexto soluuntur fornicatio-
296 ne sequuta not. cap. quemadmodum † de iure iurand. gl. c. sicut 27. q. 2. Doct. c. de illis de sponsal. Septimo dissoluuntur mutuo consensu Didac. tit. de sponsal. capi. 5. nu. 1. Host. dicto loco nu. 10. Azo in summa C. de sponsal. nu. 8.

CONCL. CV.

297 STATVS defunctorũ vltra † quinquenniũ non quæritur tot. tit. C. ne stat. defunct. post quinquenniũ quæratur, vbi Azo. in summa C. eo. nu. 1.

CONCL. CVI.

298 STIPVLATIO pœnalis soluitur † Morte nec ad hæredes transit quando stipulator Morte præuentus adimplere nequiuit, dixi super. cõc. 72. Alc. l. si homo nu. 1. ff. de verb. oblig.

CONCL. CVII.

299 SVITAS soluitur morte. † Tiraq. in tract. primog. q. 40. nu. 121. per leg. Gallus §. nunc. de leg. ff. de liber. & posth. §. sui inst. de hære. qual. & differ. l. Iulianus §. 1. ff. ad exhib. l. adeo §. cũ quis ff. de acq. rerum dom.

CONCL. CVIII.

300 TESTAMENTVM Mortuo † testatore antequam sit lectũ coram testibus non est validũ, gl. Bart. & Doct. com. l. fideicommissa §. quoties ff.
301 deleg. 3. Fallit hoc in testamento ad † pias causas Din. l. Lucius ff. de mi. test. Rom. auth. similiter in 13. speciali. C. ad Vell. Imola consi. 75. & in c. cum esses de testam. Paul. consi. 25. vol. 2. Corn. consi. 53. vol. 1. Ias. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto C. de testa. Tiraq. in tract. de priu. piæ causæ priu. 6.

CONCL. CIX.

302 TVTELA soluitur Morte, † §. simili modo inst. quib. mod. tut. fin. vbi gl. dicit ampl. hoc dictũ in Morte ciuili in vers. Morte, §. item finitur. inst. eod. Tertio modo finitur, cum puberes esse cœperint pupilli, pupillæve inst. eod. in prin. Quarto si nitur per arrogationem l. nec ei §. errorum ff. de adopt. & hoc cum consensu omnium leg. fi. C. de auth. præst. §. item cum gloss. vers. adhuc inst. qui-
303 bus modis tut. fin. Quinto modo † finitur finita conditione, ad quam fuit tutor datus §. sed et si inst. eodem. Sexto capitis diminutione §. sed & capitis inst. eodẽ. Septimo, finito tempore, ad quod fuerunt dati §. præterea instit. eodem tit. Octauo finitur tutela, vel quia suspecti sunt, vel quia iusta de causa excusantur §. fin. inst. eod. tit. not. tit. de hæt. tut.

CONCL. CX.

304 VICARIATVS soluit† Morte Episc. Rebuf. in praxi benef. in tit. de form. vic. Archiep. & aliorum, nu. 216. c. si gratiosè de rescr. 6. Doctor. com. c. quoniam Abb. de offic. deleg. c. ad abolendam. de hæret. ca. quia de ind. Franc. c. 1. de offic. vic. 6. Doct. l. more ff. de iurisd. omn. iud. Maranta in tract. de ord. iud. 4. p. q. 16. nu. 38. Curt. d. l. more numero 76. Bellam. cap. ad nostram de iur. iur. nume. 2. not. d. c. si gratiosè, Gozzad. consi. 22. nu. 6. dixi super. concl. 31.

CONCL. CXI.

305 VINDICTA soluitur Morte; † Bald. leg. fin. q. 6. C. de iure deliber. l. cum emancipati §. 1. ff. de collat. bon. conc. quæ dixi super. cõcl. 56. Doct. comm. leg. fin. C. de reuoc. don. cap. fi. de don. Ripa dicta l. fin. nume. 236.

CONCL. CXII.

306 VOLVNTAS extinguitur Morte † Ias. l. non solum. §. Morte nu. 2. ff. de oper. nou. nunc. vbi Doct. com. l. 4. ff. loc. c. si gratiosè de rescr. 6. Gozzad. consi. 22. nu. 6. not. leg. & quia ff. de iurisd. omn. iudic. Angel. consi. 217. Marsil. l. si. num. 41. ff. de quæst. Curt. consil. 235. Dom. c. si delegatus de offic. deleg. 6. l. mandatum C. mandati leg. si defunctus ff. de procur. Guid. decis. 119. Alexn. consi. 128. lib. 6. l. si quis §. alicui ff. mand. Fulg. l. more nu. 25. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. consi. 108. dixi super. concl. 65. & concl. 70.

CONCL. CXIII.

307 VSVS Morte soluitur † §. finitur inst. de vsufr. §. 1. inst. de vsu, & hab. gl. §. deinceps, vers. similiter auth. de nupt. leg. habitatio C. de vsu, & hab. dixi super. concl. 50.


CONCL. CXIIII.

308 VSVSFRVCTVS soluit† Morte; Doct. cõ. d. §. finitur inst. de vsufr. Doct. com. inst. de vsu & hab. in princ. gl. §. deinceps, vers. similiter auth. de nupt. Tiraq. in tract. le mots sasir le vif. 3. p. 1. Declar. nu me. 1. Ex quib. colligitur hanc materiam huius tractatus locum habere in contractibus l. verum §. Morte. ff. pro socio. secundo in vlt. vol. l. tractabatur ff. de mil. test. Bart. leg. 1. q. 12. ff. de vulg. & pup. gl. & Doct. l. fideic. §. quoties ff. de leg. 3. Tertio procedit in indicijs l. defuncto. ff. de public. iud. & hoc tam in iudicio ciuili, quàm criminali. Corne. consi. 195. nu. 8. vol. 2. Dec. l. pupillũ §. in hæredes nu. 3. ff. de reg. iur. l. fi. C. si reus, vel accus. mort. fuer. Bal. consi. 162. nu. 2. vol. 2. Ant. consi. 58. nu. 1. Paris. consi. 155. vol. 4. Cur. l. imperium. nume. 4. ff. de iuris. omn. iudic. dixi ego in meo tract. de reg. iur. Reg. 6. ampl. 26. ampl. 22. Gomes. §. superest nu. 19. inst. de act. c. quotum dam 23. dist. Ang. tract. malef. vers. Dominus num. 41. quæ omnia declara, vt in super. & in seq. p. latius dicetur quomodo procedat iste Tractatus noster.

309 Addo quod Emendatio soluitur† morte Bonif. de Vital. c. eos nu. 40. de sepultur.

FINIS.

TRA.




# MORS OMNIA SOLVIT
## PARS TERTIA.
## SEBASTIANI MEDICIS
### FLORENTINI IVRECONSVLTI.
### Equitis Sancti Stephani,& Protonotarij Apostolic.

*SVMMARIVM.*

1 *Anima nostra immortalis est.*
2 *Character non tollitur per mortem.*
3 *Qualibet dispositio inter viuos,vlt. vol. & iudiciorum confertur post mortem.*
4 *Alimenta debentur vidua ab harede post mortem viri.*
5 *Colono stare non tenetur singularis successor.*
6 *Successor vniuersalis tenetur stare colono.*
7 *Debita defuncti per haredem solui debent.*
8 *Actiones tam actiua, quam passiua, in haredes transeunt.*
9 *Hares tenetur de euictione.*
10 *Statutum quod debitor carcerari possit, hares defuncti debitoris recte carcerari poterit.*
11 *Executio sententia lata contra mortuum,recte contra haredem fieri poterit.*
12 *Res transit cum sua causa.*
13 *Factum defuncti per haredem debet confirmari.*
14 *Furtum non soluitur morte quomodo intelligatur.*
15 *Hares repræsentat personam defuncti, in his, qua sunt iuris, secus autem in his, qua facti sunt.*
16 *Interdictum recuperanda datur haredi, sicuti competebat defuncto.*
17 *Spoliatus ante omnia restitui debet. Ampl vt talis actio etiam ad haredes transferatur.*
18 *Mortuo patre statim vera possessio ab alio occupatur, hares agere poterit.*
19 *Remedium adipiscenda non soluitur morte, sed ad haredes transmittitur.*
20 *Ius patronatus transfertur ad haredes post mortem patr.*
21 *Præscriptio continuatur in haredem.*
22 *Pignoris obligatio non soluitur morte.*
23 *Publiciana, qua competebat defuncto haredi competere potest.*
24 *Rei vendicatione agere potest successor ex dominio existenti penes defunctum.*
25 *Retrouendendi pactum non soluitur morte.*
26 *Salarium post mortem assessoris debetur haredi.*
27 *Scriptura mortuorum fortius probant, quàm viuorum.*
28 *Iuramenti vim habet mors.*
29 *Instrumentum notarij mortui plus probat, quam viuentis.*
30 *Testium mors vim habet recognitionis.*
31 *Mori nemo præsumitur in peccato.*
32 *Mortis æterna in mortis articulo constitutus vnusquisque memor præsumitur esse.*
33 *Probatio morientis, qui deponit, adhuc vt valeat oportet citari partem.*
34 *Testamentum accipit vires à die mortis testantis.*
35 *Vsurarij hares vsuras restituere tenetur.*
36 *Vsucapio non finitur morte.*
37 *Pœna qua ipso iure a l. imponitur transit in haredes.*
38 *Vidua committens stuprum post mortem viri non priuatur dote, sicuti, si adultera esset in vita.*
39 *Iniuria minor est, qua infertur mortuo, quàm viuo.*
40 *Mors non soluit id, quod in locum mortui subrogatur.*
41 *Perpetuum nihil est, nisi per subrogationem.*
42 *Subrogatum sapit naturam eius, cui subrogatur quando tendunt ad idem, secus si ad diuersa tendant.*
43 *Subrogatum quid sit.*
44 *Excipiendi ius morte non soluitur.*
45 *Filius, in locum patris mortui succedit.*
46 *Patri succedit filius in fideicommissum.*
47 *Statuto extante, quod nemo admittatur ad officia ciuitatis, nisi habeat æstimum, filius admittetur propter æstimum patris.*
48 *Monacho mortuo non expirat substitutio.*
49 *Monasterium habetur loco filij.*
50 *Monasterium quando non succedat in feudum.*
51 *Seruitus realis non soluitur morte.*

ni

52 *Qui succedit in ius alterius eo iure uti debet.*
53 *Actio iniuriarum quando transeat ad heredem.*
54 *Hæres est eiusdem potestatis, qua erat defunctus.*
55 *Inimicitia non soluitur morte.*
56 *Priuilegium mortuo conceditur.*
57 *Excommunicari potest quilibet post mortem.*
58 *Excommunicatum mortuum sepeliens incidit in ex communicationem.*
59 *Viuus ubi quis manere non potest, nec etiam mortuus deferri poterit.*
60 *Ossa mortuorum deferri possunt ad locum, ubi aliàs uiuus esse non potest.*
61 *Iniuria mortuo quandoque inferri potest.*
62 *Indignus efficitur concubens cum uxore defuncti.*
63 *Bannitus mortuus spoliari non potest, licet in uita spoliari posset.*
64 *Hæresis crimen non soluitur morte.*
65 *Peculatus crimen morte non extinguitur.*
66 *Læsæ cohærens personæ morte non soluitur.*
67 *Inuentarium conficiens hæres ad quid teneatur.*
68 *Pœna, quæ non soluatur morte.*
69 *Pœna cohærens personæ morte soluitur.*
70 *Lucrum turpe ab hærede extorquetur.*
71 *Actio perpetua quæ dicatur.*
72 *Actiones criminales non dantur contra hæredes, nisi sequuta fuerit sententia.*
73 *Dignitas non moritur.*
74 *Anima defuncti per heredem exonerari debet.*
75 *Iudicis delictum non soluitur morte.*
76 *Negligentia non soluitur morte.*
77 *Dolus quando morte non soluatur.*
78 *Obligatio cum defuncto inita regulariter transmittitur in eius hæredem.*
79 *Prohibitio alienationis non extenditur ad alienationem post mortem.*
80 *Possessio quodammodo post mortem possidentis uidetur continuata in hæredem.*
81 *Priuatur iure suo hæres ueniens contra factum defuncti.*
82 *Contractum impugnans hæres incidit in pœnam contentam in eo.*
83 *Testamentum defuncti hæres impugnare non potest.*
84 *Distinctio notabilis, qualiter ex facto defuncti hæres teneatur.*
85 *Carcerari poterit hæres pro debito defuncti quomodo procedat.*
86 *Dotandi debitum non soluitur morte.*
87 *Alimenta debentur ab hæredibus uiduæ.*
88 *Priuilegium datum marito, & uxori non soluitur morte alterius tantum.*
89 *Interpretandi facultas non soluitur morte.*
90 *Electio est debentis in dubio.*
91 *Instantia non soluitur morte.*
92 *Licet quandoque plus successori, quàm defuncto.*
93 *Conditionis melioris non est hæres regulariter, quàm defuncti.*
94 *Obligatur eodem modo hæres, quo erat obligatus defunctus.*
95 *Venditio retractari non potest in præiudicium defuncti.*
96 *Feudi alienationem factam per defunctum reuocari non potest per hæredem.*
97 *Facta omnia tam actiuè, quàm passiuè transeunt in hæredem.*
98 *Dictio duntaxat, an excludat similes casus.*
99 *Promissio de facto quando non soluatur morte declaratur.*
100 *Personas prorsus extraneas excludit dictio taxatiua.*
101 *Vidua post mortem uiri retinet omnia priuilegia uiri dum in uiduitate permanet, & castè uiuit.*
102 *Vidua Regis dicitur Regina.*
103 *Vidua ignobilis retinet nobilitatem mariti nobilis.*
104 *Vidua præsumitur esse adhuc in eodem matrimonio.*
105 *Vasallus priuatur feudo si cum uidua Domini concubuerit.*
106 *Vidua impudica desinit esse de domicilio uiri.*
107 *Vidua impudica amittit dotem, quomodo intelligatur.*
108 *Viduam luxuriantes damnationem habere debent.*
109 *Vidua magis peccat stuprando quàm uirgo.*
110 *Legatum factum habitationis uiduæ intelligi debet de omni uiduitate.*
111 *Vidua sortitur forum uiri.*
112 *Vidua potest mortuo uiro bannito reuerti ad ciuitatem.*
113 *Filius repræsentat personam patris.*
114 *Nepotes ueniunt appellatione filiorum.*
115 *Nepos esse non debet deterioris cōditionis, quàm filius.*
116 *Primogenituræ ius morte non soluitur.*
117 *Filius retinet nobilitatem patris.*
118 *Calamitas patris, uel matris filio nocere non debet.*
119 *Filius repudians hæreditatem patris legitimam amittit.*
120 *Hæreditatem repudiare non potest filius, & retinere feudum quomodo procedat.*
121 *Pater in feudo, uel emphyt. quando possit præiudicare filio.*
122 *Filius exhæredatus, quando in emphyt. succedat.*
123 *Donatio non reuocatur natiuitate nepotis.*
124 *Lex, uel statutum non soluitur, morte statuentium.*
125 *Lex est semper in uiridi obseruantia.*
126 *Regulæ quatuor generales, in quibus non habet locum dictum, Mors omnia soluit.*
127 *Resurgens statim à mortuis, an pro mortuo habeari dicatur.*
128 *Resurgens à mortuis an recuperet bona.*
129 *Mortuus non dicitur qui statim ad uitam reuocatur.*
130 *Natus non dicitur, qui uiuere non potest.*
131 *Precium paruo tempore duraturum non considératur.*
132 *Puniri de fuga non debet fugiens, & statim rediens.*
133 *Occupare possessionem alterius non dicitur ille qui statim eam restituit, atque dimittit.*
134 *Conditio si decesserit sine filijs uerificatur, licèt statim moriantur.*
135 *Factum fuisse sufficit, licet non duret factum.*

Excusatio

136 *Excusatio tutelæ ob liberos non irritatur, si filij moriantur.*
137 *Fœmina ob masculos exclusa perpetuo dicetur exclusa, licet ipsi moriantur.*
138 *Natus in tempore, quo viuere non potest non reuocat donationem, nec testamentum rumpit.*
139 *Causa finalis in dubio præsumitur esse, cum sit mentio causæ.*
140 *Ratio legis est anima legis.*
141 *Verba legis sunt veluti corpus, ratio autem, vt anima.*
142 *Ratio ampliat, seu restringit quamlibet dispositionem.*
143 *Ius idem statuitur vbi eadem militat ratio.*
144 *Causa impulsiua mortua non soluitur eius effectus.*
145 *Argum. non sumitur ex causa impulsiua.*
146 *Rescripta vitiantur per subreptionem non solum causæ finalis, sed etiam impulsiuæ.*
147 *Impulsiua causa in contractibus præsumitur.*
148 *Priuilegium ob numerum filiorum non soluitur, licet moriantur.*
149 *Legislatore mortuo adhuc viget lex.*
150 *Causa & effectus quando sunt in diuersis subiectis, vt pater, & filius mortua causa, quæ est pater adhuc viget effectus eius, qui est filius,*
151 *Personæ plures concurrentes ad eundem actum, si vna ex illis moriatur, quando dicatur actus adhuc permanere, seu perfici posse.*

## *Tertia Pars totius Operis.*



AM satis supra dictum est
à nobis, In quibus in casibus
habeat locum dictum, Mors
omnia soluit, reliquum est
videre in quibus non procedat; & primo scias hoc non
esse verum in spiritualibus,
1 prout est in anima, † quæ penitus immortalis est, & incorruptibilis. Diuus
Thom. 1. p. summæ q. 75, artic. 6. iuxta dictum
Saluatoris nostri nolite timere eos, qui occidunt
corpus, animam autem occidere non possunt, vnde in his quæ in anima imprimuntur Mors non
2 tollit, vt characterē † Sacramentorum, Baptismi,
confirmationis, & ordinis, vt nouissime in Conc.
Triden. Sess. 7. c. 9. Quæ sacramenta iterari non
3 possunt etiam si quis à mortuis resurgeret; † Secundo non procedit in contractib. vlt. vol. & iudic. tam ciuil. quam crim, quemadmodum de singulis dicemus modo conc. leg. stipulatio ista. ff. de
verb. oblig. leg. fin. C. de act. emptio. Bart. leg. eadem. ff. de verb. oblig. l. si decesserit. ff. qui satis.
cog. Signor. consi. 122. nu. 3. l. cū à matre. C. de rei
vend. l. siue C. de euict. Socin. consi. 224. numero
76. volum. 1. Dec. leg. Neratius nume. 1. ff. de reg.
iur. Marsi. l. fin. num. 53. de quæst. l. sepulch. ff. de
sepulchro viol. leg. meminisse C. ad leg. Iul. Maiest. leg. ex iudiciorum ff. de accusat. cap. fin. 24. q.
2. ca. neque 87. distin. l. apostatarum, C. de Apost.
leg. ex hoc iudicio ff. de accusat. leg. fin. ff. ad l.
Iul. pecul. Fel. c. si quis Episcopus nume. 3. de hæret. Paris. consi. 155. nume. 6. volum. 4. gloss. cap.
summæ. 24. quæst. 2. Tertio quemadmodum ma-
4 ritus † alimenta præstare tenebatur vxori, ita &
eius hæres Alex. l. diuortio nume. 15. ff. sol. matr.
nisi transierit ad secunda vota, Alex. consil. 112.
nume. 6. vol. 5. potest tamen per statutum loci certa quantitas declarari Alex. cons. 31. num. 8. vol.
6. Paul. consi. 40. nume. 12. vol. 3. Quarto licet sin-
5 gularis successor non teneatur stare † colono leg.
emptore C. loc. leg. qui fundum ff. eod. Tiraq. in
tract. Lignag. §. 1. gl. 7. num. 37. Alba consi. 71. nu.
1. Decis. Pedem. 85 nume. 6. vniuersalis tamen tenebitur Romul. leg. filius fam. §. Diui nume. 189.
ff. de leg. 1. Alex. leg. diuortio nume. 5. ff. solut. ma-
6 trim. Alba consi. 108. nu. 1. † Cephal. consi. 131.
nume. 5. consi. 254. Guid. decisio 480. num. 4. Fallit hoc dictum quinque modis, de quib. per Bart.
Soc. in tract. fall. vers. successor. vnde nisi successor necessarius non tenebitur stare colono, de qua
re conc. Cephal. consil. 256. nume. primo, Decis.
Bun. 54. in term. nume. primo. Paul. l. nihil §. fructus nume. 2. ff. de legatis 1. Rol. consi. 49. num. 2.
7 vol. 2. † Quinto debita defuncti hæres tenetur
soluere, Lucas l. fin. C. de primi. lib. 12. Boer. decisio 57. nume. 4. Sexto de euictione tenetur Ioan.
in tract. de exec. vlt. vol. §. consultis nume. 26. not.
leg. cum pater §. euictis ff. de leg. 2. gl. & Bald. leg.
8 si familiæ C. fam. hercisc. † Bart. l. qui Romæ. §.
duo fratres ff. de verb. oblig. not. l. pro hæreditarijs C. de hæred. act. l. 1. eod. tit. Bart. d. §. duo fratres nume. 25. Septimo actiones tam actiuè, quā
passiuè transeunt etiam in hæredes leg. vnica. C.
vt act. ab hæred. & contr. hæred. not. leg. 1. C. ad
9 Trebell. † Bald. l. 1. C. quorum leg. Bald. l. vnica
§. videamus C. de rei vxor. act. ampl. etiam si sit
fiscus hæres l. eum qui ff. qui de iure fisci. Ias. cōs.
88. vol. 3. Secundo ampl. etiam si esset minor. leg.
pupillus §. sed etsi ff. de auth. tutor. l. prima C. quā
do decr. opus non est. Octauo stante statuto quod
10 debitor carcerari possit eo † mortuo eius hæres recte carcerabitur, Bart. l. postulante ff. ad Trebell.
Ias. l. si cui §. fin. nume. 3. leg. diuortio §. interdum
nume. 6. ff. sol. matrim. Gomes. §. fuerat nume. 35.
inst. de act. Iac. l. 1 nume. 18. ff. si cert. pet. Cassan.
consuet. Burg. Tit. de cens. Rubr. 11. §. 6. numu.
1. Abb. consil. 86. nume. 4. vol. 2. Dec. consil. 536.
nume. 2. Fallit hoc quando debitor suam personam, & sua bona obligauit, Bart. l. si decesserit nu.
13. ff. qui sat. cog. Asin. l. 5. num. 164. ff. de relig. &
sumpt. fun. Nono executio sententiæ contra de-
11 functum latæ etiam † contra hæredem fieri potest
not. l. ex contractu ff. de re iud. leg. si seruus §. qui
margh. ff. de leg. 1. l. hæredem ff. de reg. iur. l. hæres
ff. de vsucap. res enim transit cum sua causa l. vitia. C. de acq. poss. leg. Pomponius. ff. eodem tit.
12 Ias. §. fuerat nu. 60. inst. de † act. Duen. Reg. 277.
vbi ampliat, & limitat pluribus modis, Ang. leg.
creditoris nume. 7. ff. de pignor. Paris. consil. 29.
nume. 22. volum. 1. Socin. consi. 24. nume. 8. vol.
3. Fallit intra tempora conficiendi inuentarium
leg. fin. §. donec. C. de iur. delib. Ias. d. §. fuerat. nu.
61. Boer. decis. 10. nume. 3. Duen. d. Reg. 277. limit.

mit.1.Cassan. consuetud. Burg. tit. de successio-
ne, Rub.7.§.14.col.4.nume.9.Secundo fallit in-
tra nouem dies a morte defuncti Bart.auth. vt cũ
de appell.cognosc.§.hæc autem coll.8.Tertio limi
tatur in hærede conuentionali not.leg.licet. C. de
pact. Duen.dicta Regul.277.limit. 7. Quarto fal-
lit in hærede cum beneficio inuentarij; contra
quem executio non datur vltra vires patrimonij
leg.fin.§.sin verò C.de iure deliber.Socin.leg.si de
cesserit nume. 7. ff. qui satisd.cog. Quinto proce-
dit tantum post aditam hæreditatem leg. 3. §. si
quis ita ff.de hæred.inst.leg. 3. §. si quis hæredi ff.
de stat.liber.Bart. l. si in diem ff. de cond. & dem.
Alex.consi. 36.nume.11.vol.3.Dec.leg.hæredem
nume. 8. ff.de reg.iur.Doct.capit.cũ nos de vsu-
ris. Sexto & vlt. procedit dummodo citetur, Pe-
trus in sua praxi numer. 14. Ang. leg. 1.ff.de iud.
Doct.comm.leg.oratione ff.de ser. Calcan. consil.
18.nume.6.Capic.decisio 1.nume. 14. Angel.leg.
iudiciu nume.29.C. de iudic. Decimo factum de-
functi per hæredem confirmari debet Alba cons.
73.nume. 3. Fallit quando hæres non habet illud,
quod tenebatur testator ei relinquere, Curt.cons.
1.gloss.l.2.vers.familiæ C.de inoffic.don. vbi com-
13 mun. Doct. l. 2. C.si quid in fraud. † patr.not.leg.
cum à matre C. de rei vend. ratio huius 10. dicti
est quia censetur eadem persona cum defuncto l.
fin. C. de impub. Secundo quia ex qua persona
quis lucrum capit not. l. secundùm naturam ff.de
regulis iur. Alba.dicto consi.73.nume. 2.Rol.cõs.
97.nume.48.volum.1.consil. 57.p.3.numero 72.
14 Vndecimo furtum † non soluitur morte, quoad
restitutionem faciendam per hæredem, Doct.cõ.
leg. si pro fure ff. de cond. fur. Baldus leg.1.C.ne
ex delicto defuncti, Duodecimo hæres repræsen
tat personam defuncti, Ias.leg.duos nume.3.ff.de
leg.1.leg.re coniuncti nume. 99. ff.de leg. 3. Fallit
15 in his quæ sunt facti, Ripa leg.hæredes † nu.137.
ff.de vulg. Decimotertio interdictũ recuperandæ
16 datur hæredi, sicuti defuncto † dabatur leg. 1. §.
hoc interdictum ff. de vi, & vi arm.quia vna, ea-
demque persona censetur, §. 1. auth. de iure iur.
à mor.præst.leg.cum quidam §. fiscus ff. de vsufr.
leg. is cui ff.de reg. iur. ideo vtitur iure defuncti,
Socin.leg.rem quæ nobis colum.6. ff.de acq. poss.
& licet possessio defuncti non transeat sine noua
apprehensione leg. cum hæredes ff. de acq. poss.l.
Pomponius §.quæsitum ff.eod.l.si homo ff.de vsu
cap.l.14.apparet ff.de crim.expil. hæred.l.1.§ sce
uola ff.si quis test.lib. esse iussus fuer.l.si sorori.C.
de iure delib.§.1.auth. de iure iur. à mort. præst.
Doct.c.cũ sit de appell.1. C. de edicto Diu. Adri.
toll.Cin.l.ea lege C. de cond.ob causam, tamen si
defunctus spoliatus fuisset sua possessione eius hæ
res restitui ante omnia deberet. fallit si defunctus
possidebat tempore mortis, quia tunc hæredi non
competit interdictum recuperandæ, sed adipiscen
dæ Alex.d.l.cum hæredes, & consi.40. vol.3.Af-
flict.lib.2.const.regni in Rubr. circa violent. col.
3.nume.3.Decis.Bon.12.nume.1.& seq. in term.
dummodo intra annum spoliati hæres nomine te
statoris agere velit, gl. cap.cum ad sedem vers.in-
terdictum de rest.spol. cap. significauerunt de te-
17 stib.vbi † Abb.in 3.not.Tiraquel.in tract.le mors
lasit le vif.6.p.decl.4.,nu.8. Iac.Menoch. in tract.
de recuper.poss.Remed.1. nume. 364. secus post
annum Benedictus cap.Raynutius versic.Mortuo
nu.78.de testam.Didac.lib.vlt.var.reso.cap. 5. nu.
5.Zuchard.leg.fin. nume. 108. C. de edicto Diu.
Adri.toll.Alex.consi.83.num. 3.volum.2.Afflict.
c.1.§.sciendum,in fine de feud.cogn.sed nunquid
hæres sit restituendus, quando mortuo patre vera
18 possessio statim à spoliatore occupatur? † Resp.
quod sic Ias.consi.85.col.1.vol.3.consi.146.lib.4.
vol.4.Ripa l.1.§.hoc interdictum nume.14.ff.quo
rum bon.l.fin.nume.135.C.de reuoc.don.cons.1.
num.48.lib.1.Respon. Cephal.cons.47. numero
41.Alciat.Responso 250.nume. 14. Crot. leg. 1.
num.44.ff.de acq.poss.Rebuff. in comment.Reg.
Consl.vol.3.tit.de mater. poss. numer. 41. Tiraq.
tractat.le mors saisit 6. p. decl.4.nume. 4. Decius
cons.84. Paris.consi.41.nume.12.vol. 1. Bellonus
consi.35.nume.8.Didac.dicto lib.3.var.resol.cap.
5.nume.6.Alex.consi.37.nume.5.vol.1.consi.87.
numer. 9. vol. 3. contrarium tenuerunt nonnulli
hac in re sibi ipsis contrarij Alex. leg.in suis num.
9.ff.de liber. & posth. Zasius consi. 10.numer.22.
vol.1.consi.54.num.35.lib.3. Alciat. tract. præ-
sumpt.Reg.3.nu.6.Zuchard.leg. fin.numer. 107.
C.de edicto Diu. Adri. toll.Bereng.l. naturaliter
§.nihil commune nume.77.ff. de acq.Corras. lib.
6.Miscell.iur.capitulo 14.numero 4.Bal.auth.de
functo col. 3.C.ad Tertull.Decimoquarto huc idẽ
19 est in remedio adipiscendæ, † quod datur etiam
fœminæ Curt.consi. 21.nu.7. Brun. cons. 1.nu.8.
Afflict.decis.119.Guzzad.consi.7. colu. 1. Ruin.
cons. 18.nume.20.volum.1.Paris. cons. 22. num.
66.vol.1.Socin.Iun.cos.75.num.28.lib.1. Alciat.
cons. 257. Tiraquell. in tract. le mors saisit p. 4.
decl. 5.num.21. Port.cons.1.nume.47.Rol.cons.
2. numero 27. volumine 3. dicit com. esse refert.
Iac.Menoch.in tract.de adpisc. Remed. 4.numer.
375.ad quem te remitto, qui latè de his loquitur.
20 Decimoquarto ius patronatus † transmittitur
ad hæredes Rochus in tract.de iur. patr. vers.ipse
numero primo & seq. latè in termin. per totum
declarat.

Decimoquinto præscriptio continuatur in hæ-
redem, Bartol.leg.litigator C.de fruct.et expens.not.
leg.cum hæres ff.de diuers. & tempor. præsc. leg.
sequitur §.fructus ff.de vsucap. Ioan.And.in add.
21 ad Specul.§.si.tit.de præsc.† Doct.com.C.si diligen
ti de præscript. Paulus l. sequitur §. si hæres ff.de
vsucap. Punt.l. Pomponius §. 1. ff. de acq.hæred.
Bal.l.Ancillæ C.de furt.

Decimosexto pignoris obligatio non soluitur
22 Morte, sed ad hæredes transit † quando est anne-
xa cum principali obligatione l. eum qui ita ff. de
verb.oblig. §. si ex conditionali Inst. eodem Paul.
consi.415.nu.7.vol.pr.
23 Decimoseptimo publiciana, † quæ compete-
bat defuncto hæredi competere potest, no.Doct.
leg.1.ff.de publ.leg. cum sponsus §. is cui ff. eodẽ
Alex.consi.88.consi.90.volum.3. Baldus leg.Cel
sus in 2.p.nume.4.ff.de vsucap.

Decimooctauo Dominium non soluitur Mor-
te Doct.

te Doct.comm.l.cum hæredes,ff.de acq. poss.§.fi.
inst.de hæte.qual.& diff.in suis.ff.de liber.& po-
sthum. vnde ex dominio existente penes defun-
24 ctum successor rei † vendicatione agere potest.l.
domum.C.de rei vend.l.siue possidetis.C.de pro
bar.Paris.consi.104.num.111.vol.1.

Decimonono pactum de retrouendendo tran-
sit etiam ad hæredes. Aug. Ber. consi.163.nu.2.
25 nu.13.vol.1.consi.164.nu.9.eod. vol. † Doctor.
com.l.2.C.de pact.inter empt.& vend. Ale.cons.
10.vol.1.l.qui fundum.l.fundi partem.ff.de con-
tra.empt.l.si sterilis.§.si tibi. ff. de act. empt.l.fi.ff.
de contr.empt.

Vigesimo, salarium quod assessori debitum
26 erat, post eius mortem hæredi debetur † Doctor.
comm.l.diem functo.ff.de offic.assess. Alba.consi.
91. ampli.idem esse in salario aduocati.Curt.d.l.
diem functo,num.53.vbi Ias.num.38.Dec.num.
15.Secundo ampl.in Doctore legente: Calefatus
l.1.num.265.ff.de offic.eius.Tertio ampli. in me-
dicis Cephal.consi.6.volum.1.Viu.lib.1.comm.
opin.versi.87. Emanuel. tractat. de comm.opin.
versic.mortui.

27 Vigesimoprimo mortuorum † scripturæ for-
tius probant,not.l.scripturas. C. qui pot.in pign.
habeatur Paul.consi.134.Ias.l.admonendi, colu.
46.ff.de iure iur.Crau.consi.6. numer.53.Decius
consi.42.Bal.l.comparationes. C. de fide instru.l.
inter cartulas.C.de conu.fisci lib.10. Decisi.Nea-
pol.40.Decisio.Cap.Thol. 496. Paul. consi.301.
volum.1.habet enim mors vim iuramenti Dec.l.
28 1.colum.2.† C.de edendo,not.c.2. de fide instru.
Bart.l.admonendi,colum.7. ff. de iure iur. Boer.
decisi.105.item mors notarij vim habet signi, &
subscriptionis.Alex.consi.14. lib. 1. Curt.consil.
162.col.2.Ias.l.1.col.3.ff.si certum petatur. Doct.
29 l.contractus. ff. da fide instrumen. † Præterea in-
strumentum notarij mortui carens aliqua solen-
nitate semiplene probat, quod aliàs viuens nihil
probaret.Bartol.l.admonendi,column.octaua.ff.
de iure iur.Ale.consi.59.volum.2.consi.187.vo-
30 lum.7.Corn. consi. 22. lib. 3. † Quarto mors te-
stium habet vim recognitionis l.scripturas.C.qui
pot.in pigno.hab. Paul. consi.134 lib.1.Contra-
rium tamen tenuit consi.405.lib.2. Decius consi.
42.Socin.consi.274.lib.2.Bal.consi.476. lib.5.ra
tio prædictorum est quia nemo præsumitur mori
31 in peccato cum † mendacio.§. fi.inst.de iniur. Cra
uet.in term.consi.158.num.7.late.

Vigesimosecundo mortui testis fides augetur,
quia in mortis articulo mortis æternæ memor es-
se præsumitur l.fi.C.ad l.Iul.repet.c. sancimus.7.
q.1.c.significauit, de hom.Bal.consi.476. volu.5.
32 † Calder.consi.25.de testam.consi.15.tit.de vsur.
Bart.& Doct.l.si quis in graui.§. si quis moriens,
ff.ad Syllan. Curt.consi.70.cap.licut, de testibus.
Barbat.consi.30.lib.1.Corn.consi.186.lib.1.Cra
uet.consi.6.num.52.Fallit quando esset in præiu-
dicium alterius, quia tunc tantum præsumptio-
nem faceret, Bal.& Saly.auth.si dicatur. C. de te-
stibus, glo.& Aug.l.maior.C.de calumn. Ale. con
sil.quartodecimo,volum.3.Socin.consi.54.volu.
tertio, sed ad hoc vt dictũ morientis probet opor
33 ter † quod parte citata, & authoritate iudicis exa
minetur, satis enim est quod respondeat super in-
terrogatorijs substantialibus, Barbat.capit. Ruy.
column.tertia, de testament. Ioann. in practic.de
arte test.caut.11.num.5.

Vigesimotertio quælibet dispositio vlt.volun.
nostræ accipit vires à die mortis disponentis, vt
34 testamentum,l.prima,ff.de leg.3.† de testament.
Codicillus l.1.C.de iure codicill.Legatum.l.3.ff.
de leg.3.§.legatum.inst. de legat. & donatio.causa
mortis.§.in summa.inst.de donat. causa mort. de
quibus per Doct.inst.de testam.in princi. Rolan.
in tract.de dona.causa mort. nume. 2. dixi ego in
tract.de Defin.defin.76.num.1.& defin. 77.& se
quenti,num.6.latè.

35 Vigesimoquarto vsurarij † hæres tenetur om-
nia bona acquisita per vsuram restituere glo. §.1.
versic. vnam auth.de iure iur.a mor.præst.gl.l.hæ
res,ff. de vsucap. cap. tua nos de vsur. Innoc.cap.
Michael de vsur: Senens.consil.11. Salycet.l.1.
C.ne ex del. def.num: 8. auth.ad hæc C. de vsur.
l.1.vbi Bart.nu.8.ff.de priu.del.Paul.l.mulier, nu
mero 4. ff. de condit. instit.idem Rubr.ff.de acq.
hæred. num.4.

Vigesimoquinto vsucapio non finitur Morte,
36 sed continuatur in hæredem † glo. §. 1.versiculo
vnam auth.de iure iur.à moriente præst.l. hæres,
ff.de vsucap.distingue, ut per gl. l.eum qui.§.pre-
tor uersiculo nec poterit,ff.de publ. in rem act. l.
cum miles,ff.ex quibus caus.maior.l.nunquam,
§. vacuum, ff. de vsucapion.l.cœptam, ff.eodem
titulo Tyraq.in tract.le mort saisit p. 1.Declar.4.
numero 4.

37 Vigesimosexto pœna, † quæ à leg. imponitur
transit ad hæredes l. si ipsa, ff. quod met. causa,
l.in hæredem ff.de calumn l.Caius, ff. ad Syllan.
cap.parrochiano de vsur.Doct.cap.fin.de præs. c.
in nostra de testibus,l.furti C.de furt.cap. quam-
quam de vsur. 6. Berta.in tract. de Gab.4.parte,
numero 31.

38 Vigesimoseptimo vidua † cõmittens stuprum
post mortem viri non priuatur dote,sicuti priua-
retur per adulterium eo viuente, Alexand.l.soro
rem C.de his quibus,vt indign.Iason.l.fideicom-
missum numero 3. C.de fideicomm.Dec.cap. pa-
storalis,num. 8.de iud.l.cum quædam, nu.12.ff.
de iurisd.omn.iud. Gulielm.l.in ambiguis, num.
39 208. ff.de reg.iur. † minor enim est iniuria, quæ
fit mortuo,quàm ea, quæ fit viuenti Didac. 4.lib.
Decret.2.p.c.7.§.6.nume. 10. Castan.consuetud.
Burg.Rub.des.4.§.6.nume.80.Duan.Reg.12.li-
mit.3.in fi.latè de hoc.

40 Vigesimooctauo mors non soluit, quod † loco
defuncti subrogatur.l. si eum §. qui iniuriarum,
ff. si quis can. §. fuerat institut. de actio. nihil e-
nim perpetuum esse potest, nisi per subrogatio-
nem, l. eum debere, ff. de seru. vrb. præd. leg.
41 quædam, † §. nihil ff.de edendo capit. Ecclesia il
primo, vt lit. pend. Dec. consi. 3.numero 2. con
sil.182.num.10.consilio 432. numero 20. Ceph.
consi.20.num.2.Alba. consil.72.nume.18.Oli-
uer.in tract.de success.ab intest. numero 21. Soc
cin.in tract.fall.Reg.375.Soccinus Iunior,l.1.nu-

mero 24 r.ff.de leg.1.l.1 .nume. 147. ff. sol.matr. Bart.leg.pater nume. 19.ff.de inoffic.testam.dum modo tendat ad idem, secus autem si ad diuer-
42 sum dirigatur l. cum † fundo §. si fundus ff. de iur.dot.Bart.l.compertimus nu.4.C.de prox.sacr. scrin.lib. 11. Alex.l. certi numer. 7. ff.si cert.pet. Dec.l.cum pro eodem nume.8 r. C. de seut. quæ pro eo Tobia.§.sed neque nume.5.inst.de testam.
43 nam subrogatum dicitur illud, † quod in alterius loco ponitur, Gammar. in sua Dial. leg.lib. 2.ca. de subrogato.

Vigesimonono, excipiendi ius Morte non soluitur, sed transit etiam in vniuersalem succes-
44 sorem, Bart. leg. in † hoc §. si inter. ff.com. diu. Alexand.leg.si tibi §.pactum ff. de pact. Bart.leg. si tertius §.si prius ff.de aqua pl.arc. Doctor.cap. quia de iudic.

Trigesimo filius in locum patris mortui succedit leg.fin. C.de impub.§.fina.inst.de patr.pot.
45 Ceph.consi.134.nume.8.Fel. cap.afferte † col.2. de præs. est enim filius pars corporis patris leg. cum scimus §.fin.C.de agr. & cens.lib. 11.Tiraq. leg.si vnquam. in princ.numero 15. C. de reuoc. don.vnde in fideicommissum succedit in locum patris; & in nomine ius, quod regulariter transfertur ad suos gl.leg. cum ita §.in fideicommisso
46 † ff.de leg.2.Alex.consi.26.lib.3.Socin.consi.51. nume.19.vol.4.Ias.consi.215.vol.2.Bertr.consil. 256.vol.3.Ruin.consi.12.nu.14.vol.1.com.dicit Crau.consi.67.nu. 5.Dec.consi.76. Gozza.consi. 4.nu.16.Paris.consi. 76.nu.6. vol.2.Cor. consil. 102. vol. 2. Duran.in titulo de art. test. Artic. 5. caut.27.§.cum filius inst.de hæred.qual.& differ.
47 vnde stante statuto † quod nemo habeat officiũ in ciuitate, nisi habeat centum pro æstimo, si filius non habeat ęstimũ satis est quod pater habeat adhoc vt filius admittatur ad officiũ glo.l. 2. C. qui ætat.lib. 10.Ampl.etiam si seorsum habitarẽt Bald.l.prætor §.sed si ff.ad æd.add. ad Bartol. l.fi. nu.3.C.de impub.gl.& doct.d. l. cũ scimus C.de agric.& cens.lib. 11.

Trigesimoprimo Mortuo Monaco non expi-
48 rat † substitutio, nec fideicommissum, quia illud habetur loco filij glo. auth. nisi rogati C. ad Trebell.gl.& Bart.l.si ita §.ea lege ff.de verbor.oblig. Cephal.consi.62.nume.5 r. Nicholaus de Vbald. in tract.de success.ab intest.q.2.nu.6.Alex.l.verũ ff.de verb.oblig. Afflict.decis.320.nume. 9.cap.fi. §.nunc autem 19. q.vlt. Doct.com. auth.ingressi C.de Sacr.Sanct.Eccl. Aug.Ber.c.in præsentia nu.
49 260.de probat. † Fallit hoc dictum quãdo testator expressit quòd Monachus non succedat, Dec. d.capitulo in præsentia num.58.consi.259.col.2. Alc.cons.502.nume.4. Cum.l. si ita §. is cui ff. de leg.2.Didacus.lib.1.var.res.capit. 19.nume. 18. Lup.Rubr.de don.int.vir.& vx. §. 47.nu. 8. Cagnol.l.2.nu.122. C.de pact. inter.empr. & vend. Ripa.l. ex facto §. si quis rogatus numer.9. ff. ad Trebell.Æmil.consil. 109. numero 17. Secundo fallit quando Monasterium est incapax bonorum, vt dixi super. in 1. p. Tertio fallit in successione feudi, & hoc quando monasterium commo
50 dè præstare non potest seruitium debitum † Afflict.Decisio.320.in term.Capic. Decis.10.num. 30.vbi dicit hãc esse com.conc.Afflict.Decisi.83. nu.14. vbi dicitur quòd monasterium dicitur filius fictus Boer. Decisio.354.nu.4.

Trigesimosecundo seruitus realis non soluitur Morte sed transit ad successorem, etiam singula-
51 rem, † Doct.com.leg.cum fundo ff. de seru. rust. præd. Din.leg.fin.ff.de nou.oper.nunc. Florian.l. vt domum ff.de seru. Angel.leg. fluminum §.adijcitur ff. de damno infecto, Bart. leg. si sub vna §. 1.ff.de verb. obligat. Alexand. leg. stipulatio ista §.hi qui ff.de verb.oblig.gl.l.3. §. opus ff. de alie. iud.mut.causa fact.

Trigesimotertio successor in ius defuncti eo iure, quo ille, vti debet cap. is qui de reg. iur. 6.l.
52 qui † in ius ff. eod. tit. Doc.l.quædam §. nihil ff. de ædendo Ias. l. ait prætor numero 5.ff.de iure iur. Alex.consil.12.nume.8.vol.4. non enim melioris conditionis successor est quàm sit auctor l. nemo plus l.in omnibus ff.de reg.iur. quod intellige in iure reali, in casu actio iniuriarũ transit ad hære-
53 des, † quando continet rei persequutionem Din. d.cap.is qui nume. 12. l.iniuriarum ff. de iniur. l. pœnales ff.ad l.Falc.§. sed hæredibus inst.de perpet.& tempor.act.l.fin.ff.de naut. fœn.l. 1. ff. de priu.del.gl.l.fin. C.de hæred.vel act. vend. leg.si eum §.qui iniuriarum ff. si quis caut. conc.l. hæ-
54 redem † ff. de reg. iur. ibi hęredem eiusdem esse potestatis iurisque, cuius fuit defunctus constat l. hęres ff.de acq.hæred.leg.cum hæredes ff.de acq. poss.Cagnol.leg.2.nu. 45.C. de pact. inter empt. & vend.
55 Trigesimoquarto † Mors inimicitiã non tollit, vnde sepulchra hostium defunctorum de iure ciuili violari possunt Marf. leg. fina. nu. 53. ff.de q.Doct. leg. sepulchra ff. de sepulchro viol.

Trigesimoquinto Mortuo priuilegium dari potest, vt ille, qui viuus in ciuitate permanere nõ potuit in eam mortuus inferatur Dec.l. Neratius nu.3.ff.de reg.iur.
56 Trigesimosexto Mortuus † absolui potest ab excommunicatione glo.ca. à nobis il secondo de sent.exc.Cagnol.d.l.Neratius nu. 2.& hoc quando apparet viuum iniustè fuisse excommunicatum gl.summæ 34.q.2.c. fin.ead.q. Ioan.de ligu. tracta.de cens.Eccl.§.26.q. 35. nume. 21.sicuti è
57 contra post Mortem † quis excommunicari potest gl.cap.ad hæc de priuil. Henric. Boic. cap. à nobis nume.17.de sent.exc.& ad funus ducendo Mortuum excommunicatum incidit quis in
58 excommunicationem cap. sacris de sepult. † vbi Abb.& c.cum ad Monasterium de stat. Monach. in princ.c.is cui.§. talis de sent.exc. 6. Marsil.l.fi. nu.43.ff.de quæst.

Trigesimoseptimo vbi quis viuus manere nõ pôt nec etiã Mortuus sepeliri poterit Dec.l.is qui
Morte priuilegium, not. l. sciendum. §. fin. ff. qui sa
tisd. cog. §. illud auth. vt const. quæ de dign. Ioan.
And. cap. decet de reg. iur. 6. not. leg. secunda. §.
oportet. ff. de exc. tut. Fulgos. consi. 52. Imol. consi.
77. Mart. tracta. de fisco concl. 198. Anan. consil.
105. Dec. auth. præterea. C. vnde vir. & vxor. leg.
in omnibus. ff. de reg. iur. Ripa leg. ex facto. ff. de
vulg. leg. 2. §. qui ad munera. ff. de vacat. muner.
quod dictũ procedit in muneribus consummatis.
leg. incola. ff. ad municipales, secus à futuris, quia
ses deuenit ad casum, à quo non potuit initium
sumere. leg. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2 Bald. consil.
117. volnmine primo, Ripa leg. ex facto numer.
17. ff. de vulg. Soci. leg. si cum dotem. §. si maritus
ff. solut. matrimon. quod autem extincta causa
148 efficienti non soluatur dispositio apparet, † quia
mortuo legislatore adhuc viget dispositio legis,
præsertim cũ effectus causæ fuisset consummatus.
leg. fin. ff. vnde liber. leg. inter stipulantem. §. sa-
cram, versic. nec reuocantur. ff. de verb. oblig. vbi
Ias. numer. 4. leg. patre furioso. ff. de his, qui sunt
sui leg. qui res. §. aream, ff. de sol. leg. Tutelas. ff.
de cap. dim. gl. capit. quæris versic. contrahitur de
consecr. distin. 4. capit. de bigamis, de bigamis. c.
sanè de renunc. c. fin. de offic. leg. Doct. l. generali-
ter. C. de Episc. & Cler. Bald. tract. præs. 3. p. q. 9.
Ozer. §. 1. nume. quinto, inst. de exhær. liber Curt.
Iun. leg. secunda, numero 78. C. de reuoc. don.
Grat. consilio 63. numero 37. volumine secundo,
Secundo reuocatio donationis ob superuenien-
tiam filiorum, non cessat si ipsi moriantur Tiraq.
leg. si

l. si vnquam versic. susceperit numer. 103. C. de reuocan. donatio. Tertio mater non reasumit tutelam post mortem secundi mariti. §. quia auth. vt sine prohib. matr. & auiæ. Quarto fœmina semel exclusa ob masculos perpetuo exclusa dicetur, etiam si masculi moriantur sicuti perpetuo retinet hæreditatem ille, cui delata est ratione agnationis; licet agnatio per mortem extinguatur Tiraq. tract. cessante causa fall. 12. numero 14. Quinto quando causa, & effectus sunt indiuersis subie-
149 ctis, † vt patet & filius, mortua causa, quæ est pater remanet adhuc filius eius effectus Bald. capit. cum cessante de appell. not. leg. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui leg. qui libertinos. ff. de oper. libert. leg. secunda. ff. de excusat. tutor. Sexto, & vltim. quando plures personæ ad idem concurrerent nisi coniunctè requirantur ad actum; vna sublata, vel extincta, & mortua non corruit actus
150 not. leg. si non lex † ff. de hæred. inst. Tiraq. d. tract. cessante causa limit. 22. numero primo, & numero 15. & not. quæ scripsi pro declaratione huius, tertia p. in tractat. de reg. iur. Reg. 6. numero 120. & sequen. Brun. in tractat. de interitu Marf. leg. fina. de quæstio.
151 Sexagesimoprimo † not. quòd licentia non reuocatur Morte; & ideo si data est clerico, quod recipiat ordines à quocunque Episcopo durat etiam mortuo concedente Card. Clem. fin. colu. 5. de elect. Clem. dudum. §. si idem de sepult. Bertach. ver. licentia numer. 100.
152 Sexagesimosecundo † crimen hæresis non extinguitur morte ita in puncto in directorio Inquisitorum secunda parte, capitulo filij numero primo, pag. 147.
153 Sexagesimotertio † Mortuus censetur viuere propter virtuosum actum gestum Bonif. Clem. prima, §. transituros nu. 2. de rel. & ven. sanct.
154 Sexagesimoquarto † Mortuo actore, & mortuo accusato ad huc durat iudicium, si interest rei & aduersarij Bonif. de vital. Clem. prima, numer. 12. & seq. vt lite pend.
155 Sexagesimoquinto † Mors Domini non est iusta causa ab inceptis negocijs desistendi, sed benè noua non inchoandi Alber. leg. nam & seruius. numero 5. ff. de neg. gest.
156 Sexagesimosexto † Mortuo, vel sublato ordinario durat iurisdictio in delegato Albe. leg. venditor num. 2. ff. de iud.
157 Sexagesimoseptimo † Mors eius, cui promissum est cōtingens ante euentum conditionis non impedit transmissionem rei promissæ Goffred. l. huiusmodi numero primo, ff. quando dies leg. ced. ex quibus redditur expeditus præsens Tractatus Mors Omnia Soluit.

# FINIS.




# DE SEPVLTVRIS
## SEBASTIANI MEDICIS
### FLORENTINI IVRECONSVLTI
### Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

*S V M M A R I V M.*

1 *Actus hominum prodesse debent, aut viuis, aut defunctis.*
2 *Sepulturæ officium Christianum obsequium est.*
3 *Sepultura prodest viuis atq; defunctis.*
4 *Defunctis quomodo prosit sepultura.*
5 *Vtilitas triplex sepulturæ.*
6 *Requies defunctorum est in sepulchris Christianorum.*
7 *Sepeliri vtilius est, vbi plura suffragia fiunt.*
8 *Inuocatio diuini nominis quid operetur:*
9 *Diuisio quęlibet debet esse bimembris.*

*Præfatio totius Tractatus.*

1 OMNIS actio † nostra prodesse debet, aut uiuis, aut defunctis, officium sepulturæ Christianum obsequium est,
2 & fidei bonæ † testimoniū c. non æstimem. 13. q. 2. quod quidem prodest tum uiuis, tum etiam defunctis, uiuis
3 quidem, & quantum ad corpora, † & quantum ad animas; Quantum ad corpora, ne cadauerum aspectu offendātur, & fœtoribus afficiātur. Quao tum uerò ad Animas, qoia per hoc officium fidem resurrectionis profitemur deponentes corpora, unde postea cum dotibus gloriæ resurgeāt: & propterea sepultura unum ex operibus miseri cordiæ est, quo in Charos nostros, & necessarios, etiam à oobis decedentes affectum ostendimos.
4 Defuncti † quoque sepultura beneficiū est; Nam sepulcra inspicientes eorum memoriam retinemus, & pro eis oramus, & alia offerimus suffragia Dom. Soto in 4. sent. dist. 45. q. 2. artic. 3. Tab. uerb. sepultura nume. 1. cap. cum grauia 13. q. 2. S. Ant. p. 3. tit. 10. c. 1. §. 3. de utilit. sepult. dicens triplicem esse utilitatem sepulturæ in loco sacroi
5 Prima est intercessio illorom sanctorū † ad quorū honotē fabricata est ecclesia propter honorem & deuotiooem eligentis ibi sepulturam, ad eos cap. non æstimemus 13. q. 2 alia utilitas posita est supra nume. 4. Tertia est, quia in sepulcris Chri-
6 stianorum requies † est defunctorum c. Aurum, 12. q. 2. Nam ibi minus oexantur à spiritibus in mundis cadauera eorum, unde onicuique melius & utilios est sepeliri ubi fiunt plura suffragia missarum, & orationum, & à deuotioribus ministris, ita S. Ant. d. loco. Cum igitur officium sepul
7 turæ utile dicatur † esse corpori, & animæ, tam uiuo quàm defuncto; otilissimum esse duxi, non nulla quæ à Doctoribus sparsim ploribus io locis tradita sunt de Sepulturis, in isto breui uolom. congerere, & inuocato (more solito) diuino tri-
8 nitatis præsidio, quod nobis præstet bonom † initium, melius medium, & optimum finem, ot dixi in tract. de leg. & stat. in proœm. p. 1. num. 2. qoia
9 omnis bona † diuisio esse debet bimembris, quēadmodum dixi in proœ. de fort. cas. nu. 3. Totū hoc opus diuidā in duas partes, in quarum prima dicam de qoiditate sepulturæ, de differentijs eius, de loco ubi sit ponenda, & ubi sepeliri debeat non eligens sepulturam quis illam eligere possit, quibus interdicatur sepultora, quomodo, & quando transferatur tam inter uiuos, qoàm in ultimis uoluotatibus, siue tam ex testamento quam ab intestato, in secunda autem dicemus de sumptibus faciendis occasione sepulturæ, ad quàm pertineaot, & contra quem detur actio ipsorum, nec non de Canonica portione, quæ quarta nuncupator, quibus expletis finis erit huius tract. de sepolturis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Sepultura quid sit.*
2 *Sepulchrum quid sit.*
3 *Definitio qualis esse debeat.*
4 *Sepultra in Ecclesiastico Cæmiterio ponitur.*
5 *Catholicus, qui non est non sepelitur in sacris.*
6 *Corpora in sepulturis Ecclesiasticis non vexantur à spiritibus in mundis.*
7 *Catholicus quilibet sepeiri debet in Ecclesiastica sepultura.*
8 *Locus sepulturæ vbi debeat esse.*

Quæst.

## *Quæst. I.*

1 PRIMO quæro,† quid sit se-
pultura? Resp. Sepultura est
locus concauus, quo in eccle
siastico cemiterio corpus ca-
tholici conquiescit S. Ant. 3.
p.tit. 10.c.1.§.3. Tab.verb.se
pultura numer.2. dixi ego in
tract.de defin. 32. numero 1.
Card. Clem.dudum §. huiusmodi num.2.de se-
pult. Host.tit.de sepult.nu.1.Angel.Sylu,Pisan.&
Ros.vers.sepultura nome.1.Abb. Rub. de sepult.
nume.1.& hoc intelligas de sepultura Ecclesiasti
2 ca, nam aliàs dicitur † sepulcrum, vbi corpus os-
saue hominis condita sunt l.2.§.sepulchrum ff de
Relig.& sumpt.funer. definitio primo loco posi-
ta est bona, quia conuertitur cũ suo definito, &
3 constat † ex genere, † & differentijs, ut late dixi
in tract.de defi.,p.1.q. 4 per totam, quod autem
sit locus concauus probatur c.pœn.ver. effudit de
4 sepulturis. Secundo † quod sit in Ecclesiastico
cœmiterio probatur c. aurum 12.q.1, Tertio scili-
cet quod corpus catholici &c.ca. sacris de sepult.
qui enim non est catholicus, non est sepeliendus
5 in loco sacro, † omnibus tamen catholicis, licita
est sepultura Ecclesiastica, nisi nominatim repe-
riantur prohibiti c. in Ecclesiastico, c. conquestu
12. q. 2. Quatro quatenus dicitur ibi requiescit.
6 quia defunctorum † corpora ibi requiescunt, nã
ratione consecrationis loci non possunt ita cor-
pora vexari spiritibus immundis, quemadmo-
dum alijs in locis,& hæc fuit ratio quare corpo-
ra catholici sepelirentur in cœmiterijs Ecclesia-
rum gl. c. cum grauia tertiadecima q. secunda.ex
hac definitione duæ eliciontur conclusiones, qua-
7 rum prima est. † Quod omnibus catholicis regu-
lariter concedenda est Ecclesiastica sepoltura, nisi
specifice reperiantor prohibiti, si quis tamen In
pœnitens decederet in peccato mortali, vt publi-
cus vsurarius, non sepeliretur in Ecclesiastica se-
pultura not.c.pro obeuntibus 13.q.2.gl.c.fin.88.
8 distin. Secunda † sit conclusio, quod locus sepul-
turæ catholici esse debet in ecclesiarum cœmite-
rijs. Abb. rubr. de sepult. numer. 3. vt dicam de
his latius infer. suo loco.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepultura quot modis accipiatur.*
2 *Sepultura accipitur pro terra, vbi aliquis sepeliendus est.*
3 *Sepultura quid sit.*
4 *Sepultura accipitur pro obsequio quod impenditur.*

## *Quæst. II.*

1 SEcondo quæro, † quot modis acci
piatur Ecclesiastica sepultura?
Resp. Pluribus modis, & primo
2 dicitur possessio, † siue terra vbi
aliquis sepeliendus est. Secundo
modo accipitur pro vt dictum
3 est in 1. q. Tertio † modo accipitur sepultura pro
4 officio qđ impenditur sepeliendis † Ang. versic.
sepoltura nu. 1. Tab.d.loco num.2. Host.tit.de se-
pult. num.1. Astens. tit. de sepult. lib.6.tit.31.art.
1. Pisan, ver, sepul. il 1.§.1. de primo habetur c.ao-
rum 12. q. 2.c. secundum 24. quæst.8. de secundo
habetur 13.q.2.c.1.& seq. de tertio dicitur c.præ-
cipiendum 13.q.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Differentia sepulturæ, sepulcri, monumenti, cœmiterij, sarcophagi, & similium.*
2 *Sepultura quid differat à sepulcro.*
3 *Sepulcrum quid sit.*
4 *Monumentum quid sit.*
5 *Cæmiterium quid sit.*
6 *Sarcophagus quid sit.*
7 *Cenotaphium quid sit.*
8 *Depositum quid sit.*
9 *Nomen diuersum producit, diuersum effectum.*
10 *Dantes Poeta laudatur.*
11 *Tumulus quid sit.*
12 *Arca vocatur etiam sepultura.*

## *Quæst. III.*

1 TErtio quæro, † an differant inter
se, Sepultura Sepulcrum, Monu
mentum, Cæmiterium, Sarco-
phagum, Cenotaphium,& depo
situm? Resp. Quod sic, nam se-
pultura proprie sumpta, est lo-
2 cus concauus in ecclesiastico cæmiterio † factus,
in quo corpus catholici conquiescit, sepulchrum
3 autem est, obi corpus † ossaue hominis condita
sunt l.2.§. sepulcrum ff. de relig. & sumpt. funer.
4 Monumentum uerò est quod † memoriæ seruan-
dæ gratia existit d.l. 2.§ monumentum, unde mo
numentum sepulchri id esse diuus Adrianus re-
scripsit, quod monumenti causa muniendi eius
loci factum sit, in quo corpus positum sit l.fune-
ris §.monumenti ff.de relig.& sumpt. fun. & in l.
monumentum ff. eod. dicitur monumentum ge-
neraliter res, q̃ est, memoriæ causa in posterũ pro
dita, in quam si corpus, uel reliquiæ inferantur,
fiet sepulcrum, si vero nihil eorum, erit monumẽ-
tum, memoriæ causa factũm; & sic proprie monu
mentum, est cum in eo ad hoc cadauera condita
iam sunt, & dicitur monumentum à monendo,
quæ sunt in sepulchris dicta, unde monumẽtum
dici potest, quicquid ob memoriam alicuius fa-
ctum est quasi moneat mentem. Asinius leg.2.§.
monumentum nume.6.ff.de relig. & sumpt.fun.
5 cœmiterium † autem dicitur locus, qui deputatur
sepulturis Cardin. Clem.1.q.4. de sepult.& dici-
tur deputatum per benedictionem, non ante, cu-
ius appellatione nõ continetur ecclesia cap. 1.de
consecr.eccl. nam eo polluto nõ polluitur ea, nec
sat est quod ibi aliquis sit sepultus, sed requiritur
6 quod sit benedictum ab † Episcopo Card. d.loco
q.7. Sarcophagus quoq; pro sepolcro poni cõsue
uit l.funeris ff.de relig.& sump.fune. Est enim Sar
cophagus lapidis genus fissili uena, qui corpora
defun-

defunctorum condita in eo absumit intra quadragesimum diem exceptis dentibus, ideo nomen habet à carne edenda, unde conuenienter pro sepulchro poni consueuit l. funeris. vbi Asin. num. 4. ff. de relig. & sumpt. funer. Cenotaphium præterea est vacuum sepulchrum, & differt à puro sepulchro, quia purum sepulchrum est, in quo nemo sepultus sit. Cenotaphium autem in quo, &
7 † si ossa non condatur, alicui tamen positum est, at cum non sit Religiosum vti & monumentum, meritò eadem ratione vendi potest. l. familiaria, §. si adhuc, ff. de relig. & sumpt. fun. num. 7. depo-
8 situm verum est capsa † in alto posita, in qua corpora defunctorum conduntur, quæ deposita tolluntur à Pio Quinto in Bulla, quæ incipit cũ primum de anno 1566. Calend. April. per illa verba ibi, (& vt in ecclesijs nihil indecens relinquatur ijdem prouideant, vt capsæ omnes & deposita, seu alia cadauerum cõditoria super terra existentia omnino amoueãtur, prout aliàs statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur &c. quæ omnia licet pro-
9 priè differant † nomine, & per consequens diuersum effectum significent, l. si idem, C. de codicillis, nihilominus pro synonimis quandoq; capiuntur, vnumque pro alio accipitur: est etiam rogus strues lignorum ad cremanda cadauera, in qua simul atque imposita sunt corpora & ignis adhibitus comprendit pyram, quæ dicitur congeries lignorum ad comburendum; exequiæ sunt celebratio funeris, dum corpus effertur: funus, dum vritur cadauer, seu pompa ipsa exequiarum, bustum est postquam cadauer crematum est, quasi bene vstum: libitina est sepultura infantium quæ dicitur sandapila, feretrum est plebeiorum. Boer. decis. 287. numer. 4. quod eleganter posuit
10 Dantes noster in suo † magno poemate in cap. 9. inferni in fine, per illa verba videlicet.

*Fanno e sepolcri tutti el loco varo*
*Cosi facenan quini d'ogni parte*
*Saluo che'l modo v'era più amaro*
*Che tra gli auegli fiamme erano sparte*
*Perche quali eron si del tutto accesi,*
*Che ferro più non chiede verun'arte*
*Tutti i lor coperchi eron sospesi*
*Et fuor n'uscinon si duri lamenti*
*Che ben parean di miseri, & di offesi*
*Et io Maestro quai son quelle genti*
*Che sepelite dentro da quelle arche*
*Si fan sentir con li sospir dolenti?*
*Et egli à me qui son gli heresiarche*
*Color se quesi & d'ogni setta, & molto*
*Più che non credi son le tombe carche*
*Simile qui con simile è sepolto*
*E monumenti son più, & men caldi*
*Et poi alla man destra si fu volto.*
*Passiamo tra martiri, & tra gli spaldi.*

Et in cap. seq. per illa verba.


*Suo Cimiterio da questa parte hanno,*
*Con Epicuro tutti suoi seguaci*
*Che l'Anima col Corpo morta fanno.*

11 Est etiam tumulus, † qui pro sepulchro ponitur quia coacervatur terra Virg. 3. Æneid. Hostilem ad Tumulum Troiæ sub mœnibus. Iussi mori, & Cicer. 3. Tusc. quo magis est æquũ Tumulis mandare peremptos, & Iob 10. de vtero trãnsla-
12 tus ad tumulum. Dicitur † etiam arca sepultura. l. qui iu tulit. §. aduersos. ff. de rel. & sumpt. fun.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepultura quotuplex sit.*
2 *Communis sepultura quæ sit.*
3 *Propria sepultura quæ sit.*
4 *Familiaria sepulcra quæ sint.*
5 *Hæreditaria sepulcra quæ sint.*
6 *Differentia sepulcrorum familiarum, & hæreditariorum.*
7 *Familiare sepulcrum, & hæreditarium quomodo cognoscatur ex inscriptione.*

## *Quæst. IIII.*



1 Varto quæro, † quotuplex sit sepultura? Resp. Quod est in duplici differentia, nam alia est communis, alia autem propria,
2 communis, autem alia † competit omnibus eam eligentibus, seu omnibus intra parochiã decedentibus absque electione facta, alia autem alicui vniuersitati pro vt sunt sepulturæ alicuius societatis, in quibus aliquo speciali priuilegio sepe-
3 liuntur omnes de dicta societate, † nisi aliter ele-
4 gerint; Propria autem alia est familiaris, alia verò hæreditaria; Familiaria autem sepulcra † dicuntur quæ quis sibi familiæque suæ constituit. Heredi-
5 taria autem quæ quis sibi hæredibusque † suis constituit. l. familiaria. ff. de relig. & sumpt. funer. potest etiam dici particularis sepultura, quã quis sibi tantum specialiter elegit, & not. quod inter
6 hæreditaria, & familiaria sepulcra † ea differentia est, quia in familiari sepulcro præter eiusdem familiæ, & agnationis mortuos, extranei quoque si hæredes essent, sepeliri poterant, in hæreditario verò, quod quis sibi hæredibusque suis fecisset, nulla gentilium, aut agnatorum habita prærogatiua, illi tantum, qui hæredes essent, humarentur, exceptis tamen liberis, & descendentibus, quibus, & si hæredes non sint, nisi mala mente exhæredentur, ius sepeliendi debetur Paul. leg. si sepulcrum. C. de relig. & sumpt. funerum Asinius d. l. familiaria & l. sequen. §. sed in vtroque. ff. de
7 relig. & sumpt. funer. An autem † hæreditarium, an verò familiare sit sepulcrum ex inscriptionibus intelligitur not. c. cum causam de probat. Asinius d. l. familiaria numer. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepultura quo in loco sit collocanda.*
2 *Sepultura antiquitus vbi sita erat.*
3 *Sepeliri in Ecclesia quilibet potest qui non sit prohibitus.*
4 *Deposita super terram collocata amouentur.*

Quæst.

*Quæst. V.*




1 Vinto quæro, † quo in loco sit collocanda sepultura? Respon. Quod à principio extra vrbem sepulturæ habitæ sunt c. vbicunque 13. q. 2. Augescente in dies
2 Christiana † Religione, animarum causa locus quidam sacer in maiori ecclesia quadraginta passuum, in minori verò, aut cappella triginta à sanctis Patribus constitutus est, quem locum cæmiterium appellarunt, c. sicut antiquitus 17. q. 4. deinde dignitatis causa in atrio porticuvè ecclesiarum humari cadauera cœptum est. c. præcipiendum 13. q. 2. postea eisdem concessum fuit sepeliri in ecclesijs c. nullus 13. q. 2. vltimo
3 loco ita relaxatum est, † vt omnibus pariter hodie liceat in ecclesijs habere sepulcra, quæ consuetudo temerè non inoleuit, nam vt inquit Gregorius c. cum grauia 13. q. 2. cum grauia peccata non deprimunt, prodesse mortuis, si in Ecclesia sint sepulti, ob id quod, qui ad Ecclesias sacrificij causa accedunt, cum maiorum suorum sepulcra intuentur, facile accidit, vt pro eis preces effundant: præter quam quòd eorum quibus Ecclesia dicata est diuinum patrociniu releuantur. c. non æstimemus 13. q. 2. minusque eoiu loco à spiritibus vexantur immundis. Et ideo in cœmiterijs dicitur requies defunctorum c. aurum 12. q. 2. Lapus alleg. 83. Asinius l. 2. §. in locum uu. 68. & seq. ff. de Relig. & sumpt. funer. iu tãtum tamen inoleuit abusus, vt non solum in ecclesijs, verum etiam quodammodo super altaria ponerentur, quu factum fuit, vt Pius Quintus prohibuerit istud per bullam, quæ incipit cum primum pag. 10. de anno 1566. Cal. April. per illa verba, & vt in ecclesijs nihil indecens relinquatur, ijdem prouideant, vt capsæ omnes, & deposita, seu alia cadauerum conditoria super terram existentia omnino amoueantur, prout aliàs statutum fuit, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram colloceutur.

SVMMARIVM.

1 *Ius sepulturæ quid sit, & cui competat.*
2 *Ius funerandi competit Ecclesiæ parochiali.*
3 *Laici ius sepeliendi non habent.*
4 *Inuitis patronis non potest, quis in eorum sepultura sepeliri.*
5 *Prælatus quando inuito domino possit in eius sepultura aliquem sepelire.*
6 *Ius funerandi extenditur tantum, quantum ab Episcopo fuerit limitatum.*

*Quæst. VI.*



1 Exto quæro, † quid sit ius sepulturæ, & cui cõpetat? Resp. Quod ius sepulturæ est ius competens Ecclesiæ ad sepeliendum in cæmiterio suo proueniens, ex Episcopi assignatione c. ecclesias 13.
2 q. 2. quod competit † parochiali ecclesiæ, vel ei, cui iure, vel priuilegio concessum est, non autem
3 alijs. S. Antun. 3. part. 10. cap. 5. §. 2. vnde † laici non possunt habere ius sepeliendi respectu proprietatis, nam loca religiosa non sunt in dominio alicuius, sed habere possunt, quantum ad vsum, vt ipsi, & sui ibi sepeliantur, nec eis inuitis potest
4 ibi extraneus † sepeliri. l. 3. §. si vsufructu. ff. de relig. & sumpt. funer. potest tamen prælatus ex iusta causa in sepulcro particulariter, quem im-
5 mittere, vt dicam inferius suo loco † Sylu. versic. sepultura num. 3. Pisan. d. loco il 1. §. 1. Ros. il 1. numer. 3. non tamen est necesse, quod Ecclesia sit consecrata, vt supponit Angel. & Arm. ver. sepultura numer. 3. & tantum extenditur hoc ius fune-
6 randi, & immunitas, quantum † cæmiterium est per Episcopum limitatum, nec hoc ius habet aliquis, nisi sibi ab Episcopo fuerit concessum Host. in summa de sepult. numer. 2. Card. clem. dudum numer. 1. de sepult. §. huiusmodi vbi Bonifac. de vitalinis nu. 11. dicam inferius quæst. 10.

SVMMARIVM.

1 *Sepeliri vbi quis debeat nulla sibi sepultura electa.*
2 *Papa vbi sepeliatur.*
3 *Cardinales vbi sepeliantur.*
4 *Legatus vbi sepeliatur.*
5 *Nuncij vbi sepeliantur.*
6 *Prælati vbi sepeliantur.*
7 *Prępositi, & Rectores Eccl. colleg. vbi sepeliantur.*
8 *Canonici vbi sepeliantur.*
9 *Rector Ecclesiæ vbi sepeliatur.*
10 *Vicarius perpetuus vbi sepeliatur.*
11 *Cappellani, vbi sepeliantur, & vbi sacerdotes conducti j.*
12 *Renuncians Ecclesiæ vbi sepeliatur.*
13 *Abbates vbi sepeliantur.*
14 *Monachi vbi sepeliantur.*
15 *Professus vbi sepeliatur.*
16 *Regularis nouitius vbi sepeliatur.*
17 *Fratres tertij ordinis vbi sepeliantur.*
18 *Heremitæ vbi sepeliantur.*
19 *Mulieres, quæ vocantur incarceratæ vbi sepeliãtur.*
20 *Fratricelli vbi sepeliantur.*
21 *Imperator, Reges, & Principes vbi sepeliantur.*
22 *Filius vbi sepeliri debeat.*
23 *Filius quando sepeliatur in sepultura matris.*
24 *Descendentes sequuntur sepulturam ascendentium non è contra.*
25 *Infantes vbi sepeliantur.*
26 *Vxor vbi sepeliatur.*
27 *Adoptiuus vbi sepeliatur.*
28 *Relegati, confinati, & deportati vbi sepeliantur.*
29 *Damnati ad mortem vbi sepeliantur.*
30 *Peregrini, & aduenæ vbi sepeliantur.*
31 *Parochianus vbi sepeliatur.*
32 *Serui, & famuli vbi sepeliantur.*
33 *Interdicta cum est Ecclesia quomodo detur sepult.*
34 *Ruri commorans vbi sepeliatur.*
35 *Scholaris vbi sepeliatur.*
36 *Leprosi vbi sepeliantur.*
37 *Matre mortua pregnante vbi sepeliatur.*
38 *Viator vbi sepeliatur.*

Cas*u*

39 *Casu moriens vbi sepeliatur.*

40 *Dubium cum est à quoquis debeat sepeliri quid agendum.*

41 *Priuilegium concessum alicui confraternitati sepeliendi, quomodo intelligatur.*

## Quæst. VII.

1 SEptimo quæro, † vbi debeat quis sepeliri nulla sibi sepultura electa? Resp. Per plures conclusiones, quarum prima sit quod.

2 Papa quando † decedit in loco, in quo cum sua curia residebat, sepelietur in Ecclesia cathedrali loci, vbi residebat curia, est enim proprie tanquam Episcopus Ecclesiæ cathedralis. Et ideo sepelitur, quemadmodum sepeliuntur Episcopi in eorum Ecclesia cathedrali, si verò residente curia Romana in aliqua ciuitate Papa recedit de illo loco ob aliquam causam, curia tamē remanente in primo loco eius corpus defertur ad locum vbi residebat curia, & sepelietur in Ecclesia cathedrali c. is qui de sepulturis 6. si sede vacante. Cardinales, qui erant in Italia elegerunt in Papam quendam vltramontanum, qui decessit in itinere, sepelietur in Ecclesia cathedrali illius loci, vbi moritur, nam per electionem consecutus est ius Apostolicæ dignitatis, c. licet de electione Doct. in procem. 6. reputatur enim ordinarius ordinariorū. Quarto not. quod si Papa renunciauit Papatui, vt fecit Cœlestinus, c. 1. de renunc. 6. sepelietur Romæ si ibi moritur propter reliquias præcedentis dignitatis, si autem recedat de curia, & eligat vitam heremiticā siue peregrinetur per mundum tunc sepelietur in Ecclesia, in cuius territorio moritur, Petrus de Vbal. tract. de canonica &c. c. 9. nu. 28. Secunda sit cōcl.

3 Cardinalis si decedat in curia Romana, † sepelietur in Ecclesia cathedrali, cum ibi dicatur domicilium habere, vbi Papa residet, assistunt enim continue Papæ in consilijs c. fundamenta. §. decet, de elect. 6. secundo hoc idem dicendum est, si decedit extra Romanam curiam, quando recedit è curia ob temperiem aeris arg. c. is qui de sepult. 6. hoc idem si decedat in curia sede vacante. Tertio si decedit in loco, vbi erat olim curia sepelietur in Ecclesia cathedrali d. loci. Quarto si depositus fuerit, vel renunciauerit, sepelietur in sepultura parochiæ. Quinto si promotus Cardinalis decedat antequàm ad curiam veniat sepelietur in Ecclesia

4 cathedrali vbi decedit. † Tertia sit conclusio. Legatus existens in curia Romana constitutus recedēs de curia decedit in itinere, antequā intret prouinciam suæ legationis, sepelietur in Ecclesia cathedrali loci vbi moritur, quod si decedit in prouincia legationis suæ, sepelietur in Ecclesia cathedrali ciuitatis, in qua moritur, quasi censeatur Episcopus illius Ecclesiæ cathedralis, si verò sit legatus in duabus prouincijs, sepelietur in ea prouincia, in qua moritur scilicet in Ecclesia cathedrali illius loci, hoc idem si reuocetur ad curiam, & decedit in itinere, censetur enim durare officium legationis donec ad curiam redeat, l. fin. ff. de offic.

5 Procons. Quarta conclusio. † Nuncij Sedis Apostolicæ sepeliuntur in illis locis, vbi sepeliuntur Cardinales fungentes officio legationis cum moriuntur in itinere seu in prouincia sibi decreta, not. c. accedens, de præscr. c. præsertim de offic.

6 ord. 6. Quinta sit conclusio. † Prælati vt sunt Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi decedentes non electa sepultura sepelientur in eorum Ecclesijs cathedralibus, quia ibi censentur habere domicilium, cum teneantur ibi continue residere Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 1. Secundo si decedant extra ciuitatem, in qua eorum Sedes Episcopalis est, tunc eorum corpora reducuntur ad eorum Ecclesiam cathedralem arg. c. is qui de sepult. 6. Tertio si decedunt in locis remotis ab eorum Ecclesijs cathedralibus, sepeliuntur in Ecclesia cathedrali loci, vbi moriuntur. Quarto si dispensatiuè habuerit duos Episcopatus, sepelietur in Ecclesia cathedrali, in qua maiori parte Episcopus consueuit residere arg. l. 2. ff. de fundo instr. Quinto si habuerit duos Episcopatus, quorum vnus est vnitus alteri, sepelietur in Ecclesia cathedrali, cui est vnita alia cathedralis Ecclesia, quia ipsa consideratur tanquam principalis not. cap. 1. ne sede vacante. Sexto si aliquis Episcopus detur tanquam coadiutor alteri Episcopo, & moriatur iste coadiutor, sepelietur in Ecclesia Episcopi, cui datus est coadiutor, quia si sustinuit onera habebit, & commoda, & quia si Episcopus decedens in alterius ciuitate, in qua nullum officium habet sepelitur in Ecclesia cathedrali Episcopi illius ciuitatis, cur non sepelietur eius coadiutor, vnde in hoc non sequar opinionem Petri de Vbaldis superius citati nu. 32.

Sexta sit conclusio,

7 Prælati inferiores Episcopis, † vt sunt Præpositi; & Priores Ecclesiæ collegiatæ, sepeliuntur, in Ecclesijs, in quibus reputatum est domicilium habere, & vbi tenentur residere. Nam ibi audiunt diuina, & percipiunt sacramenta cap. cum quis de sepult. 6.

Septima sit conclusio.

8 Canonicus sepelitur † in Ecclesia, in qua habet canonicatum, & præbendam Innoc. cap. 1. de sepult. quod si habuerit duas præbendas in diuersis Ecclesijs eiusdem diocœsis, erit locus præuentioni, quod si ambæ Ecclesiæ concurrant recurrendum est ad ordinarium not. leg. si sepulcrum ff. de Relig. & sumpt. funer. si verò habuerit duas præbendas diuersæ diocesis, sepelietur in Ecclesia, vbi moritur, dubitari etiam posset si diocesani, essent discordes, quòd quilibet vellet eum sepeliri in sua diocesi recurrendum esset ad arbitros. c. cum contingat de rescr.

Octaua sit conclusio.

9 Rector Ecclesiæ curatæ † sepelietur in Ecclesia, cuius curam gessit; quia ibi censetur habere domicilium, vbi continue residere tenetur vt in Concil. Trid. sess. 23. de form. cap. 1. quod si dispensatus fuerit ad retinendas duas parochiales Ecclesias, seu vnum Canonicatum maioris Ecclesiæ, & vnam curatam, sepelietur in Ecclesia, vbi residebat; si verò habuerit parochialem

annè-

annexam canonicatui, & præbendæ Ecclesiæ cathedralis, sepelietur in Ecclesia cathedrali, cum in ea videtur continue residere, & quia præbenda reputatur, vt in principalis parochialis autem quæ annectitur vt accessoria.

Nona sit conclusio.

10 Vicarius perpetuus † sepelietur in illa Ecclesia, cui deputatus est Vicarius, nam in hoc idem iudicamus de Vicario perpetuo, quod de Rectore principali illius Ecclesiæ. Clemen. vnica, de offic. Vicarij, quod secus est de Vicario temporali, de quo c. cum ex eo, de elect. 6. quia ibi non censetur plenè translatus, nec præsumitur antiquum domicilium mutasse, hoc idem arbitror de habente Ecclesiam in commendam, nam ipse non dicitur Prælatus, c. nemo, de elect. 6.

Decima sit conclusio.

11 Capellani † sepelientur in Ecclesijs, in quibus habent perpetuas capellanias. Sacerdotes autem conductitij, quibus datur certum salarium, vt seruiant Ecclesijs in diuinis, qui dicuntur capellani amouibiles sepelientur, sicuti dictum est, de Vicarijs temporalibus, & sic ibidem non debent sepeliri, sed in proprijs parochijs vbi orti sunt, seu domicilium habent, nisi habeant sepulcra familiaria, vel hæreditaria.

Vndecima sit conclusio.

12 Renuncians Ecclesiæ, † si est clericus secularis non sepelietur in ea, quia desinit esse Prælatus illius, c. admonet, de renunciatione, si autem fuerit Prælatus regularis, tunc ratione professionis sepelietur in monasterio, c. vlt. de sepult. 6. vt dicetur in seq. conclusione.

Duodecima sit conclusio.

13 Abbates † sepeliuntur in eorum monasterio, quia ibi censentur habere domicilium. Doct. cap. statutum, de rescrip. 6. non enim potest esse Abb. alicuius religionis, nisi sit expressè professus illius, c. nullus, de elect. 6. professus autem sepelitur in suo Monast. c. religiosos, de sepul. 6.

Decima tertia sit conclusio.

14 Monachus † professus, si præficiatur alicui Prioratui, qui sit de membris Monasterij sepelietur in loco Monasterij, vel illius Prioratus, & pendebit hoc ex voluntate Abbatis, not. cap. quanto, de offic. ordin.

Decimaquarta sit conclusio.

15 Professus, † qui non præest Regimini alicuius Ecclesiæ sepelietur in Monasterio, vbi fuit professus, c. fin. de sepult. 6.

Decima quinta sit conclusio.

16 Regularis, qui decedit † intra probationis annum, non sepelietur in monasterio, quia nō censetur plenè trāslatus ad monasterium cum possit redire ad seculum, c. statuimus, de regular. & sic sepelietur in ecclesia, in qua sepeliri debuisset, si ad monasterium non fuisset translatus Archi. c. cum quis, de sepult. 6. & hoc intelligas, nisi aliter se habeat consuetudo, Sylu. ver. sepultura.

Decima sexta sit conclusio.

17 Fratres tertij ordinis † B. Franc. qui appellantur continentes, seu fratres de pœnitentia, sepelientur in Ecclesia eorum parochiali, seu suorum maiorum, quia non sunt professi, neque translati, possunt habere propria, non enim desinunt esse parochiani eorum parochialis Ecclesiæ, licet assumant habitum illorum fratrum, c. vt priuilegia, §. de confratribus, de priuil.

Decima septima conclusio.

18 Heremitæ, † qui non profitentur aliquam religionem, sed simpliciter se conferunt ad loca solitaria sepeliuntur in parochiali Ecclesia, intra cuius parochiam sunt loca, in quibus resident, si verò sint professi certā regulam datam sibi à diœcesano, non tamen transeunt ad aliquod monasterium, tūc sepelientur in viciniori monasterio, cuius ordinem, & regulam professi sunt, not. c. fi. de sepult. 6. similiter hoc idem si aliquis professus assumit vitam heremiticam de licentia superioris, tunc quia remanet professus, sepelietur in illa religione, cuius regulam professus est, d. c. fi.

Decima octaua sit conclusio.

19 Mulieres, quæ † vocantur incarceratæ, quæ faciunt se recludi in certa domo, & per quandam fenestram recipiunt eleemosinas à transeuntibus sepelientur in parochia, intra quam est illa domus, quasi velint ibi domicilium habere, ex quo ibi continuè resident. c. cum quis, de sepul.

Decima nona sit conclusio.

20 Fratricelli, qui certum † habitum assumunt, & vadūt mēdicando pro eleemosinis, & stant quandoque soli, quandoque in congregatione, nullam tamen profitentur regulam sepelientur in parochiali Ecclesia, vt dixi supra num. 18. idem de his qui vulgariter dicuntur Apostoli.

Vigesima sit conclusio.

21 Imperator, † Reges, & Principes sepeliuntur in sepulcro suorum maiorum, c. 1. c. cum quis, de sepult. 6. Quod si non habeant in Ecclesia cathedrali sepeliētur, nam Episcopus loci est ipsorum paroch. Host. in summa, de pœn. num. 36.

Vigesima prima sit conclusio.

22 Filius † sepeliri debet in sepultura suorum parentum, c. 1. de sepult. declaratur hoc dictum, vt sepeliatur in sepulcro patris, quamuis auus, & proauus aliam sibi elegerint sepulturam. Ioann. And. c. is qui, de sepultur. 6. & sepulcrum paternum consideramus respectu Ecclesiæ, in qua sepulturam elegit, non autem in Ecclesia parochiali. plus enim influit proximum immediatum, quàm mediatum, c. cum ecclesia, de causa possess. & propriet. vnde procedit hoc etiam si auus sit sepultus in Ecclesia Parochiali, pater autem apud religiosos, & hoc nisi aliter constaret de mente illius. Ampliat. vt procedat etiam filio naturali, nisi esset spurius, & hoc nisi viuente patre ad eius contemplationem per Principem legitimetur. tunc enim sepelietur in sepulcro patris, secus si legitimetur post mortem patris, & pater in vita non petijt legitimari, quo casu sepelientur in sepulcro matris, qui filij spurij, & vulgo quæsiti succedunt eorum matri, nisi forte mater esset illustris. l. si qua illustris. C. ad orficia. not. leg. prima. ff. ad municip. Ampliat. hoc primum dictum huius conclusionis, etiam si filius esset exhæredatus. l. si quis. hæres. ff. de relig. &

sumpt. funer. Tertio Ampl. etiam si repudiasset hæreditatem, & hoc verum nisi esset sepulcrum hæreditarium, fallit tamen si pater damnetur de crimine læsæ maiestatis, quia isto casu iura sepulcrorum non transeunt ad filios nnr. l. 1. §. interdũ ff. de suis, & legit. gl. l. si quis hæres, ff. de relig. & sumpt. funer.

Vigesima secunda fit conclusio.

23 Filius habens † patrem & matrem, & ambo habent sepulturam sepelitur in sepulcro patris, non matris, quia filius sequitur conditionem patris, non matris not. c. fi. de filijs Præsb. c. licet de coniung. lepros. l. partum ff. de rei vend. nisi consuetudine, vel priuilegio sepeliri deberet conditionem matris, nam tunc sepelietur in sepulcro matris not. l. 1. ff. ad Municip. Et no. quod licet filius habeat sepulturam, pater autem nõ, pater non sequetur sepulcrum filij, nisi sit eius hæres, & sepulcrum fuerit hæreditarium.

Vigesima tertia fit conclusio.

24 Descendentes † sequuntur sepulcrũ ascendentium, Ascendentes autem non sequuntur sepulcrum descendentium, nec transuersales sequuntur sepulcrum suorum transuersalium, nisi sint hæredes, & sepulcrum hæreditarium sit, & tales non elegerint.

Vigesima quarta fit conclusio.

25 Infantes, † expositi, quia incertum est quis sit pater, & mater, & ideò in sepultura hospitalium sepelientur not. cap. 1. de infant. & lang. l. fi. C. de infant. expos.

Vigesima quinta fit conclusio.

26 Vxor nupta, & ad domum † matris ducta nõ electa sepultura, sepelietur in sepultura mariti, quàm si non habet in eius parochia, quia per copulam carnalem sunt effecti vna caro, & quos Deus coniunxit homo non separet, alia ratio est quia ipsa sequitur domicilium, & dignitatem mariti c. 2. §. mulier. de sepult. 6. Ampl. Primo etiam si esset vidua, quia ipsa retinet omnia priuilegia, quæ habebat viuente marito, & hoc etiam si reuersa foret ad domum patris, eiusq; domicilium sequitur, & dicitur coniugium prioris mariti Doct. c. ia qui §. mulieres de sepult. 6. vbi Arch. & Ioan. Andr. Secundo Ampl. etiam si ad domum non sit ducta, dummodo carnaliter fuerit cognita. Tertio Ampl. etiam si non sit cognita, dummodo sit ducta ad domum viri; quia iam sequuta est domicilium mariti. Quarto Ampl. etiam si maritus sepeliatur in sepulcro peregrinorum, seu vagabundorum, dummodò corpus commodè ad talem sepulturam deferri possit. Quinto Ampl. vt vxor sepeliatur in sepulcro, vbi sepultus est maritus, non autem vbi sepulti sunt eius mariti maiores, c. Ebron 13. q. 2. Sexto Ampl. & si vxor accusata fuerit de adulterio, & pendente lite moriatur, eo casu in sepulcro mariti sepeliet, & dato qd ea mortuo sententia feratur cõtra ipsam, non per hoc exhumatur, quia fuit sepulta à principio legitimè, quo casu non trahitur retro, etiã si Matrimonium nullum fuisset declaratũ: sicuti nõ retraheretur etiam in præiudicium prolis susceptæ cap. cũ inhibitio de cland. despons. Septimo Ampl. etiam si ea viuente sententia lata fuerit ad separationem thori ex causa adulterij, & maritus reconciliauit sibi vxorem, tũc sepelietur in sepulcro mariti. Quia maritus potest sibi reconciliare vxorem ne dum ante sententiam c. quemadmodum de iure iur. sed etiam post c. de illa de diuortijs, fallit. Primo, quando matrimonium est contractum, & non est secuta copula carnalis, nec ducta ad domum viri, quo casu non sunt effecta vna caro, neque mulier sequitur forũ viri, hoc idem multo magis est in sponsa de futuro not. c. de vxore de sepulturis. Secundo fallit quando fuit lata sententia super separationem thori ex causa adulterij, & maritus non fuerit reconciliatus propter quod expulit illam è domo: tunc enim effecta est indigna sepultura mariti, & desinit esse de domicilio eius c. item 13. q. 2. Tertio fallit quando maritus fuerit sepultus de facto, non autem de iure, nam quod dicitur vxorem debere sepeliri in sepultura mariti, intelligitur quando maritus legitime sepultus est. Quarto fallit in concubina, quæ non sepelietur in sepulcro Amasij. Quinto declaratur, vt si mulier nubat secundo sepelietur in sepulcro secundi mariti, non autem primi, etiam si secundo remanserit vidua, quia attenditur causa proximior, & immediata non autem remota, & mediata. Sexto declaratur quod si maritus non habuerit sepulturam, vxor autem sic non sepelietur ibi, quia maritus non sequitur domicilium, nec dignitatẽ vxoris, sed è contra Petr. de Vbald. d. loco numer. 16.

Vigesima sexta fit conclusio.

27 Adoptiuus, † seu arrogatus, si decedit viuente patre adoptãte, tunc in eius sepulcro sepelietur, quia decedit en tempore, quo durabat adoptio, secus si decedat post mortem adoptantis; Quia tunc erat adoptio finita, quo casu sepelietur in sepulcro patris naturalis not. capit. vnico de cognatione legali.

Vigesimaseptima fit conclusio.

28 Relegati, & confinati † sepeliẽdi sunt in ea ciuitate, in qua sepeliri debuissent, nisi fuissent relegati l. filij §. relegatus. ff. ad municip. l. exilium l. relegatorum. §. fin. ff. de interd. & releg. & hoc quando relegãtur ad tempus, secus est in relegatis perpetuo, qui sepeliri debent in loco, in quo erant deportati, nec corpora eorũ absque permissu principis transferri possunt l. fin. ff. de cadau. damn.

Vigesimaoctaua fit conclusio.

29 Damnati ad mortem de consuetudine † sepeliuntur in sepulturis suorum maiorum, seu in Ecclesia Parochiali, vbi moriuntur: sin minus in loco vbi sepeliuntur vagabundi, seu in loco proprio ad hunc effectum destinato, de iure tamen non debent sepeliri nisi ex permissione Principis l. 1. ff. de cadu. damn. remanent tamen corpora damnatorum in patibulo ad terrorem aliorum ob aliquod crimen atrocissimum Aut. c. ex parte num. 12. de sepult.

Vigesimanona fit conclusio.

30 Peregrini, aduenæ, vagabundi, † & alij huiusmodi, quorum domicilium ignoratur sepeliuntur in Ecclesia, intra cuius parochiam moriuntur

tur.c.ecclesia.1 3.q.1.c.fin.1 7.q.1.Arch.c.1, de sepult.6.not.c.vbicunque.1 3.q.2.

Trigesima fit conclusio.

31 Parochianus alicuius † Ecclesiæ si habet in alia Ecclesia sepulturam suorum maiorum, sepelietur in ecclesia suorum maiorum, non autem in Ecclesia parochiali, c.2.de sepul.6.c.1. eod.titu.si verò non habet sepulturam suorum maiorum se pelietur in sua Ecclesia parochiali, vbi percepit sacramenta Doct.comm.c.1.de sepult.quod si dubitatur, quis sit parochianus duarum Ecclesiarũ, recurrendum erit ad diocęsanum, qui super hoc interponat partes suas, ne corpus remaneat in sepultum, not.l.si quis sepulcrum.ff. de religion. & sumpt.funer.

Trigesimaprima fit conclusio.

32 Serui, famuli, si pro † ipsis domini non elegerunt sepulturam, sepelientur in sepulcro parochiæ, in qua domini domicilium habent, nisi sint famuli, qui proprium sepulcrum elegerint, vt dicam in sequen.quæst.

Trigesima secunda fit conclusio.

33 Interdicta † cum est Ecclesia, seu cœmiterium vbi quis sepeliendus esset, tunc si est interdicta sepultura electa, sepelietur in sepulcrò maiorũ, quod si ibi non poterit in sepulcro parochiæ, si verò est interdicta parochia, in Ecclesia cathedrali, quod si omnes erunt interdictæ, sepelietur in monasterio propinquiori, dummodo sit talis qui carere non mereatur ecclesiastica sepultura, not. cap.vt priuilegia, de priuileg.Clem.eos, de sepul. c.fin.de sepult.6.

Trigesima tertia fit conclusio.

34 Rur † commorans recreationis causa, non sepelietur in Ecclesia rurali, sed in sepulcro maiorum suorum si commodè id potest portari, aliàs secus Ang.ver.sepultura, nu.8.arm.nu. 20.

Trigesima quarta fit conclusio.

35 Scholaris, † & Doctor legens in studio, & qui libet alius, qui moram traxit in studio, seu alio loco ibi sepelietur, vbi venit animo trahendi moram, nam ibi dicitur eius Ecclesia parochialis, si verò non venit animo trahendi moram sepelietur in Ecclesia cathedrali, nisi ei Ecclesia parochialis administrasset sacramenta Sylu.ver.sepultura, num.8.ver. si verò.

Trigesima quinta fit conclusio.

36 Leprosi, & † alij qui morbo contagioso laborarunt, vt illi qui morbo epidimiæ decesserunt, sepeliẽtur in loco nõ periculoso, vt possint nocere viuis, non per hoc carent Ecclesiastica sepultura.Arm.ver.sepultura.num.26.Tab.nu. 24.Ros. il 1.num.20.Abb.c.sacris, num.6.de sepul.

Trigesima sexta fit conclusio.

37 Matre mortua prægnante † fœtus sepelietur cum ea, si verò puer extrahatur mortuus, non debet cum matre sepeliri, sed extra cœmiterium, quia non est baptizatus. primo enim casu dicitur pars ventris, c.si qua, de consecr.dist.4.Anton.de Butr.c.ex parte, nu.5.de sepult.

Trigesima septima fit conclusio.

38 Viator qui mortuus est in itinere † sepelietur in parochia, vbi moritur Ant.de Butr.c.in nostra nu.13.de sepult.Ampl. etiam si esset Religiosus, vel clericus, nisi esset religiosus professus, nam tunc si posset deberet sepeliri in Ecclesia cathedrali, sin.minus in parochiali, vel hospitali loci, vbi moritur Boer.deci.175.in termin.

Trigesima octaua fit conclusio.

39 Casu moriens † in mari, vel in terra non caret Ecclesiastica sepultura, sicuti neque milites, nisi moriantur in singulari certamine, vt dicam inferius suo loco.not.Doct.com.c.ex parte, de sepul.

Trigesimanona fit conclusio.

40 Dubium cum sit, † an cadauer sit sepeliẽdum in meliorem partem interpretandum est, quod sit sepeliendum in loco sacro. c. non æstimemus. 23.q.2.S.Ant.3.par.tit.10.c.5.§.9.in fine.


Quadragesima fit conclusio.

41 Priuilegium concessum † alicui loco pio, vt ibi sepeliri possit ( vt puta ) alicui vniuersitati confratrum, qui dicuntur battentium, non per hoc ibi sepelientur si alibi sepulturam habeant. Sed tantum quando ibi sepeliri elegerint. & hoc absque præiudicio iurium parochialium, quod si nullam habuerint sepulturã, vt in sepultura confraternitatis, sepeliri non elegerint, sepelientur in sepultura parochiæ. Nam priuilegium satis hoc operatur, vt ibi sepeliatur, vbi aliàs minimè posset, & priuilegia non sunt multiplicanda præsertim in præiudiciũ parochiæ, vt dicetur in seq.q.

*SVMMARIVM.*

28 *Hæres grauari nõ potest, vt sepeliatur in certo loco.*
29 *Monachi non sibi eligunt sepulturam.*
30 *Religiosi quando sibi eligant sepulturam.*
31 *Inducentes clerici tam seculares, quàm regulares ad elig. sepult. qua pœna plectantur.*
32 *Damnatus ad mortem non sibi eligit sepulturam.*
33 *Eligens & mandans corpus suum non sepeliri non auditur.*
34 *Probatio electionis sepulturæ quomodo fiat.*

## Quæst: VIII.



1 Ctauo quæro, † qui sibi possit
eligere sepulturam? Resp.
Tradendo regulam generalẽ quod omnis persona possit
eligere sepulturam, quæ non
prohibetur à iure c. è contra
2 13.q.2. Est enim ipsa † electio
sepulturæ pars vltimæ volun
tatis Ioan. And.c.animarum num.3. de sepult.6.
cuius libertas tolli nõ potest l. 1. C.de sacrosanct.
Eccl.c.2.13.q.2.quæ reg. Ampl.& limit. pluribus
modis ampl.autem primo pater eligit sepulturam
3 pro filio eius impubere c. licet † de sepult. 6. si verò impubes esset in quo malitia suppleret ætatem,
posset sibi ipsi eligere sepulturam, similiter si esset impubes & eligeret, de inde factus pubes illam ratam haberet, sicuti dicimus in spirituali matrimonio c. 1. de regular. 6. declaratur hæc prima
Ampl. vt si pater eligit sepulturam pro filio impubere, & decesserit filius factus pubes, non sepelietur in d. sepultura electa nisi filius factus pubes,
ratam electionem habuisset. Secundo ampl.
4 Mater potest eligere sepulturam † pro filio
spurio impubere quia cum sit in eius potestate,
& ipse careat voluntate ex identitate rationis ma
ter eligere poterit not. d. c. licet de sepult.6. si ta-
5 men fuerit legitimatus † poterit per patrem fieri
talis electio, quia efficiuntur sui inst. quibus mo-
6 dis nat. efficiantur sui per totum. † Tertio Ampl.
Curatorem adultus habens sine authoritate curatoris eligere potest sepulturam, quia etiam testamentum condere potest l. Aurelio. §. grauis. ff. de lib. leg. Quarto ampl.

7 Emancipato filio impubere † pater eligere potest sepulturam Doct. d. c. licet. Quinto ampl.

8 Adoptiuo filio impuberi pater eligere † potest sepulturã quo vsque durat adoptio ipsa, nam per adoptionem filius transit in potestatem patris adopt. not. l. 1. ff. de adoption. & hoc verum quando filius impubes decessit patre adoptiuo adhuc viuente, nam eo mortuo secus est not. cap. vno de cogn. leg. Sexto ampl.

9 Dominus eligere potest † sepulturam pro seruo impubere, si autem factus fuerit pubes sibi ipsi eligere poterit sepulturam Ioan. c. de vxore de sepult. Septimo ampl.

10 Vxor eligere sibi potest † sepulturam etiam viuente viro cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur à lege viri c. de vxore de sepulturis. Octauo ampl.

11 Episcopus sibi eligere potest † sepulturam in alia Ecclesia, quam in cathedrali c. bonæ 12. q. 2. c. Apostolicæ de donat. gl. c. vbicunque 13. quæst. 2. Nono ampl.

12 Abbas eligere potest sepulturã extra † locum Monasterij, quia habet velle, & nolle c. si religiosus de elect. intellige de Abbate non recognoscente superiorem, nisi Papam Arm. ver. sepult. nu. 6. quod si deponitur, vel renunciauit Abbatiæ non sepelietur in sepultura electa, quia inspicitur tempus mortis. Decimo ampl.

13 Professi, qui præficiuntur † beneficijs manualibus, quæ sunt de membris Monasterij sibi eligere possunt sepulturam, quia tales habent velle, & nolle not. c. 2. de stat. Monach. Clem. 1. de rescr. c. cum deputati de iudicijs. Vndecimo ampl.

14 Nouitij sibi eligere possunt sepulturam, † quia possunt ad seculum redire c. consuluisti de regularibus & c. statuimus. Duodecimo ampl.

15 Conuersi non professi sibi eligere † possunt sepulturam; nam etiam isti redire possunt ad seculum c. vt lex. 27. q. c. 1. vt priuilegia de priuileg. Decimotertio ampl.

16 Professus potest † sepulturam eligere, quando ad Monasterium, est tam remotus, quod ad illud, cum moritur deportari non potest c. fin. de sepul. 6. quod idem intelligitur si sepeliri non potest absque periculo, seu violatione interdicti, vt Clem. 1. de sepult. Decimoquarto ampl.

17 Religiosi sancti Franc. possunt inducere † aliquem ad eligendam sepulturam in ecclesia ordinis S. Dominici not. c. 1. de sepul. 6. quia tūc cessat fraus, & ratio finalis d. cap. Decimoquinto ampl.

18 Inducere potest laicus † aliquem ad eligendam sepulturam in certo loco, & electio valebit Petrus de Vbald. tract. de Can. Episc. c. 11. num. 15. Decimosexto ampl.

19 Filij familias. etiã si sint † emancipati sibi possunt eligere sepulturam Cuman. l. tam is. §. filius nu. 5. ff. de donat. Causa mort. Asinius l. familiaria nu. 43. ff. de relig. & sumpt. funer. & hoc post decimum quartum annum, siue sit masculus, siue fœmina S. Ant. 3. p. tit. 10. c. 5. in princ. Decimoseptimo ampl.

20 Alienam sepulturam quilibet † eligere potest c. 1. de sepult. quod intelligas non respectu sepulcri familiæ, seu hæreditarij, seu alterius proprij particularis, sed respectu rectoris Ecclesiæ, quo inuito quilibet etiam non suus parochianus in eius Ecclesia, etiam si esset diuersæ diocæsis, dummodo commode deportari & sepeliri possit, eligere potest Doct. d. c. 1. vt dicam in sequenti quæstione; limitatur hæc reg. plurib. modis & primo.

21 Impubes nõ potest † sibi eligere sepulturã cap. licet. de sepult. 6. nisi malitia suppleret ætatem, & hæc prima limit. vt nec etiam authoritate tutoris hoc facere possit, quia effectus electionis cõfertur post morte pupilli, quo tpe est extincta authoritas tutoris not. c. Apostolica. 8. q. 2. Secundo limit.

22 Auus non potest eligere sepulturam † pro nepote, nam appellatione patris in materia odiosa non continetur auus, agitur enim de præiudicio Ecclesiæ, in qua sepeliri deberet not. d. cap. licet. Tertio fallit.

Mater

23 Mater non potest eligere † sepulturam pro filio impubere, nisi esset consuetudo in contrarium Gemin. c. licet nu. 4. de elect. 6. vel nisi esset filius spurius in eius potestate constitutus. Quarto fall.

24 Frater maior non potest eligere † sepulturam pro minori, nam c. licet loquitur de linea ascendentium. Quinto fall.

25 Filius non potest eligere sepulturam † pro patre furioso, vel mente capto, quia ius eligendi sepulturam, est datum patri erga filium non autem è contra, & constitutio loquēs de linea ascendentium non extenditur ad lineam descendentium. Sexto limit.

26 Tutor non potest eligere sepulturam † pro infante, quia vt dixi supra num. 21. effectus sepulturæ confertur post mortem, quo tempore anthoritas tutoris est extincta not. l. cum qui, ff. de iurisd. omn. ind. Septimo limit.

27 Abbas non potest eligere sepulturam † pro Monacho professo, quia licet reputetur tanquam pater, nihilominus non est verus, sed fictus pater, & potestas datur eligendi patri naturali d. c. licet. Octauo fallit.

28 Hæredem instituēs † impuberem non potest ei eligere sepulturam, nullam enim potestatem habet in eius personā, licet eū granare possit onere fideicommissi not. l. 1. ff. ad Trebel. Nono fallit.

29 Monachi professi non possunt sibi † eligere sepulturam, not. c. fin. de sepult. 6. quia non habent velle, & nolle Ampl. etiam, si deinde fuisset factus Abbas, nisi Abbas nullum recognosceret superiorem, excepto Romano Pontifice, & illam electionem ratam habuisset, dicitur enim in d. capit. fin. ibi.

30 Religiosi, nisi à proprijs † Monasterijs adeo forsitan sint remoti q̄ ad ea cum moriūtur commode portari non possint nequeunt (cum velle, vel nolle non habeant) sibi eligere sepulturam, sed sunt apud sua Monast. tumulandi. Decimo fallit.

31 Religiosis, & secularibus clericis † cuiuscūque status, vel conditionis existant in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ districtissime prohibetur, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, vt apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel iam electam vlterius non immutent, quod si secus factum fuerit, electio talis nullius est firmitatis, statutum enim est, vt ibi qui sic elegerint, nec apud sic electas Ecclesias vllatenus sepeliri nec alibi (nec contra votum, iuramentum, aut promissum huiusmodi à se factum materiam habeāt veniendi) possint eligere sepult. Sed contradictione quacunque cessante sepeliantur omnino apud illas Ecclesias, apud quas sepeliendi de iure fuissent, si aliàs sepultura non electa forsitan decessissent: si verò ijdem religiosi, vel clerici prædicti, in suis Ecclesijs, vel cæmeterijs præsumpserint sepelire, ad restitutionem tam sepultorū corporum, si petantur, quàm etiam omnium quæ occasione sepulturæ illorum peruenerint, quomodo libet ad eosdem intra decēdium integraliter faciendam ipsi obligati sunt, quam nisi fecerint Ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, nec non & cæmiteria eorundem, ex tunc eo ipso sint, & tam diu maneant Ecclesiastico interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum c. 1. de sepult. 6. hoc tamen non procederet, quādo inductus esset ad eligēdam sepulturam suorum maiorum Petr. de Vbald. tract. de Canon. Episcopi num. 13. cap. 14 ibidem sepelietur, similiter si quis sponte eligeret sepulturam, de inde inductus esset ad aliam eligendam sepelietur in prima electa, secunda enim electiu inualida non tollit primam validam Petr. d. loco nu. 14. Vndecimo fallit.

32 Damnatus ad mortem, si decedit † post latam sententiam, non suspensam per appellationem non potest sibi eligere sepulturam, quia iam effectus est seruus pęnæ, nullam enim ponere potest vltimam voluntatem l. eius qui. ff. de testam. secus si decederet lite pendente, seu post sententiam, sed suspensam per appellationem Petr. d. loco num. 16. Duodecimo fallit.

33 Eligens, & mandans corpus † suum non sepeliri non est obediendus, neque hæres incidit in aliquam pęnam, si eum congrue sepeliri faciat Angel. ver. sepultura numer. 44. vbi Sylu. nume. 22. Pisan. §. 2. in fine Arm. num. 25. not. l. quidam in suo. ff. de condit. inst. Ant. de Butr. rubr. de sepulturis numer. 5.

34 Sed quæro, † quomodo probabitur electio sepulturæ? Resp. Quod cum electio sepulturæ sit species vltimæ voluntatis, & agatur in ea de prę iudicio Ecclesiæ in qua sepeliretur, si non elegisset, debet probari, vel in testamento, vel in codicillus, quod si testamentum fuerit nullum & codicillus, vel quia minus solemne, seu ex causa exhæredationis, seu præteritionis, nihilominus talis electio substinebitur auth. ex causa & ibi not. C. de liber. Præter. si verò non elegerit in testamento neque in codicillo, probari debebit, vel per scripturam manu propria recognitam, uel per testes, nam fauore animæ sequimur. Ius diuinum quo disponitur, vt in ore duorum, vel trium stet omne verbum Deut. cap. 17. non tamen est satis, quod defunctus habuerit propositum eligendi, nisi eligat, quia propositum in mente retentum nihil operatur l. si repetendi. C. de cond. ob causam, probabitur igitur electio sepulturæ eodem modo, quo probatur quælibet dispositio ad pias causas, de quibus late dixi in opusculo 4. per totum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Electio sepulturæ in qua Ecclesia fieri debeat.*
2 *Electio sepult. fieri potest in loco minus religioso.*
3 *Electio sepulturæ fieri non potest in loco profano, neque in sepulturis infidelium.*
4 *Aliena sepultura quando eligi possit.*
5 *Rector Ecclesiæ, quando in alterius sepulcro possit aliquem sepellire.*
6 *Patrono inuito non potest aliquem in eius sepultura sepelire.*
7 *Concessa capella cum sepultura domui alicui nobilium non potest ea progenie durante ea priuari.*

8 *Religiosi non possunt sepeliri, in sepulcro quod alteri concesserunt.*
9 *Usus soluitur morte.*
10 *Electio sepulturæ super terram non potest fieri, neque penes aram.*
11 *Electio sepulturæ fieri potest in Ecclesia monialiũ.*

## Quæst. VIIII.

1 Ono quæro, † in qua Ecclesia fieri possit electio sepulturæ? Resp. Per infra scriptas conclusiones quarum prima sit in c. 2. §. si quis de sepult. 6. ibi.

2 Siquis antiqua † dimissa, nouam (etiam in loco minus religioso) elegerit sepulturam, electionem huiusmodi (licet iura super hoc videatur esse diuersa) nequaquam volumus impugnari, qui textus corrigit ius antiquum, quo cauebatur electionem fieri non posse, de sepultura in loco minus religioso cap. fraternitatem, de sepul. Sec. fit concl.

3 Electio sepulturæ † debet fieri in loco religioso ponderando textum in d. c. 2. ver. minus religioso, comparatiuum enim supponit positiuum. ff. de ver. oblig. l. vbi autem vt dixi supra 5. q. immo esset signum, quod male sentiret de catholica fide, si eligeret sibi sepulturam in loco profano, nisi mandaret ibi construi Ecclesiã, seu capellam, esset enim contra laudabilem cõsuetudinẽ vniuersalem Ecclesiæ quæ in tali casu seruanda est; c. licet de sepult. 6. quod patet in die omnium defunctorum pro quibus in Ecclesijs oratur, & cœmiteria benedicũtur & incensantur: vnde christianus non debet eligere sepulturam infidelium, hæreticorum & excommunicatorũ, quia sicuti viuentibus non debemus communicare cum eis, ita nec etiam mortuis c. iudæis, de iud. c. sacris de sepult. Tertia fit conclusio.

4 Eligi potest sepultura † aliena cap. 1. de sepult. quod intellige secundum Abbatem, ibi consentientibus patronis illius, aliàs secus, quia quod nostrum est, absque facto nostro auferri non potest leg. id quod nostrum. ff. de reg. iur. in casu ta-

5 men necessitatis † posset rector Ecclesiæ sepelire mortuum in alterius sepultura, Abb. c. pẽn. nu. 5. de sepulturis Roman. Sing. 692. Mathes. 75. sing. nu. 10. Bart. l. 1. ff. de oper. public. sed intelligas, quod aliena sepultura eligi possit, quod non sit

6 propria alicuius † patroni, sed sit alterius Ecclesiæ, quàm eius parochiæ, quæ cùm sit communis, potest eligi vt dictum est, quo casu cũ detur à iure non potest à rectore impediri. Quarta fit cõclusi.

7 Concessa capella ad vsum † sepulturæ alicui domui nobilium, & descendentium eius, ille qui non est de progenie illius domus, non poterit eligere sepulturam in d. capella non obst. c. 1. de sepult. ver. alienam, quia exemplũ ibi positum declarat illud dictum; quia locus, in quo sepultus fuit Christus nõ pertinebat ad vsum adhuc alterius personæ, cum fuerit sepultus in loco, in quo nunquam aliquis sepultus fuerat. Petrus de Vbald. tract. de Canon. c. 12. nu. 5. Ampl. vt nec etiam dicti cleri-

8 ci, † qui talem capellam concesserunt, possint ibi alios sepelire, etiam si essent clerici siue regulares, siue seculares d. Ecclesiæ, quia in fundo, in quo quis habet vsum non potest Dominus inhabitare inuito vsuario. l. si habitatio. §. fin. ff. de vsu, & ha-

9 bit. & hoc nisi progenies d. domus † fuerit extincta, quia vsus post mortem soluitur not. l. penult. c. de vsufructu. dixi ego in tract. mors omnia soluit p. 2. conclusio 13. num. 307. Petrus de Vbald. d. loco num. 6. Quinta fit conclusio.

10 Electio fieri non potest † sepulturæ super terram in Ecclesijs, sed corpora in tumbis profundis infra terram collocentur dixi supra q. 5. num. 4. Quod optime animaduertit Angel. Ferrariensis in opusculo de non sepeliendis mortuis penes aram, & vide quæ dicam in sequenti quæstione. Sexta conclusio.

11 Electio sepulturæ fieri potest † in Ecclesia monialium dummodo hoc non fieret intra septa Monasterij Natta in termin. consi. 432. volumin. 2. vbi tamen iam esset sepulcrum familiare, & hæreditarium intra septa Monasterij prout contingunt in Ecclesia S. Petri maioris, & S. Felicitatis, de Flor. ibi poterunt sepeliri.

SUMMARIUM.

1 *Priuilegium sepulturæ quis dare possit?*
2 *Cæmiterium debet benediri ab Episcopo.*
3 *Cæmiterium potest assignari cum reseruatione.*
4 *Cæmiterium quas habeat immunitates.*
5 *Episcopus potest concedere priuilegium sepeliendi.*
6 *Priuilegio concesso à Papa sepulturæ, debet intelligi saluo iure parochiæ.*

## Quæst. X.

1 Ecimo quæro, † quis possit dare priuilegiũ sepulturæ? Resp. Eo ipso, quod erigitur Ecclesia parochialis ceoletur à iure communi habere ius sepulturæ not. c. fraternitatem de sepult.

2 Oportet tamen quod prius consignetur † cæmeterium per Episcopum, & Benedicatur c. nemo de consecr. dist. 1. quo casu quando cæmiterium assignatur liberum, quisquis ibi eligere potest sepulturam etiam si nõ sit parochianus: secus si nõ

3 assignetur liberum, vt quando † reseruatur, certis tãtũ personis, quę reseruatio fieri potest Ant. de Butr. c. certificari num. 13. de sepult. quę Eccle

4 siæ parochiales potius habẽt † ius cęmiterij ex iure, quàm ex priuilegio, quę cęmiteria habent immunitates, vt ibi negociã secularia tractari nõ debeant c. inter de immunitate Ecclesię, si autem

5 Ecclesia nõ fuerit parochialis, † neq; habuerit populum, Episcopus poterit ei concedere hoc priuilegium in sua diocęsi, etiam intra limites alterius Ecclesię parochialis, nec obst. Clem. dudũ de sepult. vbi per solum Papã videtur posse concedi. Nam Resp. quod ibi concedit vr mendicantibus

6 per vniuersum, quod per solũ Papã fieri potest, secus si in vno loco tantũ, nec obst. etiã quod priuilegium dicetur parochiali Ecclesiæ, in cuius limitibus est sita, quod fieri non potest, nisi per Papam.

Nam

Nam resp. quod non præiudicat per hoc, quia po teraot parochiani alibi eligere sepulturam, vnde parochiani remanent liberi: Episcopus tamē hoc ex causa concedere deberet, si tamen per Papam
6 esset concessum † priuilegium liberę sepulturæ, nec est adiectum salua iustitia, poterit tamen Ecclesia parochialis consequi suam portionem. Anton. de Butr. d. c. certificari, oum. 14. hoc dixi super. us. quæst. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepultura ecclesiastica quibus interdicatur.*
2 *Infidelis, & hæreticus non sepeliuntur in sacro.*
3 *Torneamenta exercens prohibita, si moriatur in eis non sepelitur in sacro.*
4 *Taurorum agitatione mortui carent Eccles. sepul.*
5 *Duello mortui non sepeliuntur in sacro.*
6 *Occidens seipsum priuatur sepultura.*
7 *Confessionem omittens singulis annis carebit Ecclesiastica sepultura.*
8 *Monachus proprietarius non sepelitur in sacro.*
9 *Blasphemans Deum quādo non sepeliatur in sacro.*
10 *Peccator notorius non sepelitur in sacro.*
11 *Vsurarius quando careat Ecclesiastica sepultura.*
12 *Publici peccatores quando sepeliantur in sacro.*
13 *Interdicti non sepeliuntur.*
14 *Excommunicati quando careant sepultura.*
15 *Nati mortui quando non sepeliantur in sacro.*
16 *Rapientes qu. ndo careant Ecclesiastica sepultura.*
17 *Suspensus patibulo quando non sepeliatur.*
18 *Fures, & latrones quando non sepeliantur.*
19 *Tutorem relinquens clericum an careat Ecclesiastica sepul.*
20 *Multa introducuntur ad terrorem.*
21 *Interdicto ali. ui ingressu Ecclesiæ sepelietur.*
22 *Exenterari mandans non sepelietur in sacro.*
23 *Regula quibus cognoscitur, quando quis sit sepeliendus.*
24 *Cui communicamus viuo, communicabimus, & mortuo.*
25 *Cui non communicamus viuo, non communicamus, nec etiam mortuo.*
26 *Exhumari quando debeat corpus sepultum.*
27 *Cæmiterium quando sit reconciliandum.*
28 *Occulti peccatores sunt sepeliendi.*
29 *Sepeliens indignum scienter peccat mortaliter.*
30 *Meretrix quando debeat sepeliri in sacro.*
31 *Contritionis probatio per vnum testem.*
32 *Decimas retinens non sepelietur in sacris.*
33 *Parricidia priuatur ecclesiastica sepultura.*
34 *Contrito quando negetur sepultura.*

## Quæst. XI.



1 Ndecimo quæro, † quibus interdicatur Ecclesiastica sepultura? Resp. Multis interdicitur, & primo.
2 Infidelis, & hæreticus, † etiam si post mortem appareat non sepelietur in sacro c. Ecclesiam de consecrat. dist. 1. cap. sanè 24. q. 2. Secundo.
3 Moriens in torneamentis † carebit ecclesiastica sepultura c. 1. de torneamentis, quod intelligas de illo, qui venit causa exercendi se in torneaméns, secus de astantibus causa curiositatis, quod procedit in illis, in quibus mortes hominum, & animarum pericula sæpè proueniunt: secus dicendum videtur in currentibus ad brauium, vt Florentiæ contingit quo casu rarò mors hominum interuenit, & ideo si contingeret sepeliri posset Rosella ver. sepultura il 4. capitul. 2. de torneamentis. Tertio.
4 Morientes in agitatione taurorum † carent ecclesiastica sepultura Pius V. in extr. de salute de anno 1567. pag. 71. Quarto.
5 Morientes in singulari certamine † c. 19. de reform. Concil. Trid. ibi, & si in ipso conflictu decesserint perpetuo careant Ecclesiastica sepultura. Quinto.
6 Occidentes se ipsos carent ecclesiastica † sepultura c. quibus 23. q. 2. c. placuit 23. q. 5. quod intellige si interfecerunt se ex desperatione, vel iracundia, secus si ex fatuitate, & huiusmodi, vel ex casu. Sexto.
7 Moriens non confessus, † neque communicatus semel in anno priuabitur ecclesiastica sepultura c. omnis, de pœnit. & remis. Quod intellige nisi se super hoc emendasset in articulo mortis confitendo, & communicando, vel saltim signa contritionis, & huiusmodi emendationis ostendisset in fine, vel nisi ex aliqua rationabili causa abstineret se à communione S. Ant. 3. p. tit. 10. c. 5. §. 9. seu confessus esset mendicātibus, & sic procedit quando clarum est quod sit confessus quia tunc non negatur sepultura Doct. d. cap. omnis. Septimo.
8 Monachus † monitus à superiore, eo quod esset proprietarius, si decessit absque emendatione carebit ecclesiastica sepultura, & si contigerit in sacris sepeliri si absque scādalo fieri poterit proijciatur ab ea, capitu. super quodam de statu Monach. Octauo.
9 Blasfemus Dei priuabitur ecclesiastica † sepultura, si pœnitentiam ei iniunctam non egerit, & hoc intelligas, de blasphemo publico cap. 2. in fine de maledic. Nouo.
10 Peccator quilibet notorius † decedens in ipso notorio mortali est priuandus sepultura Ecclesiastica, vt Meretrices, Concubinarij, Vsurarij, &
11 similes c. quibus c. nos † æstimemus 13. q. 2. quod procedit, quando non sunt Ecclesiæ reconciliati
12 per pœnitentiam, † vel si non apparent saltem signa contritionis in eis, ad quod probandum sufficit vnus testis, quia tunc sepeliendi essent c. qui recedunt 26. q. 6. Decimo.
13 Interdicti non sepeliuntur † vt dicam in seq. quæst. Vndecimo.
14 Excommunicati excommunicatione † maiori notoria cap. sanè 14. q. 1. ibi quibus viuis non communicamus nec mortuis communicare debemus, de qua dixi late in summa peccatorum 2. p. tit. nono per totum S. Ant. 3. tit. 10. c. 5. §. 8. Clem. 1. de sepult. Duodecimo.
15 Nati mortui & è contra † egressi non sepeliuntur in sacris hoc idem si viui nascuntur, & decedunt absque baptismo Conc. quæ dixi supra num. 2. S. Ant. 3 p. tit. 10. c. 5. §. 9. in fine. Decimotertio.

16 Raptori rerum per violentiam, † ſi habet, vn-
de poſſit reddere ablata reſtituat, vel ſecuritatem
plenam de reddendo faciat denegabuntur ei ſa-
cramenta, & ſepultura: ſi verò cum haberet vnde
redderet diſtulit vſque ad mortem pertinere, &
tunc eſt impotens ad reſtituendum, ſi alias eſt cõ
tritus, & diſpoſitus ad reſtituendum, ſi poſſet, da
buntur ei ſacramẽta, ſed priuabitur ſepultura Ec
cleſiaſtica ad terrorem aliorum, niſi aliquis vellet
pro ipſu reſtituere, not. c. ex litteris, capitulo ſu-
per eodem raptor, quod intelligitur de raptori-
bus manifeſtis nun autem de occultis S. Ant. 3. p.
tit. 10. c. 5. § 9. Decimoquarto.

17 Suſpẽſus, vel aliu mudo mortuus † propter ſce
lera ſua, ſi moriatur impęnitens denegantur ei ſa
cramenta, & eccleſiaſtica ſepultura, ſed ſi ſunt
contriti ſicuti nec pęnitenris, neque viaticum, ita
nec ſepultura deneganda eſt capitulo fin. 13. q. 2.
S. Ant. d. loco in fine qnomodu autem ſibi eligant
ſepulturam dixi ſuperius q. 9. præced. Decimo
quinto.

18 Fures, & latrones † ſi in furando, vel deprędan
du occiduntur, viſum eſt pro eis non eſſe orandũ
capitulo fures de furt. vbi nut. Doctor. ibi quod ta
les carere debent eccleſiaſtica ſepultura. Deci-
mu ſexto.

19 Tuturem relinquens † teſtator clericum iu te
ſtamento careat teſtatur eccleſiaſtica ſepultura
capitulo neque apud 88. diſt. ibi Doct. nutant ſu-
per verb. ob dormitionem eius apud vus non fiat
oblatiu, neque aliqua deprecatio pro numine
eius frequentetur in Eccleſia gl. tamen ibi dicit
20 hoc introductũ eſſe ad † terrorem, ſed hodie nun
habet locum. Deciuſeptimo.

21 Interdictus cui eſt ingreſſus Eccleſię † non ſe-
pelitur in ſacris nut. c. is qui, de ſent. exc. 6. Deci-
mo uctauo.

22 Exenterantes corpora defunctorum, † & ea
immaniter decoquentes, vt uſſa à carnibus ſe-
parata ferãt ſeplienda in terram ſuam, ipſo facto
ſunt excummunicati, & nihilominus ille cuius
corpus, ſic inhumanè tractatum fuerit ex eius or
dinatiune Eccleſiaſtica careat ſepultura c. 1. in ex
trau. com. de ſepult. in ſumma circa hanc q. nutã-
23 dæ ſunt due regulæ, quarum † prima dicitur cui
communicamus viuu, & mortuo comunicare de-
bemus c. ſane 24. q. 2. cap. ex parte de ſepu. quod
24 ſemper hęc vera eſt niſi poſt † mortem appareat,
quare in vita non fuiſſet cõmunicandum, ut quia
poſſit conuinci de hęreſi. c. ſanè il 2. 24. q. 2. ſe-
cuuda regula eſt cui non communicamus uiuu,
25 nec mortuo communicare † debemus c. ſacris de
ſep. c. 1. 24. q. 2. hęc ſimiliter vera eſt, niſi & poſt
mortem appareat quare uiuu communicandum
fuiſſet c. à nobis de ſent. exc. Hoſt. in ſumma de
ſepultu. numero quarto. in fine, de ſepultura au-
tem talium. Nota quod ſi aliquis prędictorum,
26 quibus de iure † prohibetur Eccleſiaſtica ſepul-
tura, fuerit ſepultus in loco ſacro, ſi corpus eius
diſcerni poſſit ab oſſibus alijs, exhumandus eſt,
& proijciendus eſt extra locum ſacrum, aliàs nun
cap. ſacris de ſepul. & Eccleſia, ſiue cęmiterium
27 recõciliandum eſt c. conſuluiſti † de conſec. eccl.
& ſi fuerit ſepultus Infedelis debent etiam tigna
& parietes radi c. eccleſiam de conſecr. diſt. 1. oc-
culti tamen peccatores ſepeliendi, quia manife-
28 ſtari non debet † peccatum alterius occultum,
per viam iſtam, latentia enim peccata vindi-
ctam huiuſmodi nun habent, ſepelientes autem
29 tales ſcienter † peccant mortaliter, ipſiſq; defun-
ctis nocet, ſi hoc procurarunt quia de ſua præ-
ſumptiune grauius in inferno puniuntur c. cum
grauia 13. quęſt. 2.

30 Quid autem † dicemus de meretrice publica,
quæ exponit in lupanari curpus ſuum, ſi ipſa de
ceſſit iu d. luco oſtendens ſignum contritionis an
erit ſepeliẽda in ſacris? Reſp. quòd licet talis me-
reatur beneficiũ abſolutiunis obtinere nihilomi-
nus in odiũ criminis adeò notorij, nũ habebit ec
31 cleſiaſticã ſepulturã, ſicut † ſiquis decederet i agi
tatione taurorũ iu torneamentis prohibitis, & in
ſingulari certamine eſſe põt quod decedat contri
tus, & in eo articulo mortis mereatur beneficiũ
abſolutionis obtinere, nihilominus quia decedit
in eo conflictu ſibi umni iure prohibito carebit
eccleſiaſtica ſepultura, crederem tamen, quod ſi
conſtaret parochu quod dicta meretrix in animũ
induxiſſet ſuum ſe velle ad Deum conuerti, licet
permanſiſſet in d. loco publico, ſi ipſa caſtè viue-
ret puſſet morte præuenta in loco ſacro ſepeliri
ad probendam autem contritionem huiuſmudi
vnus tantum teſtis ſufficiet, c. qui recedunt 26. q.
32 6. Tab. ver. ſepulura † nume. 14. in fine, ſimiliter
nun reſtituens decimas Eccleſiæ priuatur eccle-
ſiaſtica ſepultura capit. prohibemus de decimis,
Petr. de Vbald. tit. de Can. Epiſcopali c. 14. num.
3. in fine. Item parricida priuatur Eccleſiaſtica ſe-
33 pultura Aſin. l. quod ſi nulla † nume. 10. ff. de re-
lig. & ſumpt. funer. Iac. Menoch. de arbitr. iud.
lib. 2. Cent. 4. caſ. 387. per totum.

## *SVMMARIVM.*

1 *Interdicti tempore qui ſepeliri poſſint.*
2 *Interdicti tempore non ſepelitur.*
3 *Interdictus debet eſſe nominatus.*
4 *Interdictum generale comprendit omnes.*
5 *Interdicti tempore, etiam mandante prelato non ſepelitur.*
6 *Interdicti tempore non interdicitur ſepultura extra locum ſacrum.*
7 *Interdicti tempore an exempti ſepeliantur.*
8 *Interdictum quod libet an impediat ſepulturam.*
9 *Interdicti tempore an poſſit ſepeliri in quinq; feſtiuitatibus.*
10 *Interdictos ſepeliens an mortuaria recipiat.*
11 *Interdictus audire diuina, an priuetur Eccleſiaſtica ſepultura.*
12 *Clerici ſepeliuntur tempore interdicti.*
13 *Interdicto relaxato remanet ſepultus in eodem loco.*
14 *Interdictum quomodo intelligatur circa perſonas, & locum clara diſtinctio.*
15 *Interdicta Eccleſia interdicitur cęmiterium, ſed non è contra.*

*Quaest.* XII.



1 Vodecimo † quæro, qui sepeliri possint tempore interdicti? Resp. Ex Clem. 1. de sepult. ibi eos, qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora non sine cōtēptu clauium Ecclesiæ in cæmiterijs interdicti tempore in casibus non concessis à iure, vel excommunicatos publice, aut nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos scienter sepelire præsumunt decernimus, ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere, à qua nullatenus absoluatur, nisi prius ad arbitrium diocesani Episcopi, eis quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem, nullo eis circa præmissa exemptionis quo vis alio priuilegio, sub quacunque forma verborum concesso aliqualiter suffragante: ex isto textu colliguntur à Doctoribus infrascriptæ conclusiones, quarum prima est.

2 Interdicti † tempore interdicta est Ecclesiastica sepultura, Innoc. c. fi. de exc. præl. Secunda.

3 Interdicto † non nominato non interdicitur Ecclesiastica sepultura, secus si nominatim Zabar. d. Clem. num. 4. Tertia.

4 Interdictum generale † comprehendit quoscumque, tam masculos, quàm fœminas, cuiuscunque conditionis sint arg. c. si quis 17. q. 4. Quarta.

5 Mandante prælato si quis † sepelierit interdictum incidit in pœnam d. Clem. 1. quia cum sit prohibitum non tenetur obedire prælato, sed tenetur ei contra dicere. c. si dominus 9. q. 3. cap. 2. de maior. & obed. nisi ipse prælatus inter dixerit nam tunc poterit illum habilitare. Quinto.

6 Sepeliens in campis, seu † in alijs locis priuatis tempore interdicti non incidit in pœnam d. Clem. 1. interest enim Reipub. ne corpora remaneant insepulta, & hoc etiam si essent loca pęnes ecclesiam, dummodo non essent benedicta, & ad vsum sepulturæ deputata. Sexto.

7 Exempti, vel non exempti † cæmiterij comprehenduntur sub hac dispositione. Septimo.

8 Interdictum quodlibet † impedit sepulturam, siue sit generale, siue speciale, dummodo proueniat à iurisdictione Ecclesiastica ita quod sit censura Ecclesiastica c. cum inter de consuet. c. tanta de exc. præl. Octauo.

9 Interdicti tempore † potest celebrari in quatuor festiuitatibus videlicet Natalis Domini, Resurrectionis Dominicæ, Pẽtecostes, & Assumptionis B. Mariæ de sent. excom. 6. cap. Alma mater, an tunc temporis poterit sepeliri? Respond. Quod non Zabar. d. Clem. 1. num. 14. Didacus verò d. §. Alma mater, §. 5. num. 6. dicit contrarium, & extendit ad festiuitatem Corporis Christi, cuius opinionem sequor, quia appellatione diuinorum officiorum venit officium sepulturæ. Sed tunc temporis diuina officia celebrantur, ergo & sepultura conceditur, ita Didacus d. loco. Nono.

10 Interdictos sepelientes † mortuaria licitè non recipiunt, nec de eis debetur quarta, alioquin participassent in crimine Zabar. d. clement. 1. nume. 33. Ant. de Butr. c. fin. in fine ex a. 6. præl. dicit contrarium quod arbitror verum. Decimo.

11 Interdictus duntaxat † audire diuina non priuatur sepultura, secus si ei interdicatur ingressus Ecclesiæ, Bonifacius de Vitalinis Clem. 1. nume. 63. de sepultur. Vndecimo.

12 Clerici, qui seruauerunt † interdictum non priuantur sepultura Ecclesiastica, licet sepeliantur cum silentio absque sono campanæ, gl. d. Clemen. 1. ver. à iure de sepult. Duodecimo.

13 Sepultus non interdictus † in loco interdicto, relaxato interdicto, ibi remanebit, nec exhumabitur. Ant. de Butrio c. fin. nu. 25. de excess. prælat.

14 Decimotertio distinguendo dicas, † quod aut locus est interdictus ob delictum totius populi, aut verò domini tantum; primo casu non debet aliquis de illo populo sepeliri, si verò in pœnam domini locus est, præterea aut loquimur de interdicto nominatim nominatione specialiū, & propriorum nominum, & hominum, & tunc habet locum pœna, d. Cleme. 1. vbicumque sepeliantur ab his, qui sciunt tales interdictos, si verò loquimur de nominatione hominum, sed subintellecta, propter expressionem ciuitatis loci, vel Castri, & tunc, aut interdictum est emanatum ob culpam domini tantum, seu rectoris, aut verò de culpa domini, & populi simul vna cum domino notorie, tunc idem dicendum est, quod sepeliri non possunt: si verò non fuerint culpabiles vnà cum domino, tunc si fuerint interdicti cum domino non sepelientur in loco interdicto tempore interdicti, licet sepeliri possint extra, quo casu bene sepeliri possunt absque pœna aliqua, ita Bonifacius d. Clem. 1. nume. 89. tu verò aliter distinguas, aut interdictum respicit personas, aut respicit locum. Primo casu non comprehendit, nisi personas culpabiles, quas concomitatur, & sequitur interdictum, quocunque ierint, sicuti lepra leprosum, adeo, vt vbicumque careāt ecclesiastica sepultura, si verò non fuerint personę culpabiles, vt quando interdicitur populus ob culpam aliquorum tantum, tunc illi qui non fuerunt inculpabiles si interdictum referatur ad personas tantum nulla habita ratione loci, tunc ipsi tales non priuantur Ecclesiastica sepultura, sed sepelientur in Ecclesia, vbi poterunt audire diuina extra parochiam populi interdicti, Petrus de Vbal. tit. de Canonica &c. num. tertio, si verò interdicatur locus, tunc eodem modo procedit distinctio, an fuerit ob culpam alicuius, an non, si verò est interdictus locus, vt quia Ecclesia sit polluta non debet quisquam sepeliri antequam Ecclesia reconcilietur, sed bene poterit alibi Doct. supra citat. dictis

15 in locis. & not. † quod interdicta Ecclesia est interdictum cæmiterium, sed non è contra; quia accessorium sequitur naturam principalis, capit. accessorium, de regul. iur. 6. vnde si cæmiterium fuerit interdictum poterit quis sepeliri in Ecclesia, nota circa hoc quæ scripsi in summa peccat. par. 2. tit. 9. q. 3. & seq.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna magna est priuare aliquem Ecclesiastica sepul.*
2 *Pœna quæ sit impedientis sepulturam.*
3 *Debiti prætextu non impeditur sepultura.*
4 *Compelli an possit aliquis vt subeat officium sepeliendi.*
5 *Reipublicæ interest corpora sepeliri.*

## *Quæst. XIII.*



1 DECIMO tertio quæro, † qa magna pœna est priuare aliquẽ Ecclesiastica sepultura, Bal.conſ. 4:6. no. 5. vol. 1. Aſin. l. si quis sepulcrum, §. prætor ait. nume. 5. ff. de relig. & sumpt. funer. Quæro qua pœna afficiantur illi qui
2 impediunt aliquem † sepeliri? Resp. Quod si quis per vim funus rapuerit, aut impedierit, quo minus sepeliatur, incidit in pœna l. Iuliæ.de vi publ. l.tertu.ff.eod.tit. cuius pœna hodie est depoitatio l.qui dolo §. si eo. & teneretur pœna sepulcri violati, vt dicam in seq.quæst. Ripa tract.de remed. contra pestem numero 114. Pisan. ver.sepultura il 1. in fine dicit quod qui ad domum moribundi accedit & ipsum, vel alios molestat cadit ab actione, & in tantumdem condemnabitur hæredibus defuncti publicabitur tertia pars bonorũ eius, & est infamis, & eisdẽ pœnis subiaceat, qui eo moriente circa funus peccat, & exequias prohibet conc. Ros.d.loco num. 21.sed an impediri
3 possit sepultura prætextu debiti, vel † alterius obligationis? Resp. Quod non: nisi occasione debiti præcessisset sententia, qua prohiberetur Ecclesiastica sepultura, nam eo casu nisi satisfactum esset per se, vel per alios non sepeliretur. Pisan. ver.sepultura il 1.10 fine vbi Angel. nu.34. Sylu. nome.12.Tabiena nomero 20. Arm. numer.23. Ant.de Butrio capitulo ex parte num.4.de sepul. sed an aliquis possit compelli à superiore, vt su-
4 beat officium † sepeliendi, dato quod nemo iouenireior, qui hoc officium vellet exercere. Resp. quod sic: interest enim reipubl. ne corpora remaneant insepulta, dummodo eligatur ad hoc per sona vilis, & abiecta, secus in valde honesta, cui aliàs ignominiosum esset, Ampl. vt ad hoc compelli possit etiam tempore pestis Ripa dicto loco nu.120.& seq.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna violati sepulcri quæ sit.*
2 *Armata manu extrahens mortuum de sepulcro pœna capitis punitur.*
3 *Violans sepulcrum efficitur infamis.*
4 *Actione ciuili cũ agitur de violatione sepulcri quid agendum.*
5 *Extraneus agere potest de sepulcro violato.*
6 *Spoliantes cadauera sepulcrorum qua pœna plectantur.*
7 *Corpora extrahens è sepulcro quomodo puniatur.*
8 *Sepulcra demolientes qua pœna puniantur.*
9 *Creditor impediens sepulturam debitori suo amittit debitum.*
10 *Hæres non sepeliens cadauer sui antecessoris priuatur hæreditate.*
11 *Sepulcra quando demoliantur absq; pœna.*

## *Quæst. XIIII.*

1 DECIMO quarto quæro, quæ † pœna sit violãtis sepulcrum? Resp. Violator sepulcrorum ex illis extrahens armata mano cadauera, vel ossa mortuorum punitur pœna capitali l. 3. ff. de sepulcro
2 violato, & efficitur † infamis cap.infamis 6. q.1.
3 sed hoc † crimen propter molta cæmiteria constructa apud Ecclesias iam in desuetudinẽ abijt Iulius Clarus in pract. crim. q. 68.nu.45.isto ta-
4 men in casu † ita distinguendo dicas, aut agitur ciuiliter, aut verò criminaliter, primo casu punietur pro iudicis arbitrio leg. 3.ff.de sepulcro violato, quæ actio potest intentari à pluribus, nec
5 non tam ab extraneo, quàm † ab hærede uor.leg. tertia.§. vltimo ff. eodem titulo si verò agitur criminaliter, & tunc constituo plures cõclusiones, quarum prima sit.
6 Spoliantes cadauera † puniontur pœna mortis, si armata maou spoliant, si verò sine armis vsq; ad metallum l. 3. §. aduersus ff. de sepulcro vio. Secunda sit conclusio.
7 Corpora † extrahentes, vel ossa ex sepulcris, humiliores vltimo supplicio afficiũtur, honestiores verò releganrur, vel depoitantur l. fin. ff. de sep.viol.& iodecen. pond. auri l. 4. C. eod. Tertia sit conclusio.
8 Sepulcra demolientes † si serui sont, & inscio domino id faciunt in metallum damnantur, si verò domioo iobente relegantur l.2.C.de sepulcro viol.si verò liberi homines sunt humiliores morte mulctantur l.fin.ff. eod. tit. si verò honestiores, releganiur, vel in metallum damnantur d.leg.fin. quo caso est etiam pœna pecuniaria.l.4.C.eod.& pœna sacrileg:j l.1.C. eod. tit. Quarta sit conclu.
9 Sepulturam † impedientes, si suot creditores proprium creditũ amittunt, deinde libræ quinquaginta auri Fisco applicantur leg.fin.C.de sepulcro viol. quæ pœna extenditur etiam contra
10 hæredes † non sepelientes sui antecessoris cadauera. Boer.q.287.nume.3. hæc 4.cooclusio.etiam procedit, si esset debitor guarentigiatus, cuius parata est executio, nam adhuc sepultura eius impediri non potest Abb.c. ex parte. il 1. de sepult. Golielm.Bened.c. Raynutius ver. moriuo num. 56.de testam.Grammar.decis.82.quod idem procedit, si adiret domum moribundi, & illum vel suos vexat, qui ius suum amittit, & tantumdem vexatis restituit l.item C. de sepulcro viol. similiter si creditor dum intra certum tempus exequiæ celebrantur, hæredes ipsius debitoris defuncti vexat, tunc est pœna annullationis actus, auth.sed neq; C.de sepolcro violato, Ripa tract. de remed. præseru.contra pestem numero 104.

Quæ

11 Quæ pœnæ † cessant cum quis contra sepulcrum aliquid sine dolo agit leg. 3. §. prima ff. de sepult. violat. Secundo quando sepulturæ perpetuæ non sunt leg. 3. §. non ff. eod. Tertio quando corpus defuncti per vicos, aut oppida in itinere transuexerunt l. 3. §. Diuus ff. eod. Quarto nõ procedit in sepulcro hostiũ, quod impunè dirui, & uiolari potest l. sepulcra hostium ff. eodem titulo Marsi. l. fi. nu. 53. ff. de quæst. Quinto nõ procedit, cum sepulcrum reficitur l. sepulcri. ff. de sepul. uiol. Iac. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cẽt. 4. cas. 387. per totum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Sepulcra qualiter transferantur.*
2 *Familiaria sepulcra quæ sint, & an transferri possint.*
3 *Hæreditaria sepulcra quomodo transferantur.*
4 *Hæres an sepeliri possit in sepulcro familiari.*
5 *Filijs etiam si non sint hæredes conceditur sepultura paterna.*
6 *Exhæredati an sepeliantur in sepultura parentum.*
7 *Liberti quando sepeliantur in sepultura patroni.*
8 *Transferri quomodo possit ius sepulcri.*
9 *Titulo singulari transferri non potest ius sepultura.*
10 *Titulo vniuersali transfertur ius sepult.*
11 *Præscribi, quomodo possit ius sepult.*
12 *Fideicommissarius excluditur, à sepulcro testatoris.*
13 *Transmittuntur iura sepulcrorum ad omnes descendentes.*
14 *Exhæredati an succedant in ius sepulcr.*
15 *Liberti hæredis sepeliuntur in sepulcro testatoris.*
16 *Substitutus directo succedit in ius sepulcri.*
17 *Vendi potest monumentum, si purum sit.*
18 *Donari quando possit monumentum.*
19 *Vendito fundo quando transferatur sepulcrum.*
20 *Venditio facta loci religiosi pro puro qua actio detur.*
21 *Vsu capi non potest ius sepulcri.*
22 *Vendita vniuersitate transfertur sepultura.*
23 *Vsufructuarius non fruitur iure sepeliendi.*
24 *Vsufructuarius non succedit in ius sepeliendi.*
25 *Bonorum possessor succedit in ius sepeliendi.*
26 *Fœminæ succedunt in ius sepul.*
27 *Hæres si non sit minus in possessione bonorum succedit in ius sepul.*
28 *Diuisione hæreditatis facta non potest vni adiudicari ius sepulturæ.*
29 *Permutari quomodo possit ius sepulc.*
30 *Donatio omnium bonorum an comprehendat ius sep.*
31 *Locatio vniuersitatis an comprehendat ius sep.*
32 *Pignori data vniuersitas an veniat ius sep.*
33 *Dos data cum vniuersitate an comprehendat ius sep.*
34 *Fiscus qualiter succedat in ius patron.*
35 *Insolutum dari non potest sepultura.*
36 *Renunciari an possit ius sepulcrorum.*
37 *Præscribi potest ius funerandi.*
38 *Ius patronatus simile iuri sepulcrorum.*
39 *Arg. de patronatu ad sepulturam quando sit validum.*
40 *Statutum excludẽs fœminas non excludit à sepul.*
41 *Transferre quis non possit ius sep.*
42 *Legari quomodo possit ius sep.*
43 *Donato fundo quando transferatur ius sep.*
44 *Feudo quando dari possit sep.*
45 *Emphiteusi concessa quando veniat sepul.*
46 *Sequester an vtatur iure sepeliendi.*
47 *Depositarius an habeat ius sepeliendi.*
48 *Priuilegio transferri potest ius sepul.*
49 *Sententia transfertur ius sepul.*
50 *Iuramento transfertur sepultura.*
51 *Iuramento electa sepultura non potest absq; causa mutari.*
52 *Voto electa sepultura non potest mutari absque causa.*

*Quæst. XV.*



1 DECIMO quinto † quæro, qualiter acquirantur iura sepulcrorum? Resp. Ex l. familiaria & l. seq. ff. de relig. & sumpt. funer. ibi.

2 Familiaria sepulcra † dicuntur, quę quis sibi familięque constituit.

3 Hæreditaria autem, quæ quis † sibi, hæredibusque suis constituit l. uel quæ pater (ibi) quæ pater familias iure hæreditaria acquisiuit.

4 Sed in utroque hæredibus quidẽ † cęteris successoribus qualescunq; fuerint, licet sepelire, & mortuum inferre.

5 Liberis etiam cuiuscunq; † sexus, uel gradus, & filijs familias, & emancipatis idem ius concessum est, siue extiterint hæredes, siue sese abstineant.

6 Exhęredatis autem, nisi † specialiter testator, iusto odio commotus, eos uetuerit: humanitatis gratia tantum sepeliri, non etiam alios præter suã posterioritatem inferre liceat.

7 Liberti autem, † nec sepeliri nec alios inferre poterunt, nisi hęredes extiterint patrono; quamuis quidam inscripserint, monumentum sibi, libertisque suis fecisse, & ita Papinianus respondit & sæpissime idem constitutum est.

8 Si adhuc monumentum purum † est poterit quis hoc, & uendere, & donare, si cenotaphium sit posse hoc uenire dicendum est, nec enim hoc esse religiosum, diui fratres rescripserunt, ita dicit d. l. uel quę pater familias, ex qua colligo plura notabilia & primo quod.

9 Particulari, seu singulari † titulo sepulcra trãsferri non possunt, ut delegato ex textu l. apud Iulianum §. fin. ff. de leg. 1. comprehenditur tamen in legato ius inferendorum cadauerum, unde si testator uelit externę familię mortuos inferri in eius sepulcrum, non sepulcrum, sed ius, ut leget inferendorum cadauerum, necesse est not. l. monumenti C. de relig. & sumpt. funer. uendicari enim sepulcrum iure dominij non solet Sal. l.

sepul-

sepulcrorum C.de relig.& sumpt.funer.si tamen monumentum purum fuerit legari poterit Bertrach.de Episc.lib.4.quæst.13. Lambert. tract.de iure patr.lib.1.p.2.q.6. Secundo infertur.

10 Sepulcra † & si non transeăt tit. particulari, vniuersali tamen, vt est hæreditarius transferuntur. quemadmodum,& cum vniuersitate bonorum in fundi venditione comprehendi intelligitur l. si mercedem §. si eum ff. de action. empti. dummodo cohęreat vniuersitati,quæ per se vendi possit l.in modicis ff. eod. quia cum loca sacra vendi non possint, vt dicam inferius not. leg.4. ff. de contr. empt. dicendum est, quod transeat cum vniuersitate,quia multa quæ alias non transirent,cum ipsa transeunt vniuersitate leg. ea quę ff.de acq.rerum dom. sicuti ius patronatus Ecclesiæ, vnde cum hæreditario iure in vniuersitate succedatur merito ad hæredes transit hoc ius funerandi Asin. dict. leg. familiaria, §. 1. numero 13. Tertio.

11 Præscribi non † potest dominium sepulcrorũ, sed ius tantum inferendorum cadauerum l.monumenta C. de legatis Asin. l. familiaria §.1.nu. 3.textus est l.pen.ff.de mortuo inferendo,ibi longa possessio ius sepulcri non tribuit ei,cui iure nõ competit.Quarto.

12 Fideicommissarius † excluditur à iure sepulcrorum,sed remanent apud hæredem,l.quia perinde ff.ad Trebel.Imola l.si patroni eod.tit.quod & in iure patronatus quoque procedit Bal.l.cum virum nume.11.C.de fideic. Roch. tract. de iure patr.ver.ipse nume.21. Asin.d.l. familiaria §. sed in vtroque nume.7.ff.de relig.& sumpt.funer.dicit hanc esse com. opinionem, quia in fideicommissarium ea tantum transeunt, quæ pecuniæ commodum amplectuntur, seu corpus & res ipsas hæreditarias, at hæc cum sint iura, ita primis hærent, vt veris hæredibus, vt ab eis euelli non possint quemadmodum de directis iurib.dici solet §.restituta inst.de fideicommiss.act. not.l.cum filio ff.de leg.1.Ampl. procedere etiam si quis in minima parte esset hæres,vnde isto in casu non attenditur pro quota parte,sit hæres,quia agitur de iure sepeliendi quod est indiuiduum, ideo in partes distingui non potest. Ideo alijs hæredibus, non consentientibus sibi cõcessum erit sepelire: nam ad eum vsum, ad quem res est destinata, quin ea socius vtatur, socius impedire non potest gl.l.arboribus §.nauis ff.de vsufructu, conc.cum hac opinione Cagnol. l.precibus numer. 252.C. de impuber. dicens quòd restituta hæreditate iura sepulcrorum non transeunt in fideicommissarium,& hanc dicit esse Com. Didac. c.Raynutius §. 9. nume. 11. de testamentis, dicens quod quamuis, ad fideicommissarium non pertineant iura sepulcrorum, pertinent tamen ad directum militare substitutum gl.com. recepta l. precibus C.de impube.& alijs subst. vbi Dec.nu.21. Alex. l.Centurio nu.45.de vulg.Corn.consi.252.nu.7. vol.3.Quinto.

13 Iura sepulcrorum, † quæ quis familiæ suæ constituit, spectant ad filios,nepotes,pronepotes & deinceps ad omnes natos, tam masculos, quã fœminas, etiam si essent emancipati, siue extiterint hæredes, siue abstineant Asin. l. familiaria §. liberis nume. 2.ff.de relig. & sumpt. funer. quod non procedit quando sepulcra acquisita essent pro se,& suis hæredibus, & non alijs Didacus d. loco proxime superius cit.Sexto.

14 Exhæredati succedunt † in ius sepulcrorum, nisi specialiter testator iusto odio commutus eos vetuerit, hoc tamen eis conceditur tantum humanitatis gratia,non etiam alios præter suam posteritatem,inferre,licet d.§. exhæredatis, exhæredatio enim est plus quàm emancipatio, & hoc prohibere potuit testator l.3.§. siquis in hæreditariũ ff.de sep.viol.Septimo.

15 Liberti si extiterint † hæredes patrono sepeliri poterunt, & alios inferre,quamuis quidam; inscripserint monumentum sibi libertisq; suis fecisse, quod intelligitur tam de sepulcro hæreditario,quàm de familiari Asin.d.§.liberti numero 30.Octauo.

16 Substitutus † directo succedit in ius sepulcrorum,quod non transiret in fideicommissarium. Alex.l.Centurio nume.44. ff. de vulg.& pupilli. Nono.

17 Vendi, & donari † potest monumentum si adhuc purum est, si cenotaphium sit,posse hoc venire,dicendum est nec enim hoc religiosum diui fratres rescripserunt d. §. adhuc ex quo sequitur quod si adhuc esset religiosum vtique vendi non posset ca. abolendæ de sepult. ibi abolendæ con-
18 suetudinis peruersitas † apud montem pessulanũ (vt dicitur) inoleuit vt decedentibus non priùs permittatur effodi sepultura, quàm pro terra, in qua sepeliendi sunt certum pretium Ecclesiæ persoluatur.& infra.Mandamus quatenus cum loci diocęsanus existas inhibeas clericis nequicquam omnino præsumant exigere hac de causa vbi gl. not.quod licet clerici exigere non possint, laici tamen compelli possunt pias, & laudabiles consuetudines obseruare, si quæ super hoc fuerunt c.ad apostolicam de simon. multa enim inhoneſtè petuntur quę honestè recipi possunt,cap. de elogijs 18.dist.c.placuit 1.q.2.cap. Quæsta.13.q. 2.c.non sane 14.q.5.Angel. ver. sepultura nu.1. vbi Sylu.nume.2. dicens quod sepultura, hoc est officium sepulturę vendi non potest, vel pro ea aliquid exigere non possunt clerici, nam ad hoc deputantur ratione beneficij c.dictum q.1.c.precipiendum 13.q.2. cã. in Ecclesiastico, de simon: alij verò clerici ad tale officium non obligati ratione beneficij poterunt vendere non quidem illud officium, sed laborem suum, accipiendo aliquid non vt pretium, sed vt substentationem c. charitatem 12.q.2.c.cum ex officij de pręser.similiter vas lapideum, aut ligneum factum pro aliquo sepeliendo vendi potest, nisi sit factum per Pontificem, uel ad hoc specialiter deputatum, Ecclesia tamen ex necessitate potest alteri uendere sicuti uendit alia uasa, dummodo tantum uendat illam materiam, nulla habita ratione precij occasione religiositatis, similiter quicquid temporale datur, vel promittitur, vel electio sepulturæ fiat, simonia est capitulo quam Pio 1. quæst.1.

similiter

similiter si sepultura fiat, vt non ponantur, nisi confratres si pactum faciunt, aut est taxa, pro quanto extraneus debeat ibi sepeliri, simonia est cap. audiuimus de simonia & c. sicut eodem tit. S. Thom. 2.2. q. 86. ad tert. & quaest. 100. 2. ad quartum dicit quod terra non consecrata in sepulturam potest emi in sepulturam, & sepultura iam consecrata potest vendi ratione materiae, in necessitate Ecclesiae sicut, & Calix consecratus ratione materiae, non autem potest vendi ratione consecrationis, vel officij, vel processionis in funere alicuius, vt scilicet aliquis pro pecunia ibi sepeliatur, tamen non dantes oblationes debitas, pro substentatione, possunt compelli dare secundum consuetudinem, & possunt puniri, per sacramentorum subtractionem, non per facei dotem, cui sunt oblationes faciendae, ne videantur pro sacramentorum, vel sacramentalium exhibitione aliquid exigere, sed per aliquem superiorem, & not. quod sepultura nondum consecrata, neque authoritate Pontificis destinata potest vendi à Domino qui sumptus fecit in eam, cum verò fuerit consecrata, & authoritate Pontificis destinata, non potest vendi, nisi à rectore Ecclesiae, quando alicui reseruata non fuisset, & hoc in casu tantum necessitatis, posset tamen ius sepulcri familiaris, seu haereditarij donari, prout donatur ius patronatus, interueniente authoritate superioris. de his quae accipi possunt ratione sepulturae dicam in sequenti parte huius tractatus. Decimo.

19 Adde quòd † sepulcrum cedit fundo vendito nisi sit exceptú, vel nisi habeat aditum ex publico l. si mercedem §. si eum, vbi Bar. ff. de action. empt. Bal. l. si. C. de ed. diu. adr. toll. Mathes. sing. 75. nu. 12. Alber. l. si mercedem nu. 2. ff. de act. empt. Vndecimo.

20 Venditio facta loci † religiosi pro puro, praetor in factum actionem dat in eum, ad quem ea res pertinet, quae actio in haeredem competit, cum quasi ex empto actionem contineat leg. ossa §. locus ff. de relig. & sumpt. funer. Duodecimo.

21 Vsucapi, † nec possideri dicitur ius sepulcri, quia illud in nullius bonis dicitur esse, §. nullius inst. de rerum diui. §. sed aliquando. inst. de vsucapion. Ioan. Longauallius l. imperium nu. 250. ff. de iurisd. omn. iudic. dixi supra nu. 11. huius q. Decimo tertio.

22 Vendita vniuersitate † venit in ea ius sepulcrorum sicuti transit ius patronatus dixi superius nume. 9. huius q. & hoc in sepulcris haereditarijs secus in his, quae cóperunt familiae tantú Roch. dicto loco nu. 40. Decimo quarto.

23 Vsufructuarius † nó succedit in ius humandi cadauera, & proprietarius hac in re vsu alteri cóstituto minus dominus dici non debet, vnde fructuarius inferendo tenebitur domino proprietatis Afin. l. 1. §. sed fructuarius ff. de relig. & sumpt. funer. sed & si alius proprietatem, alius vsumfructum habeat, non faciet locum religiosum, nec proprietarius, nisi fortè ipsum, qui vsumfructum legauit intulerit, cum in alium locum in ferri tá opportune nó posset, & ita Iulianus scribit: alius autem inuito fructuario locus religiosus non fiet, sed si consentiat fructuarius, magis est, vt locus religiosus fiat dict. l. 2. §. sed si alius. similiter si in locum publicis vsibus destinatum intulerit quis mortuum, praetor in eum iudicium dat. si dolo fecerit erit extra ordinem plectendus, modica tamen coertione, sed si sine dolo malo absoluendus est, in hac autem actione loci puri appellatio, & ad aedificium perducenda est, & non solum domino haec actio cópetit, verum ei quoque, qui eiusdem loci habet vsumfructum, vel aliquam seruitutem, quia ius prohibendi etiam hi habent. l. ossa. §. si in locum & §. seq. ff. de relig. & sumpt. funet. similiter si plura praedia quis habuerit, & omnium vsumfructú separatim legauerit, poterit in vnum inferri, & electio erit haeredis, & gratificationi locus, sed fructuario vtilis actio in haeredem dandam ad id recipiendum, quod propter eam electióne imminutus est vsusfructus leg. si plura. ff. de relig. & sumpt. funerum. Decimoquinto.

24 Vsufructuarius omnium bonorum † non succedit in ius sepulcrorum sicuti succedit in ius patronatus Lambert. de iure patr. lib. 1. p. 2. 3. art. 10. q. 2. quia vsusfructus morte finitur, & ius sepulcri confertur post mortem. Decimosexto.

25 Bonorum possessor succedit in ius † sepulcrorum, quia talis in effectu est haeres, & successor vniuersalis not. §. quos autem inst. de bon. poss. Fed. de sen. Consi. 257. Roch. tract. de iure patr. ver. ipse vel is à quo nu. 23. Decimoseptimo.

26 Filiae foeminae succedunt † in ius sepulcrorum sicuti masculi, quando sunt in domo patris, vel si essent extra, & haeredes essent, quo casu possent etiam si essent nuptae eligere sibi sepulturam parentum: de successione foeminatum dicit Roch. d. loco num. 14. Decimooctauo.

27 Haeres etiam si non fuerit † missus in possessionem bonorum defuncti sepelietur in eius sepultura, quia in puris, in corporibus sufficit habere ius Innoc. c. cum nostris de concess. praeb. Cyo. l. monuméta. C. de legaris. c. si tibi de praeb. 6. Roch. d. loco num. 24. secus si non adiuisset haereditatem, Lamb. de iure patr. lib. 1. art. 34. q. 2. p. 2. Decimonono.

28 Diuisione haereditatis facta non potest † vni tantum haeredi adiudicari ius sepulcri, nam mutatio ordinis Ecclesiae fieri non potest per mutationem patroni, Roch. d. l. nu. 27. Alber. tract. stat. q. 1. 56. num. 5. l. si sepulcrum. C. de relig. & sumpt. funer. Vigesimo.

29 Permutari non † potest ius sepulcrorum cum re temporali, alioquin simonia esset, sed bene cum re spirituali nempe cum alia sepultura, accedente tamen consensu Episcopi Roch. d. loco num. 28. & seq. Vigesimoprimo.

30 Donatis omnibus bonis † vniuersaliter transfertur etiam ius sepulcri, quod si donatum fuerit specialiter valebit donatio accedente consensu ordinarij Roch. d. loco numer. 30. vbi numer. 38. dicit, quòd si quis donauerit ecclesiam suam censebitur donatum eius ius patronatus, ita si-

quia

quis donauerit ſepulturam ſuam cenſebitur donatum ius ſepeliendi. Vigeſimoſecundo.

31 Locatio vniuerſitatis † perpetua comprehendit ius ſepulcri, ſicuti comprehendit ius patronatus ſecundũ magis com. opin. de qua per Roch. d.loco.nu.57.Vigeſimo tertio.

32 Pignori data † vniuerſitate bonorum, non tamen poterit creditor vti iure ſepulcrorũ, ſicuti non poteſt præſentare ad Eccleſiam, quia creditor pignoris non faciat fructus ſuos, nec eo vti poteſt Roch. dicto loco numero 61. Vigeſimo quarto.

33 Dos data cum vniuerſitate bonorum † facit trãſferri ius ſepulcrorum, ſicuti transfertur ius patronatus Roch.d.loco nu.63. vnde ſi maritus nõ habebit ſepulturam, ſepelitur in ſepultura vxoris.Vigeſimo quinto.

34 Fiſcus ſuccedit in ius ſepulcri in caſu, † quo fiat publicatio omnium bonorum, ſicuti tranſit ius patronatus Eccleſiæ in ipſum Roch. d. loco nu.68.Vigeſimo ſexto.

35 Inſolutum dari † poteſt ius patronatus Eccleſiæ, quãdo inſolutum datur vniuerſitas, ſecus de per ſe, quia non recipit æſtimationem, ita dicendum eſt de iure ſepulcrorum Roch.d.loco num. 70.Vige ſimo ſeptimo.

36 Renunciari non poteſt iuri † ſepulcrorum in præiudicium eorum de parentela, quando competit illis de parentela tantum ſicuti in ſimili de iure partronatus dicit Roch.d. loco nu.71.Vigeſimo octauo.

37 Præſcribi poteſt † ius funerandi, ſicuti præſcribitur ius. præſentandi ſpacio temporis, cuius initij memoria hominum non eſt in contrarium, ſimiliter ſicuti præſcripta vniuerſitate præſcribitur ius patronatus, ita & præſcribitur ius ſepulcrorum Roch. d.loco nume.89.& hæc, quæ dicta ſunt de iure patronatus Eccleſiæ diximus procedere in iure ſepulcrorum, propter ſi-

38 militudinem quam † habet Lambert.tract.de iure patron.lib.1.p.2.art.3.2.q.princ.2.q.lib.1.ideo dicendum eſt, quod eodem modo quo transfertur ius patronatus, transfertur etiam ius ſepulcrorum, & quemadmodum ius patronatus non poteſt haberi ſine conſenſu Epiſcopi,ita nec etiã ius ſepulcrorum Rochus de Curte in tract.de iure patr. ver. in Eccleſia numer. 13. non tamen à pari procedunt, vbi contrarium diſponitur in

39 iure, vel militat † diuerſa ratio in vtroq;. vnde ſtã re ſtatuto quod primo genitus ſuccedat, ſuccedet ſolus in ius patronatus, non autem ſolus in ius ſepulcrorũ niſi aliter reſeruatum fuerit Lam-

40 bert.de iure pat.lib.1.† 1.p. 19. art. 29. princip. ſimiliter ſtatutum excludens fœminas non excludit à tali ſucceſſione dixi ſupra quæſt. 8. Vigeſimo nono.

41 Transferre non poteſt † in alium ius ſepulturę ille, qui priuatur Eccleſiaſtica ſepultura, vt hæreticus Lambert. de iure patr.lib. 1. q. 2.p. 1.art. 39.Trigeſimo.

42 Legari poteſt † ſepulcrum Bertach. tract. de Epiſcopo lib.4.3.p.q. 13. Lambert. de iure patr. lib. 1.p.2.art.1. q.6.nume. 3. & ſi legatur Eccleſiæ non requiritur conſenſus Epiſcopi, ſecus ſi legetur laico, non tamen legatur ſepulcrum, ſed ius ſepeliendi Doct. Com.leg. monumenta C.de legatis leg. ſi monumento C. quę res pign. oblig. poſſ.ſi tamen locus eſſet purus legari poſſet monumentorum ipſum Ioan. dilectus tract.de arte teſtandi tit.de ſepult.tit.9. caut.1. ſi tamen teſtator legauerit monumẽtum,& ſit religioſum, vt actus potius valeat quam pereat, valebit legatum quò ad eius inferendi mortuum Salic. l.monumentũ C.de legatis.Trigeſimo primo.

43 Donato fundo † donatũ cenſetur & ſepulcrũ in eo, quando aliunde ad illud accedi non poteſt Roch.tract.de iure patr. ver.ipſe vel is q.13.Lambert.de iure patr.lib.2.2.p.q. 6.art. 6. Trigeſimo ſecundo.

44 Feudo data † vniuerſitate transfertur cum ea ius ſepulcrorũ acceſſorie ſicuti transfertur ius patronatus Lãbert.tract.de iure patr. 2. p. lib. 1.art. 1.& ſeq.7.q.Trigeſimo tertio.

45 Emphyteuſi † cõceſſa vniuerſitate transfertur ius ſepulcri, ſicuti transfertur ius patronatus Eccleſiæ Lambert.lib.1. p. 2. q. 8. Art.4.Trigeſimo quarto.

46 Sequeſter.ius † ſepulcri non tranſit in eum, penes quem fuit factum ſequeſtrum; quia licet poſſit præſentare, hoc tamen facit nomine patroni, quę ratio ceſſat in præſenti caſu Lambert. de iure patr.lib.1.2.art.3. q.9. Trigeſimo quinto.

47 Depoſitarius bonorum † vniuerſitatis non habet ius inferendi mortuos Lamber. d. loco ſuperius proxime citato, art. 4. Trigeſimo ſexto.

48 Priuilegio transferri poteſt † ius ſepulcri, ſicuti transfertur ius patronatus, quod dictũ procedit quo ad ſepulcrum liberum Eccleſiæ, ſecus ſi eſſet familiare, vel hæreditarium, quia per priuilegium non poteſt inferri præiudicium tertio Lambert.de iure patr.lib.1.p.2.art.8.q. 11.nu.3. Trigeſimo ſeptimo.

49 Sententia transfertur † ius ſepulcrorum, ſicuti transfertur ius patronatus Lambert. tract. de iure patr.lib.1.p.2.q.11.art.8.num.1.Trigeſimo octauo.

50 Iuramento † transfertur ius ſepulcrorum, ſicuti transfertur ius patronatus Eccleſię Lambert. d.loco, proxime citato, art. 10. vnde ſi quis motu proprio,non autem ſuaſione aliquorum fecit votum, vel iuramentum de ſepultura electa nõ mu-

51 tanda, ſine cauſa mutare † nõ poterit, nemo enim ſine cauſa poteſt venire contra votum, vel iuramentum,dummodo de cauſa orta poſt iuramentum non cogitauerit, Angel.ver. ſepultura num.

52 40.Sylu.d.loco nu. 5.noua autem † cauſa diceretur ſi factus fuerit Epiſcopus,vel religioſus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Argumentum de iure patronatus ad ius ſepulcrorum in quibus procedat, & non.*

2 *Conſenſus cuius requiratur in iure ſep. conſtruendo.*

3 *Reſeruatum quando dicatur ius ſepeliendi.*

4 *Plures conſtruentes, an omnes acquirant.*

*Teſtator*

5 *Testator mandans construi sepult. si hæres non potuerit an incidat in pœnam.*
6 *Patroni Ecclesiæ an requiratur consensus in constructione sepulturæ.*
7 *Pecunia alterius construens sepulturam, an efficiatur dominus.*
8 *Fideicommisso bona subiecta an possint alienari pro conseruanda sepultura.*
9 *Pactum valet, vt non liceat emptori construere sepulturam.*
10 *Testator mandans construi sepult. sub certa forma quid agendum, si non possit exequi.*
11 *Locum non exprimens testator, vbi fiet sep.*
12 *Incipiens construere sepult. & non perficiens an efficiatur dominus.*
13 *Promittens sepulturam construere potest compelli.*
14 *Cogi quando quis possit ad const. sep.*
15 *Acquiri quando dicatur ius sepulcri.*
16 *Construens sepult. acquirit ius pro his, quæ nominauit.*
17 *Testator mandans construi infra certum tempus quid agendum si infra illud non potest.*
18 *Restaurans sepult. an acquirat ius sep.*
19 *Edictum iuris sep est prohibitorium.*
20 *Prælatus construens sepulturam ad quos transmittat illud ius. &c.*
21 *Vasallus construens sep ad quos transmittat illud ius.*
22 *Filiusfamilias, monachus, & seruus si construant sep qui acquirant illud ius.*
23 *Sepultura constructa de bonis subiectis restitutioni, cui acquiratur.*
24 *Sepultura constructa de bonis donatis cui acquiratur.*
25 *Sepultura constructa de bonis male ablatis cui acquiratur.*
26 *Spoliari quis non debet iure sepulcrorum.*
27 *Dispensare an possit Episcopus in qualitatibus requisitis ad sepel.*
28 *Inscriptiones monumentorum quomodo probent.*
29 *Insignia, & arma quomodo probent.*
30 *Probatio iuris patronatus quomodo fiat.*
31 *Testis quis esse possit in causa iuris sep.*
32 *Causa iuris sep. est summaria.*
33 *Sepultura existens intra fines duarum parochialium quid agendum.*
34 *Concurrentibus pluribus ad eligendum mortuum insepulc quid agendum.*
35 *Papa disponere potest ad libitum iuris sep. & idem legatus de latere.*
36 *Renunciari quomodo possit iuri sep.*
37 *Rector Ecclesiæ quando aget pro iure sepult.*
38 *Arma & insignia sepulcrorũ remoueri nõ possunt.*
39 *Episcopus non potest alteri concedere ius sep. inuito domino.*
40 *Destructa Ecclesia an amittatur ius sep.*
41 *Amitti non dicitur ius sep per non vsum.*
42 *Vendens sepult. eam amittit.*
43 *Amittitur ius sep. multis modis.*
44 *Iudex competens qui sit in causa iuris sepulcrorum, & in quos compromictant.*
45 *Transigi non potest causa iuris sep.*
46 *Iudex secularis quando se ingerat in iure sep.*
47 *Remediũ quod competat causa consequendi ius sep.*
48 *Ius sepulcrorum annexum est spi. itualitati.*
49 *Vsum tantum quis dicitur habere in ius sep.*
50 *Iudex Ecclesiasticus est cognitor iuris funerandi, secularis verò pro expensis.*
51 *Promissio donationis iuris sepul. à iudice laico ad impleri fiet.*

## *Quæst. XVI.*

1 Ecimosexto quæro, † quia dictum est in proxima præcedenti q. num. 38. esse simule ius sepulcrorũ atque ius patronatus Ecclesiæ non tamen ius patronatus habet locum in sepulcris Lambert. lib. 1. q. 11. 1. p. art. 14. num. 4. nihilominus videamus in quibus conueniant, & differant. Resp. In multis, & primo.

2 Consensus diocęsani requiritur, quando † datur facultas sepeliendi in aliquo loco, ita & ad acquirendum ius patronatus Lambert. de iure patr. lib. 1. q. 2. princ. art. 3. quando verò est concessum priuilegium alicui loco sepeliendi, tunc in constructione alicuius sepult. familiaris siue hæreditariæ satis erit consensus rectoris Ecclesiæ, & ita seruatur in practica, quod si aliqs sibi ipsi soli ele gerit sepulturam poterit absque consensu etiam rectoris Ecclesiæ, quia hoc à iure conceditur, vt ad libitum quisque sibi eligat sepulturam, vt dixi supra in q. 9. in casu tamen quod requiretur consensus, si illum præstare noluerit recurrendum erit ad superiorem. Secundo.

3 Construens sepulturam nulla † sibi facta reseruatione iuris censebitur tacitè ius sepeliendi reseruatum, sicuti contingit de construente Ecclesiam Lambert. dicto loco. Tertio.

4 Plores construentes sepulturam † æqualiter omnes ius sepeliendi habebunt, cum hoc sit penitus indiuisibile, Lambert. tract. de iure patr. lib. 1. q. 3. p. 2. art. 3. si quis tamen sepulcrum construere velit, non poterit alter admitti eo nolente idem d. loco art. 6. Quarto.

5 Testator si mandauerit † construi sepulturam per hæredem in certo loco, sub certa pœna, & hæres non potuerit, quia ei à superiore negatum fuit an construendo alibi satisfaciat menti testatoris? Resp. Quod sic not. c. nemo de consecr. dist. 1. Roch. de curte in tract. de iure patr. ver. pro eo col. 1. Lamber. d. loco lib. 1. quæst. 1. p. 2. art. 13. Quinto.

6 Patroni consensus non requiritur † in constructione sepulturæ in Ecclesia patronata, quia in ea fundari etiam potest capellania eo iuito patrono Lambert. d. loco lib. 1. q. 5. p. 1. art. 17. Sexto.

7 Pecunia alterius construens sepulturam, † si dominus pecuniæ id ratum habuerit efficietur dominus sepulturæ. sin minus construens efficietur patronus, & tenebitur ad restitutionem pecuniæ Paul. de Citad. tractat. de iure patr. 3. p. q. 35. 1. causæ. Septimo.

Fidei-

8 Fideicommiſſo † bona ſubiecta non poſſunt alienari pro conſtructione ſepulturæ Roch.de iure patr. ver. Eccleſiam q. fi. poſſent bene alienari bona pro exequijs faciendis teſtatori iuxta ſui ordinis ſtatum. Octauo.

9 Pactum valet vt † non liceat emptori ædificare, in re empta, eccleſia n, cappellam, vel monumentum Lambert.de iure patr.lib.1.q.3.p.1.art. 23. Nono.

10 Teſtator † mandans cõſtrui ſepulturam in certo loco, ſub certa pœna, ſi ibi conſtrui non poterit tenebitur conſtruere alibi, Roch.tract.de iure patr.ver. conſtruxit q. 12. Vndecimo.

11 Locum non † exprimens teſtator vbi velit conſtrui ſepulturam, ſi hæredes fuerint diſcordes, electio loci ſpectabit ad Epiſcopum ſicuti ad ipſum ſpectat electio arrij Eccleſiæ c. nemo de conſecr. diſt. 1. Lambert.tract.de iure patr. lib. 1. q. 3. p. 1. art. 25. crederem tamen quod in parochiali eccleſia eſſet conſtruenda, niſi mens teſtatoris ex aliqua coniectura aliter colligi poſſet. Decimo ſecundo.

12 Incipiens † cõſtruere ſepulturam & alter perficiens ambo erunt domini poterit tamen incipiens compelli ab ordinario loci ad opus inceptũ perficiendũ & cogi Paul.de Cittad.in tract.de iure patr. 3. p. q. 14. cauſæ 1. & q. 18 d.cauſę, & poterit arbitrio ordinarij infra tempus ab eo præfigendum ad id compelli Lamb.de iure patr.lib.1. art. 3. q. 4. p. 1. Decimo tertio.

13 Promittens † ſepulturã conſtruere poteſt compelli ad eam perficiendam, pollicitatio enim de iure canonico producit actionem, vt quis cogatur ad aliquid faciendũ, etiam antequam inceperit c. qualiter de pactis Paul. de Cittad. tract. de iure patr. 3. p. q. 20. & ſeq. cauſa 1. vbi dicit quod compellitur actione in factum erit nihilominus patronus compulſus ad not.per Lambertin.d.loco artic. 6. nu. 7. etiam ſi ei de mandatum eſſet à teſtatore & noluiſſet conſtruere, niſi eſſet iuſſus, & compulſus à ſuperiore idem art. 7. nu. 3 Decimo quarto.

14 Cogi & compelli poſſet † aliquis particularis, ſeu vniuerſitas, ad fundandum ſepulturam, in caſu neceſſitatis, vt quando Eccleſia eſſet adeò parua nec haberet cæmiterium, ſufficiens ad recipiẽda cadauera ſuæ parochiæ, nam ei authoritate ordinaria debebit concedi tot ſpatium terræ, vt ibi ſepeliri commode poſſit, Paul.de Cittad.tract.de iure patr. 3. p. quæſt. 29. cauſa prima. Decimo quinto.

15 Acquiri non † dicitur ius ſepulcri ex eo ſolo, quod aliquis incæpit conſtruere illud, ſed quando perficit Paul.de Cittad.tract.de iure patr. 8. q. 3. Lambert.d.loco art. 9. Decimo ſexto.

16 Conſtruens ſepulturam de † conſenſu rectoris Eccleſiæ pro ſe, & pro tertia perſona, quæ nihil expendit acquirit ius ſep.omnibus quia ille alterius nomine conſtruxiſſe videtur Cald.tit.de iure patr.conſi.fin. Roch. d.tract. vet. pro eo q. 16. Paul.de Cittad. 3. p. q. 22. cauſæ. 1. Decimo ſept.

17 Teſtator mandans † conſtrui ſepulcrum per hæredem infra certum tempus, ſi hæres infra illud tempus moriatur, tenebitur hæres hæredis Lambert. d. loco artic. 11. ſi tamen teſtator legauerit centũ pro conſtruenda ſepultura ſub certa forma, ſi illa centum non ſufficient poterint conuerti illam centum in alium pium vſum arbitrio ordinarij, ſeu in aliam ſepulturam Lambertinus d.loco art. 12. ſimiliter, ſi teſtator mandauerit conſtrui ſepulturam in teſtamento imperfecto, eius voluntas erit ſeruanda Lambert. d. loco art. 13. not. Doct. l. hac conſultiſſima. §. ex perfecto. C. de teſtam. Decimooctauo.

18 Reædificans ſepulturam funditus † collapſam, acquirit ius ſepult. Lambert. tract. de iure patr. lib. 1. q. 6. art. 7. 1. p. nu. Decimonono.

19 Edictum de iure ſepulcr. † eſt prohibitorum, omnis enim poteſt illud acquirere, qui non reperitur prohibitus ſpecifice à iure Doct. Com. c. nobis de iure patr. ſicuti edictum de teſtamentis eſſe prohibitorium dicimus, omnis enim teſtari poteſt qui non prohibetur expreſsè gl. Bart. & Doctor. l. ſi quæramus. ff. de teſtam. prohibetur tamen primo paganus, & alius infidelis Lambert. p. 1. q. 7. art. 3. lib. 1. Secundo prohibetur hæreticus, & fautor illius, ibidem art. 4. & ſeq. Tertio prohibetur Sciſmaticus ibidem artic. 6. Quarto apoſtata, & præſertim à fide ibidem art. 7. Quinto excommunicatus ibidem art. 10. Sexto meretrix de bonis turpiter acquiſitis Lambert. lib. 1. p. 1. q. 8. art. 10. Septimo ſimoniacus ibidem art. 12. poterit tamen acquirere ius ſepul. fœmina Lambert. d. loco art. 2. ſimiliter & pupillus ibidem art. 15. Vigeſimo.

20 Prælatus conſtruens ſepulturam † in eius Eccleſia tranſmittit illud ius ad ſucceſſores eccleſię, non autem ad eius conſanguineos, vel hæredes, niſi conſtiterit illum conſtruxiſſe de bonis patrimonialibus animo tranſmittendi ad conſanguineos, vel hæredes Lambert. tract. de iure patr. p. 1. lib. 1. q. 8. art. 7. numer. 1. not. cap. Apoſtolicos 12. q. 2. Vigeſimoprimo.

21 Vaſallus ſi conſtruxerit ſepulturam † de facultatibus feudi de domini conſenſu, tunc tranſmittetur ad eum, ad quem tranſmittitur feudum, non ad conſanguineos, nec ad alios hæredes, ſi verò abſque conſenſu domini, tunc diſmembratio erit inualida, ſi verò conſtruxerit de fructibus illius, tunc quia vaſallus facit ſi uctus ſuos tranſmittet ad conſanguineos, vel hæredes, non autem ad ſucceſſores feudi Lamber. tract. de iure patr. lib. 1. q. 8. art. 8. p. 2. nu. 7. Vigeſimoſecundo.

22 Filius familias, Monachus, † & ſeruus cõſtruentes ſepulturam tranſmittunt eam ad patrem, Monaſterium, & dominum, niſi filius familias conſtruet de bonis quaſi caſtrenſibus Lambert. d. loco artic. 9. Vigeſimotertio.

23 Sepultura conſtructa de bonis, quorum † reſtitutio fieri debet, non tranſmittitur ad hæredes, quia de eis nec etiam eleemoſina fieri poteſt Lambert. d. loco art. 11. vbi art. ſeq. ampliat. procedere in ſepultura conſtructa de fructibus bonorum male acquiſitorum. Vigeſimoquarto.

24 Sepultura conſtructa de bonis † donatis ab eo, qui conſtruere non potuit valebit, quia hoc id dona-

donatarius facere potuit quia vitium personale nó afficit personam, sed bona Lambert. d. loco art. 13. Vigesimo quinto.

25 Sepultura † constructa de bonis restitutioni subiectis, si verus dominus habuerit ratum, ei acquiritur ius sepeliendi, si verò sibi satisfier acquiretur ei qui satisfecerit, quod si nemo satisfecerit sepultura erit libera Ecclesiæ Lambert. d. loco art. 15. Vigesimo sexto.

26 Si quasi possidenti † ius sepolcr. moueatur lis, non retardabit nihilominus, quo minus vtatur eodem iure, quia in eo casu retardari non potest ad not. per Lambert. tract. de iure patr. lib. 2. q. 3. part. 1. art. 4. quæ quasi possessio acquiritur ex vnico actu, dummodo non sit clandestinus, & dominus subito non reclamauerit habita notitia. Lambert. d. loco artic. 11. & transmittitur talis possessio ad hæredes, ibidem art. 23. Vigesimo septimo.

27 Dispensare † non potest Episcopus in qualitatibus requisitis, & appositis à construente sepolturam, vt si voluerit, quod deseruiat prodoctoribus, seu equitibus, vel similibus non poterit deseruire pro alijs Lambert. tract. de iure patr. lib. 2. part. 1. quæstio 10. artic. 7. Vigesimo octauo.

28 Inscriptiones † monumentorum, neque sepulcrorum iura, neque dominiom loci puri ad libertos transferrent, præscriptio autem longi temporis si iustam causam initio habuit vobis proficiet leg. monumentorum C. de relig. & sumpt. funer. hæc tamen lex intelligitur de inscriptionibus nouiter factis, seu ab extraneo appositis, secus in antiquis ex quibus probatur etiam ius patronatus gl. cap. cum causam de probat. cap. ad audientiam de præscr. capitulo cum olim il 2. de censibus capitulo sane 24. quæst. 2. Lamer. de iure patr. lib. 2. p. 2. quæst. 10. artic. 9. Afio. l. vel quæ pater §. si ad hunc nume. 37. ff. de relig. & sumpt. Cagnol. l. 1. nu. 174. ff. si cert. pet. & ex inscriptione colligitur an sit familiare seu hæreditarium, prout colligi potest ex inscriptione sepulcri meorum parentum positi in Ecclesia magna Sanctæ Crucis de Florentia ibi.

D. O. M.

Philippus Medices, & Reffus fratres Aram Christos resurgenti dicarunt, sepulcrum autem sibi posterisque suis dormientibus ponere curarunt Anno Domini M. D. L X X I I I I. Vigesimo nonò.

29 Insignia, & † arma in antiquis probant ius sepul. l. stigmata C. de fabricensibus lib. 11. Cagnolus l. 1. nu. 177. ff. si cert. pet. vbi eodem modo probatur

30 † ius patronatus. Trigesimo.

Antiquissima quasi possessione probatur ius patronatus, & ius sepulcrorum, Lambert. de iure patr. lib 2. part. 2. q. 10. artic. 4. probatur etiam ex constructione sepolturæ, etiam si nulla fuerit facta reseruatio iuris sepul. ibid. artic. 5. Trigesimo primo.

31 Testis potest † esse patronus in causa iuris patronatus, seu quasi possessionis ipsius, quia potius est sibi damnosum, quàm vtile habere compatronum, cum ex pluritate ipsorum minuatur ius illorum, & hoc nisi probando augeret ius suũ seu ageretur de præiudicio tertij, idem est in probatione iuris sepulcrorum Lambert. d. loco. art. 12. nu. 6. Trigesimo secundo.

32 Causa iuris patronatus † est summaria, & conclusio illius non dicitur de necessitate, requiritur tam sententia not. Clem. sæpe de verb. signific. citatis partibus inscriptis, qood idem videtur dicendum in iure sepulc. Lambert. de iure patr. lib. 2. par. 2. q. 11. articu. 3. vbi dicitur artic. 5. ab ea posse appellari, alioquin transiret in iudicatum ibidem artic. 6. & sententia lata cõtra vnum ex patronis alio patrono obtinente ius totum accrescit, quia istud ius, quasi spirituale non potest diuidi, vnde non potest quis esse semi patronus nota leg. quædam ff. familiæ hærc. Lamber. dicto loco artic. 8. idem est in iure sepulcro. Trigesimo tertio.

33 Sepulcrum † si fuerit intra fines duarum parochialium, erit commune, quo ad iura parochialia, idem si fuerit intra fines duarum dioceſ. quo casu si disputandum erit ius sepulcri, erit locus præuentioni quo ad iudicem, si erunt pares, vel æquales, alioquin ad superiorem recurrendum not. gl. & Doct. cap. licet 16. quæst. 3. Lambert. de iure patr. lib. 2. pat. 2. q. 4. arti. 6. nume. 4. Trigesimo quarto.

34 Concurrentibus † pluribus patronis ad eligendum aliquem mortuum in sua sepultura, quia eis talis competerit electio, si fuerint pares electio Ecclesiæ, spectabit ad rectorem Ecclesiæ, si verò dispares ad maiorem numerum: rector tamen Ecclesiæ in casu quo electio ad eum spectabit eliget meliorem inspecta qualitate personę Lambert. de iure patr. lib. 2. par. 3. q. 5. artic. 1. & seq. Trigesimo quinto.

35 Papa potest † disponere ad libitum de iure sepulcrorum, etiam inuitis dominis, sicuti potest disponere de iure patronatus inuitis patronis, Lambert. de iure patron. lib. 2. p. 3. quęst. 9. artic. 2. nu. 2. Ampl. hoc idem procedere in legato dela tere Lambert. d. loco q. 8. art. 1. quod enim quis sepeliatur in Ecclesia, seu cęmiterio est ex priuilegio, quo vti non potest priuilegiatus contra priuilegiantem, & potest supprimere omnia iura patronatus totius mundi Lambert. d. tract. lib. 3. q. 7. art. 6. Trigesimo sexto.

36 Renunciare potest † patronatus Ecclesię patronatę, etiam inuita Ecclesia, ita patronus habet suuito rectore Ecclesię Cald. consilio quarto de iure patr. Lambert. lib. 3. q. 2. artic. 6. Trigesimo septimo.

37 Rector Ecclesię aget in iudicio pro † interesse Ecclesię in causa litis vertẽtis iuris sepulcr. Lamb. lib. 3. q. 2. art. 10. Trigesimo octauo.

38 Arma, & insignia † primi fundatoris à Cappella, Ecclesia, seu sepulcro nullo modo sunt amouenda, sed ibidem semper permanere debent in memoriam primi fundatoris, & hæc est com. opin. Anch. consilio 356. secunda sit conclusio, quòd nouus hæres non solum non potest mutare huiusmodi arma, sed nec etiam si est alterius

familiæ ſua inſignia, ſeu arma ſculpiri facere po-
teſt etiam remanentibus antiquis. Tertia ſit con-
cloſio, quod vbi fieret ſepultura non pro haben-
do ius ſepel. in ea, ſed pro remedio animæ ſun-
datoris, vt qoia benefaceret Eccleſiæ, & fieret
ſcriptura in marmore oſtendeos arma primi fun-
datoris, poterunt tamen ſculpiri arma ipſios hæ-
redis Anch. conſil. 114. Quando oullus eſſet de
agnatione, & familia illius primi conſtruentis,
non remotis tamen armis primi fundatoris. Quar
ta ſit concluſio in ſepulcris cadauerum oon poſ-
ſunt ſepeliri, niſi hæredes ſanguinis. Qui ſi eſſent
nati ex filiabus fœminis, & reſtaurauerint ſepul-
turam, poterunt apponere ipſorum arma, non
remotis his, qoæ ſunt fundatoris, dummodo
faciant ſcripturam, de primo fundatore Anch.
conſil. 513. Quinta ſit concluſio, quod oec etiam
rector Eccleſiæ motare poteſt inſignia, & arma
ſepolcrorum & cótra faciens punietur, non enim
poteſt præiudicare, iuri fundántis. Sexta ſit con-
cloſio, quod ſepulcrum conceſſum vni pro ſe, &
ſuis, de eius domo, eis auferri non poteſt & alijs
concedi, niſi qoando omnes extincti eſſent, nam
mortuo vſuario vſus redit ad proprietariom libe
re. leg. pen. C. de vſufruct. & hoc niſi aliter in fun-
datione conuentum foerit, & dummodo cadaue-
ra ipſorum non exbumentur, neque inſignia vl-
lo pacto remoueantur, & concederentur perſo-
nis æqoalis ſtatus, & conditioois, indignum enim
eſſet vt ſepulcrum, quod fuit pro familia nobi-
li concederetur ignobili, & plebeio ita colligi-
tur ex mente Lambert. de iure patron. lib. 3. q. 5.
artic. 4. per totum. Trigeſimonono.

39 Epiſcopus non poteſt concedere † ius ſep. alte-
ri inuito domino etiam ſi concederet pio loco
ſicuti nec etiam concedet ius patronatus inoito
patrono: ſecus eſt de conſenſu illius Lambert. d.
loco q. 6. art. 3. d. lib. 3. & art. ſeq. vbi non poteſt
immutare conditiones, quę interuenerunt io pri-
ma fundatione. Quadrageſimo.

40 Deſtructa eccleſia an quis ius ſep. † amittat?
Reſp. Quod perempta cauſa, ex qua qnis erat pa-
tronus oon reſtabit eius ios, & non erit alterius
pattonos Lambert. de iure patr. lib. 3. q. 7. artic. 1.
Quadrageſimoprimo.

41 Amitti oon dicitur ius † ſepulc. per non vſum
eius ſimpliciter, ſed bene per cootrarium vſum
contra dominom preſcriberetur, ſeu eccleſia ac-
qoireret ſibi libere illud ius Lambert. tractat. de
iure patron. lib. 3. quæſt. 7. art. 8. vt qnando venit
caſus eo vtendi & eo vſus non eſt, amittit tameo
ſi illud cedit eccleſiæ in caſu, quo poteſt præiu-
dicare ſucceſſoribos, ſecus not. capit. 5. de iure
patron. 6. Lambert. d. loco artic. 7. Quadrage-
ſimo ſecundo.

42 Vendi non poteſt ius † ſepolcri cum ſit ſpiri-
tuale, quod ſi vendatur ſepultura erit libera ec-
cleſiæ etiam ſi rector ipſius Eccleſiæ illud emerit
Lambert. tract. de iure patr. lib. 3. q. 8. art. 2. Qua-
drageſimo tertio.

43 Amittitur ius ſepulc. † multis modis. Primo
per ſimoniam, vt ſi vendatur in caſu prohibito
veodendi. Secuodo ſi dominus ſepolcri occide-
ret rectorem Eccleſiæ, in qoa eſſet ſepultura, niſi
hoc ageret ad ſui debitam defenſionem. Tertio ſi
vioum in ea ſepeliret, vel aliqood aliud delictom
in ea committeret, vt in eo puniatur in qoo deli-
quit. Quarto qoando labitur in hæreſim, & in
fautore, & receptatore hæreticorom, ſciſmati-
co, apoſtata, & excommunicato per annum in
caſibus, in quibus prædicti indicantur, vt hære-
tici. Quinto etiam in crimine læſæ maieſtatis hu-
manæ. Sexto etiam ſi de prædictis fiat publica-
tio bonorum per iodicem ſeculare. Quibus in
caſibos Eccleſiæ efficietur libera ſepultura, quan-
do vnus erat tantum dominus ſepulcri, ſecus ſi
plures: nam in caſo amiſſionis vnius accreſcit ius
alteri, ſi erit ſepulcrum ſamiliare, ſi verò erit hæ-
reditariom accreſcet rectori Eccleſiæ, qui pote-
rit ad libitom vnà cum compatrooo, ibi ſepeliri
facere Lambert. tract. de iore patr. lib. 3. q. 8. art. 2.
& ſeq. Quadrageſimoquarto.

44 Canſa iuris ſepolcr. † eſt cauſa fori eccleſiaſti-
ci, non ſecularis Hoſt. tit. de iore patron. §. fin.
adeo, vt neque compromitti poſſit in laicum
Lambert. de iore patron. libr. 3. quæſtion. 9.
articul. quarto, in caſo tamen qoo cognoſcetur
ſuper aliqua vnioerſitate nolla habita ratione ad
ius patronatus tranſibit cum eo iudicio acceſſo-
riè ius patronatus Lambert. d. artic. 5. Quadra-
geſimoquinto.

45 Tranſigi non poteſt † ſuper iore ſepulcr. oot.
c. præterea il 1. de tranſact. Lambert. d. loco art.
6. Quadrageſimoſexto.

46 Iodex ſecularis cognoſcet de † expulſione vio-
lenta à ſepultura, quando erit ioter meros laicos
omnis enim violentia dicitur perſonalis iniuria,
not. l. itaque fullo. ff. de furt. Lambert. d. loco art.
7. Quadrageſimoſeptimo.

47 Remedium, qood intentetur † pro iore patro-
natus declarando, vel eoincédo, & quomodo for
metur libellus not. Lambert. vbi inferre poteris
ad ius ſepulcri d. loco art. 8. & art. 11.

48 Has concluſiones poſui † propter ſimilitudi-
nem quam habet ios patr. cum iure ſepolcr. eſt
enim ius annexum ſpiritualibus, & quis dicitur
49 habere vſom tantum † in ſepulcro, non autem
dominium, neque poſſeſſiooē, oiſi abuſiuè Lam-
bert. tract. de iure patr. lib. 4. q. 9. art. 9. vbi in art.
ſeq. dicit, quòd cognitio iuris funerandi ſpectat
ad iudicem Eccleſiaſticum, pro expenſis verò fu-
50 nerum ad iodicem † laicum l. hæreditas. §. fin. ff.
de per. hæred. ſi qois tamen promitteret alicui ius
ſuum ſepulcri, poterit compelli ad boc implen-
dum à iudice laico, ſi illum adire voluerit; Quia
compellere laicum ad tradendum ios ſepolcri
51 actione perſonali noo eſt diffinire † canſam ioris
ſepulcri, ſed definire cauſam promiſſionis factæ
ita Lambert. d. art. 10. in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Acti o quæ competat aduerſus eum mortuum cum infert in locum alterius.*

2 *Corpora eruere, neque effodere quis non poteſt abſque authoritate Epiſcopi.*

*Reli-*

3 *Religiosus locus pro puro venditus, quam actionem tribuat.*
4 *Vis ad sepulcrum quando sit concedenda.*
5 *Libellus qualiter concipiatur quando infertur mortuus in locum alterius.*

## Quaest. XVII.

1 Ecimoseptimo quaero, † quae actio competat aduersus eum, qui corpus mortuum in locum alterius infert. Resp. Ex mente l. qui intulit. ff. de relig. & sumpt. funer. ibi.

Is qui intulit mortuum in alienum locum, aut id tollere, quod intulit, aut loci pretium praestare cogitur, per in factum actionem, quę tam haeredi quàm in haeredem competit, & perpetua est.

Aduersus eũ, qui in alterius arcam lapideam, in qua ad huc mortuus non erat conditus mortuum intulerit, vtilem actionem in factum proconsul. dat, quia non proprie, vel in sepulcrum, vel in locum alterius intulisse dici potest.

2 Ossa vero quae ab alio illata † sunt, vel corpus, an liceat domino loci effodere, vel eruere, sine decreto Pontificum, seu iussu Principis, quaestionis est, & ait labeo expectandum esse permissum Pontificalem, seu iussionem Principis, alioquin iniuriarum fore actionem, aduersus eum qui eiecit l. ossa. ff. de relig. & sumpt. funer.

3 Si locus religiosus † pro puro venisse dicatur, praetor in factum actionẽ in eum dat ei, ad quem ea res pertinet, quae actio in haeredem competit, cum quasi ex empto actionem contineat.

Si in locum publicis vsibus destinatum intulerit quis mortuum praetor in eum iudicium dat, si dolo fecerit erit extraordinem plectendus, modica tamen coertione, sed sine dolo malo absoluendus est.

In hac autem actione loci puri appellatio, & ad aedificium perducenda est.

Non solum domino haec actio competit, verum ei quoque qui eiusdem loci habet vsumfructum, vel aliquam seruitutem, quia ius prohibendi habent.

Et qui prohibitus est inferre in eum locum, quo ei ius inferendi esset, in factum actio competit, & interdictum, etiam si non ipse prohibitus sit sed procurator eius, quia intellectu aliquo prohibitus, & ipse videtur d. l. ossa per totam.

Liberum est ei, qui prohibetur mortuum, ossa vè mortui inferre, aut statim interdicto vti, quo prohibetur ei vis fieri, aut alij inferre, & postea in factum agere, per quam consequatur actori, quanti eius interfuit prohibitum non esse l. liberum. ff. de relig. & sumpt. funer.

In quam computationem cadit loci empti precium, aut si conduxerit, conducti merces.

Item sui loci pretium, quem quis nisi coactus religiosum facturus non esset.

Vnde miror, quare constare videatur, neque haeredi, neque in haeredem dandam hanc actionem. Nam cum vt apparet pecuniariae quantitatis ratio in ea deducitur, certe perpetuo ea inter ipsos competit d. leg. liberum per totam.

Si venditor fundi, excepit locum sepulcri ad hoc, vt ipse, posterique eius illo inferantur, si via vti prohibeatur, vt mortuum suum inferret agere potest; videtur enim etiam hoc exceptum inter ementem, & vendentem, vt ei per fundum sepulturae causa ire liceat l. si venditor. ff. de relig. & sumpt. funer.

Quod si locus monumenti hac lege venierit, ne in eum inferatur, quo sibi ius est inferendi.

Pactum quidem ad hoc non sufficit, sed stipulatione id caueri oportet. l. quod si. ff. eod. tit.

4 Siquis sepulcrum habeat, † viam autem ad sepulcrum non habeat, & à vicino ire prohibeatur, Imperator Antonius cum patre rescripsit, iter ad sepulcrum peti praecario, & concedi solere, vt quoties non debetur, impetretur ab eo, qui fundum coniunctum habeat leg. si quis. ff. de relig. & sumpt. funer.

Non tamen hoc rescriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem induci sed extra ordinem interpellatur.

Praeses etiã compellere debet iusto pretio iter ei praestari, ita tamen, vt iudex etiam de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum.

Senatus consulto cauetur, ne vsus sepulcrorum permutationibus polluatur t. ne sepulcrum alterius conuersationis vsum accipiat dicta lege

5 quod si; libellus † autem quomodo concipiatur quando quis intulit mortuum in locum alienum not. odofr. tract. de forma lib. c. 18.

Qui mortuum in locum. alienum intulit, vel inferri curauit tenebitur in factum actione l. 2. §. r. ff. de relig. & sumpt. funer.

Sed hic sermo domino dat actionem vt bonae fidei possessori.

Sed & fructuarius inferendo tenebitur domino proprietatis.

An, & socius teneatur, si ignorante socio intulerit tractari potest, est tamen verius familiae haerciscundae, vel communi diuidundo conueniri eum posse.

Praetor ait, si homo mortuus, ossave hominis mortui in locum purum alterius, aut in id sepulcrum, in quo ius non fuit illata esse dicentur, qui hoc facit in factum actione tenebitur, & penae pecuniariae subiicietur. De ea autem illatione praetor sensit, quae sepulturae causa fit d. leg. 2. in principio.

### SVMMARIVM.

1 *Sepeliri an quis possit in sep. alieno inuito domino.*
2 *Cappella dicitur hospitium sepulturae.*
3 *Dominus non potest inhabitare inuito vsufructuario.*
4 *Vsusfructus morte finitur.*
5 *Plures domini consentire debent.*
6 *Praelatus quando possit extraneum sepelire in alterius sepulcro.*

## *Quæst. XVIII.*



1 Ecimooctauo quęro, † vtrum
illi qui habent Cappellam à
religiosis, seu prælatis con-
cessam sibi, in quibus fece-
runt sepulcrum pro se, &
suis de domo, possint eis inui
tis priuari, seu alij in ipsis se-
peliri contra eorum volunta-
2 tem. Resp. Quod non quia † talis cappella ad se-
pulcrum reputatur tanquam hospitium c. Ebron.
13. q. 1. sed de iure est, quod in fundo in quo quis
habet vsum non potest dominus inhabitare inui-
3 to vsufructuario. l. si hæres. §. fin. ff. de † vsu. &
hab. si tamen essent extincti, & eorum domus per
mortem, bene possent alijs concedi, quia mortuo
4 vsuario, ille vsus redit ad proprietarium † libere. l.
pen. C. de vsufruct. Tab. ver. sepultura num. 21.
si verò plures sint domini eius loci, vbi mortuus
5 infertur, omnes consentire debent, † cum extra-
nei inferantur, nam ex ipsis dominis quemlibet
rectè ibi sepeliri constat, etiam sine cæterorũ con-
sensu maxime cum aliàs non sit locus in quo sepe
liretur l. si plures. ff. de relig. & sumpt. funer. Præ-
latus tamen posset ex causa sepelire aliquem ex-
6 traneum in alterius sepultura † Asin. d. lege si
plures numer. 3.

### *SVMMARIVM.*

1 *Religiosus locus quando fiat per sepult.*
2 *Caput dignissimum omnium membrorum.*
3 *Caput diuisum, si sepeliatur in duobus locis quis lo-
cus religiosus fiat.*
4 *Translato cadauere desinit locus esse religiosus.*
5 *Loca ab hostibus capta desinunt esse religiosa.*
6 *Locus legatus sub conditione, si interim ibi mor-
tuus inferatur an efficiatur religiosus.*
7 *Religiosus locus, quomodo & quando fiat latè discu
titur, & num. seq.*

## *Quæst. XIX.*



1 Ecimonono quæro, † quando fiat lo-
cus religiosus per sepulturam mor-
tui? Resp. Per l. cum in indiuersis. ff.
de rel. & sumpt. fun. ibi cum indiuer
sis locis sepultum est, vterque qui-
dem locus religiosus nõ fit, quia vnius sepultura,
sepulcra plura efficere non potest, mihi autem vi-
detur illum esse religiosum locum, vbi ꝙ princi-
pale est conditum est i. caput cuius imago sit vn-
de cognoscimur dummodo non sit infidelis, vel
excommunicati c. sacris vbi Ant. de Butr. nu. 11.
de sepult. ratio est quia caput est in homine præci
2 puum & cæterorum † membrorũ dignissimũ, ha
bet enim arcem quodã modo in humanis corpori
bus, vnde quãdoque ponit̃ caput pro toto homi-
ne, vnde capitis pęna atrocissima dicitur, si tamen
caput in duas partes diuisum sit, & ĩ duobus locis
3 sepeliat̃ neuter locus fit religiosus, † sed si altera
pars sit maior, ibi efficiet̃ religiosus, vbi maior se-
pelietur pars, ex qua caput dici põt Asin. d. loco
4 nu. 6. cum autem impetretur, vt reliquiæ † trans-
ferantur, desinit locus religiosus esse d. l. cum in-
diuersis. §. cum autem, similiter cum loca capta
5 sunt ab hostibus, omnia † desinunt religiosa, vel
sacra esse sicut homines liberi, qui in seruitutẽ per
ueniunt: quę si ab hac calamitate fuerint liberata.
6 Quasi quodam † post limino reuersa pristino
statui restituuntur l. cum loca. ff. de relig. & sumpt.
funer. Præterea si locus sub conditione legatus
sit, interim hæres inferendo mortuum non facit
religiosum locum leg. si locus. ff. de relig. &
sumpt. funer.
7 Si vsumfructum quis habeat locum † religio-
sum non faciet l. 2. §. si vsumfructum. ff. de re-
lig. & sumpt. funer.

Sed & si alius proprietatem, alius vsumfru-
ctum habeat, non faciet locum religiosum, nec
proprietarius, nisi fortè ipsum, qui vsumfru-
ctum legauit intulerit, cum in alium locum infer
ri tam opportune non posset, & Iulianus scribit,
aliàs autem inuito fructuario locus religiosus
non fiet, sed si consentiat fructuarius magis est,
vt locus religiosus fiat.

Locum qui seruit nemo religiosum facit, nisi
consentiat is, cui seruitus debetur.

Sed non minus commode, per alium locum
seruitute vti potest non videtur seruitutis impe-
diendæ causa id fieri, & ideo religiosus fit, & sa-
ne habet hanc rationem.

Is qui pignori dedit agrum, si in eum suum
mortuum intulerit religiosum eum facit, sed etsi
ipse inferatur idem est, cæterum alij concede-
re non potest d. leg. 2. in fine ex consensu tamen
omnium vtilius est dicere religiosum posse fie-
ri, idque Pomponius scribit. leg. ex consensu. ff.
eod. titulo.

Scriptus hæres antequam hæreditatem adeat
patrem familias mortuum inferendo, locum fa-
cit religiosum l. scriptus. ff. eod.

Ne quis putet hoc ipso pro hærede eum gere-
re, finge enim ad hoc eum deliberare de adeun-
da hæreditate.

Ego etiam puto si non hęres eum intulerit, sed
quiuis, alius hærede, vel cessante, vel absente, vel
vel ignorante, vel vetante, ne pro hærede gerere
videatur, tamen locũ religiosum facere, plerum-
que enim defuncti ante sepeliantur quamuis hæ-
res eis existat; sed tunc locus fit religiosus, cum
defuncti fuit, naturaliter enim videtur ad mor-
tuum pertinere locus, in quẽ infertur, præsertim
si in eum locum inferatur, quem ipse destinauit,
vsque adeo, vt etiam si in legatum locum fit illa-
tus ab hærede, illatione tamen testatoris religio-
sus fiat: Si modo in alium locum, tam opportune
inferri non potuit d. l. scriptus in fine.

Si quis eo animo corpus intulerit, quòd cogi-
taret inde alio postea transferre, magisque tem-
poris gratia deponere, quàm quod ibi sepeliret
mortuum, & quasi æternam sedem daret, desti-
nauerit, manebit locus profanus. l. si quis eo. ff.
de relig. & sumpt. funer.

SVM·

*SVMMARIVM.*

1 *Sepulturam differens fraudem committit in obtinendo beneficio.*
2 *Fraus & dolus patrocinari non debent.*
3 *Impediens humationem defuncti amittit creditū.*
4 *Hæres non sepeliens defunctū priuatur hæreditate.*
5 *Mandans corpus suum non sepeliri non est mandatum custodiendum.*
6 *Differri potest humatio corporis, sed non impediri.*
7 *Insolita sepultura suspicionem inducit.*

## Quæst. XX.

1 Vigesimo quæro, † an differens sepelire mortuũ, vt præueniat in impetratione beneficij eius, quod possidebat, priuetur tali beneficio? Resp. Quod sic. Boer. in terminis Decis. 287. fraus enim &
2 dolus † alicui patrocinari non debet. l. nec ex dolo. ff. de dolo; vnde impediens humationem defuncti amittit creditum prætensum auth. vt de-
3 functi, † seu funera eorum Coll. 5. in princ. Ang. l. 1. §. quoties. ff. de iniur. & hæres custodiens non
4 sepeliẽs defunctum priuatur † hæreditate Alber. l. si quis sepulcrum. §. funus. ff. de relig. & sumpt. funer. Boer. dicto loco nu. 3. Quin immo si testa-
5 tor mandauerit † corpus suum comburi & non sepeliri hæres non debet eius mandatum custodire, sed in memoriam conditionis humanæ debet eum sepulturæ tradere not. l. quidam. ff. de cond. instit. vbi Doct. com. not. l. prætor. §. si quis. ff. de
6 sepulcro viol. bene possunt † differri aromatibus condita, donec deferãtur ad loca, in quibus viuentes elegerint sepeliri Boer. d. loco nu. 5. similiter
7 sepultura clandestina, & insolita † inducit suspicionem Foller. in praxi crim. p. 2. §. fiscus nu. 39.

*SVMMARIVM.*

1 *Sepeliens defunctum quando videatur se gerere pro hærede.*
2 *Sepelire defunctum est actus pietatis.*
3 *Aditio hæreditatis quibus actibus inducatur.*
4 *Protestatio quando non sit necessaria.*
5 *Iuramento probatur quod pendet ab animo.*

## Quæst. XXI.

1 Vigesimoprimo quæro, † vtrum sepeliendo defunctum videatur se gerere pro hærede? Resp. Quod non l. scriptus. ff. de relig. & sumpt. funer. vbi Bart. nu. 1. dat cautelam quod vt cautius tibi sit facias fieri instrumentū protestationis coram duobus testibus not. l. at si quis.
2 §. plerunque. ff. de relig. & sumpt. funer. † Paul. l. pro hærede nom. 3. ff. de acq. hæred. dicens quod quædam tendunt ad actum pietatis, vt sepelire defunctum, quædam ad actum custodiæ, vt pascere iumenta hæreditaria, vel claudere domum, & in istis in dubio non inducunt aditionem, quia
3 possunt videri gesta alio animo, † ideo protestatio est, ex abundanti. quædam sunt quæ non possunt fieri, nisi ab hærede, vt alienare res hæreditarias,
4 vel conuenire debitores † hæreditatis, & in istis in dubio præsumitur aditio, quia hæc nõ possunt geri citra ius, & nomen hæredis. Quidam verò sunt actus indifferentes, vt locare res hæreditarias, vel fulcire, nam potest hoc facere tanquam hæres, vel tanquam custos nec magis ordinantur ad vnum actum, quàm ad alterum, sicuti ordinantur primi actus, & tunc standum est declarationi
5 suę cum iuramẽto, Quo † animo fecerit; quia quæ pendent ab animo iuramento probantur l. gerit. ff. de acq. hæred. Paulus d. l. pro hærede nu. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *Mandans corpus suum non sepeliri honorifice, prout decet non est obediendus.*
2 *Voluntas inepta circa sepulturam reijcitur.*
3 *Conditio turpis in omni actu reijcitur.*
4 *Hæres non sepeliens corpus defuncti, vbi mandauit sepeliri, non priuabitur hæreditate.*

## Quæst. XXII.

1 Vigesimosecundo quæro, † quidã mandauit corpus suum poni in vna storia sine pannis, & ipsum sepeliri solum cum vna candela, & si contrafieret priuauit hæredem hæreditate, hæres autem eum sepeliuit honorifice iuxta suæ conditionis statum, an sit priuandus hæreditate? Resp. Quod non, quia tales volũtates ineptæ circa sepulturam
2 non sunt seruandæ † l. seruo. §. fin. ff. de leg. 1. Paul. l. quidam in fine. ff. de cond. inst. nu. 3. vbi dicit de illo Doctore Padouano, qui fecit repertorium, quod corpus suum portaretur cum tubis, & cornetis ad Ecclesiam, & quod fierent nuptiæ, & vxor indueretur pannis rubeis, aliàs priuauit hæreditate, talis ordinatio non fuit seruanda, quia contra
3 mores, & omnis turpis † conditio reijcitur ita elicitur ex mente Pauli d. l. quidam nu. 5. ff. de cond.
4 inst. Item quæro, † an hæres priuetur hæreditate, si testator non fuit sepultus in illa Ecclesia in qua mandauerat se esse sepeliẽdum? Resp. Quod non ita in puncto Alba consi. 48. Actus enim iste non vertitur in contrauentione, sed in omissione.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdicto de mortuo inferendo quis vtatur.*
2 *Interest reip. ne insepulta maneant cadauera.*
3 *Ratio summa est, quę pro religione facit.*

## Quæst. XXIII.

1 Vigesimotertio quæro, † qui vti possint inter dicto de mortuo inferendo vtiliter? Resp. Ex mente l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer. ibi sunt personæ quæ quamquam religiosum locum facere non possint interdicto tamen de mortuo


 infe-

inferendo, vtiliter agont, vt pùta dominos proprietatis, si in fundum, cuius fructus alienus est mortuum inferat, aut inferre velit, nam si intulerit, non facit iustum sepulcrum, sed si prohibeator vtiliter interdicto, quo de iure dominij quæritor, aget. Eademque sunt in socio, qui in fundum communem inuito socio mortuum inferre vult.
2 Nam propter † publicam vtilitatem, ne insepulta cadauera iacerent: strictam rationem insuper habemus, quæ nunquam in ambiguis religionum quæstionibus omitti solet, nam summam esse ra-
3 tionem, quæ pro † religione facit.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres quādo retineat iura sepulcrorum, licet priuetur hæreditate.*
2 *Semel hæres non desinit esse hæres.*
3 *Lugendi qui non sint.*
4 *Fimiliare sepulcrum quis retineat.*
5 *Hæres succedit etiam in ius sep. famil.*
6 *Sepulcrum pro hæredibus quis habeat.*
7 *Sepultura constructa pro se, & suis ad quos transmittatur & an præsumatur elegisse sepulcrum familiare an verò hæreditarium.*
8 *Liberti quando succedant in ius sep.*

## Quæst. XXIIII.

1 Igesimo quarto quæro, † quidam fuit priuatus hæres, de inde tanqoam indignus fuit priuatus, hæreditate an retineat iura sepulcrorū? Resp. quod sic, si quis fuerit. ff. de relig. & sumpt. funer. ibi, si qois fuerit hæres, cui deinde hæreditas ablata sit quasi indigno, magis est, vt penes eum iura sepulcrorum remaneant Concl.
2 quia ff. ad Trebell. ratio est, quia non † desinit esse hæres. l. ex facto. §. Iulianus. ff. de volg. §. restitutæ soft. de fideic. hæred. fallit quando filius perduellionis crimine esset dānatos not. l. 1. §. interdum. ff. de suis & leg. & hoc propter enormitatem delicti Afin. d. l. si quis fuerit nu. 4. hoc idem habetur leg. minime maiores lugendum putauerunt,
3 eum qui ad patriam † delendam, & parentes, & liberos interficiendos venit, quod si filius patrem, aut pater filium occidisset sine scelere, etiam præmio afficiendum omnes constituerunt, & not. quod in sepulcro familiari omnes de familia t.
4 de agnatione habent ius † sepeliendi licet nō sint hæredes. Item etiam hæredes licet non sint originaliter de familia t. de agnatione, sed extranei l.
5 si sepulcrum. C. de † relig. & sumpt. funer. sed in sepulcro hęreditario, quōd quis facit pro se, & hæ
6 redibus suis non habent ius † sepeliendi, nisi illi qui sont hæredes, licet sint de familia t. de agnatione, præterquam liberti & descendentes, quia habent ius sepeliendi, & si oon sint hæredes, dummodo non sint exhæredati mala mente l. vel quod §. 1. ff. de relig. & sumpt. funer. Paul. l. si sepulcrum oumer. 3. C. eod. tit. sed pone quod se-
7 pultura fiat pro se, & suis nulla † alia adiecta qualitate familiæ, seu hæredis, dicendum erit quod comprehēdat, tam eos de agnatione, quàm etiam hæredes, si essent extranei per ea, quæ dicit Paol. l. si sepulcrum nu. 4. C. de relig. & sumpt. funer. si tamen hæres dixerit se velle sepeliri in sepultura suorum maiorum, noo erit sepeliendus in sepultura eius cuius est hæres, sed in sepultura patris, & sic in sepultura familiari, non autem hæreditaria Rof. ver. sep. il t. numer. 9. Similiter liberti nec
8 sepeliri, nec alios inferre † poterunt, nisi hæredes extiterint patrono, quamuis quidam inscripserint monumentum sibi libertisque suis fecisse, & ita Papi: Respoodit, & sæpissimè idem constitutum est, leg. vel quæ pater. §. liberti. ff. de relig. & sumpt. funer.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum factum vni Ecclesiæ, si testatorem receperit in sep. si non fuerint sepultus an debeatur.*
2 *Conditio impossibilis reijcitur.*
3 *Quarta debetur parochiæ, etiam si corpus non sepeliatur.*
4 *Dolus fraus & culpa patrocinari non debent.*
5 *Legatum pium non reuocatur nisi expressè.*
6 *Voluntas testatoris quando alterari possit.*

## Quæst. XXV.

1 Igesimoquinto quæro, † fuit factum legatum fratribus vnius Ecclesiæ, sub conditione, si ipsi testatorem in sua Ecclesia recipetent ad sepulturā, aliàs quod relictum est non valeret, An à dictis fratribus possit peti & debeatur, si io ea testator non fuerit sepultus, prohibentibus constitutionibus, vt quod ipse tempore mortis reperiretur excommunicatus, vel interdictus. Resp. Legatum deberi, quia cum non possit, de iure
2 in d. Ecclesia sepeliri d. conditio vt † de iure impossibilis reijcitur, & habetur pro non apposita, not. leg. 1. ff. de cond. inst. sicuti debetur Quarta,
3 de non sepultis, † quando eorum culpa non fuerunt sepulti, & licet testatōr dixerit, quod non valeat non recipiendo ipsum ad sepult. cum talis pœna apposita super impossibili de iure effectum non habeat, non vitiatur legatum leg. 1. C. de his, quæ pœn. nom. Capra consil. 166. quod est Cons. vlt. in terminis quod intellige, quando testator non sepelitur eius culpa, secus si id contigisset culpa dictorum fratrum, vt quia locus esset interdictus, nam tunc non deberetur, quia
4 culpa, fraus, † & dolus oon debent patrocinari alicui ampl. d. consi. etiam si alibi moreretur, vt puta in mari, vel in loco quo ad d. Eccl. transferri oon posset, si tamen alibi deinde elegisset sepulturam, nulla habita mentione huius legati debere
5 tur nihilominus, † nam legatum Pium, nisi expresse reuncetur dicitur ad huc durare, & deberi ad not. per Tiraquell. in tract. de priuil. Piæ causæ per totum. Similiter vbi sepultura oon potest ædificari

6 ficari à testatore in loco determinato † potest arbitrio Episcopi ad alium locum transferri. Ant. de Butr.c.nos quidem nu.4.de testam.

*SVMMARIVM.*

1 *Pactum de recipiendo, vel non ad sepulturam, an sit seruandum.*

## *Quæst. XXVI.*

1 
Igesimosexto quæro, † vtrum valeat pactum de recipiendo, vel non aliquem ad sepulturã? Resp. Quod sic c. 1. de pact. 6. ibi, pactum cum rectore parochialis Ecclesię, factum à vobis ne aliquos, vel certos ipsius Ecclesiæ parochianos recipiatis ad ecclesiasticã sepulturam, omnino seruare debetis. Quamqoam sepoltura libera sit Monasterio vestro ab Apostolica Sede indulta, & illi apud vos elegerint sepeliri, cum per dictum pactum indulto huiusmodi derogetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Processionaliter an proficisci possit per alterius parochiam, dum ducitur funus.*
2 *Fine concesso conceduntur, & omnia præparatoria ad finem.*
3 *Via ad sepulcrũ cũ prohibetur, qua actione agatur.*

## *Quæst. XXVII.*

1 
Igesimoseptimo quæro, † vtrum habentes ius funerandi intrare possint processionaliter aliam parochiam, & per se accipere funus, & alia consueta facere? Resp. Quia concessa facultate sepeliendi conceditor, & iter ad capien
2 dum funus, sicuti concesso † haustu aquæ concessum est iter ad illud l.3.§.fin.ff.de sero.rust.præd. & concesso fine, concessa sunt omnia præparatoria, & necessaria ad finem.c.Prudentiam de offic. deleg.Sylu.ver.sepolt. oum. 4. vbi Rosel.il 1. nu.
3 18. si tamen † vẽditor fundi, exceperit locum sepulcri ad hoc, vt ipse posteriqoe eius illò inferantur, si via vti prohibeatur, vt mortuum suum inferret, agere potest: videtur enim etiam hoc exceptum, inter ementem & vendentem, vt ei per fundum sepulturæ causa ire liceat. l. si venditor.ff.de relig. & sumpt. funer. similiter si quis sepulcrum habeat, & à vicino ire prohibeatur, Imperator Anton.cum patre rescripsit, iter ad sepulcrum peti præcario, & concedi solere, vt quoties non debetur, impetretur ab eo, qui fundum coniunctum habeat.l.si quis sepulcrum. ff.eod.tit.

*SVMMARIVM.*

1 *Vestibus indutus non est mortuus sepeliendus.*
2 *Vestimentis altaris non est sepeliendus.*
3 *Vestibus ornatis non est sepeliendus mortuus.*
4 *Prælati quomodo sepeliantur.*
5 *Testator si mandat corpus suum sepeliri cum vestibus ornatis, non est obediendus.*

## *Quæst. XXVIII.*

1 
Igesimooctauo quæro, † an sit licitum mortuum cum vestibus sepeliri? Resp. Quod mortuus non debet obuolui vestimentis altaris c. nemo il 2.de
2 consecr.dist.1.similiter † & secundo non oportet ornaméta cum corporibus condi, nec quid aliud huiusmodi, quod homines simplices faciunt. l. si
3 quis.§.funeris.ff.de † relig.& sumpt.fun. fallit tamen in prælatis, qui vestibus sacerdotalibus sepeliuntur not. Ant. de Butr.c.ad hæc nu.4.de auth.
4 & vsu pallij † Ampl. dictum primum, & secundum etiam si testator id iussisset, quia voluntas testatoris contra l. expressam non seruanda est,
5 Angel.l.2.C.de † his quæ pęnæ nomine Asin.d.§. funeris nu.10.ff. de relig. & sumpt. funer.

*SVMMARIVM.*

1 *Plures domini quando consentire debeant.*

## *Quæst. XXIX.*

1 
Igesimonono quæro, † si plures sint domini eius loci, vbi infertur extraneus an omnes consentire debeant? Resp. Quod sic. l.si plures.ff.de relig. & sumpt. funer. ibi si plures sint domini eius loci, vbi mortuus infertur, omnes consentire debẽt, cum extranei inferantur, nam ex ipsis dominis quemlibet recte ibi sepeliri constat etiam sine cæterorum consensu, maxime cum aliàs non sit locus, in quo sepeliretur.


*SVMMARIVM.*

1 *Statutum laicorum, quod in sepultura non expendatur, nisi tantum an valeat.*

## *Quæst. XXX.*

1 
Rigesimo quæro, † an valeat statutum laicorum, qoòd in sepultura non possit nisi tãtum expendi? Resp. Qood non, quia licet non sit factum in spiritualibus, est tamen in soperconnexis eiusdem arg. l. qꝫ si nolit.ff.de ædil.ed.c.cum laicis de rebus Eccl.non alien.Sylo.ver.sepult.nu.15.vbi Angel.nu.46.fallit hoc in his quæ non concernunt ea, quæ applicantor Eccl.Angel. ver.immunitas nu.47.

FINIS.





# DE SEPVLTVRIS
## PARS SECVNDA.
## SEBASTIANI MEDICIS
### FLORENTINI IVRECONSVLTI
### Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

*SVMMARIVM.*

1 *Accipere an sit licitum aliquid ratione funeris.*
2 *Fauorabilis dicitur causa sepulturæ.*
3 *Expensæ funeris deducuntur in primis.*
4 *Expensæ funeris præferuntur doti.*
5 *Expensæ necessariæ preferuntur cęteris, secus quo ad pompam.*
6 *Funeris sumptus qui contineantur.*

### *Quæst. I. Secundæ Partis.*




DICTVM est supra de se
pulturis, sequitur modo
(seruato ordine iam præ
misso) videre de expen-
sis, quæ fiunt circa ipsas.
Primo igitur quæro, an
1 aliquo † modo si consue
tudine pro sepultura ali
quid detur compelli laici possint ad hoc seruan-
dum? Respondetur. Quod licet compelli non
possint, & clerici specialiter talia exigere non
queant, tamen per superiorem compelli possunt
ad iustas, ac laudabiles consuetudines circa hoc
seruandas, si qua super hoc fuerit c. ad Apostoli-
cam de simon. multa enim in honeste petuntur,
quæ honeste recipi possunt, succumbet tamen si
petierit pro terra seu pro officio nec valet in hoc
aliqua consuetudo c. non satis de simon. obtinebit
autem si dicat quod à quolibet mortuo consueuit
tantum donari præsbytero; vel Ecclesiæ Anton.
de Butr. c. abolendæ nu. 4. de sepult. Ros. ver. se-
pult. il 2. nom. 1. Felin. c. ad audientiam num. 9.
de rescrip. Alex. de Ales. 2. p. q. 169. mem. 4. art. 1.
dixi ego in summa peccatorum capit. p. 1. tit. 6.
vbi de simonia q. 118. & seq. & not. quod cum cau
2 sa sepulturæ dicatur † priuilegiata Ripa tract. de
peste nom. 131. interest enim reip. ne corpora in
sepolta maneant; ideo expensæ, quæ fiunt occa-
sione sepult. in primis, & ante omnia deducun-
3 tur ex hæreditate, † & præferuntur cæteris credi-
toribus, etiam anterioribus. l. impensæ. ff. de relig.
& sumpt. funer. ibi impensæ funeris æs alienum
dotis est, vbi not. quod præferuntur etiam doti
4 vxoris quando hæreditas soluendo † nō est Alin.
d. lege impensæ quod intellige de expensis neces-
5 sarijs, secus si fuerint † ad pompam Tabien. ver.
funus; funeris tamen sumptus accipitur quic-
quid corporis causa erogatum est. veluti vnguen
torum, & precium loci, in quo defunctus huma-
tus est, & si qua vestiaria sunt, vel sarchophagi, &
6 vectura, † quicquid corporis causa antequam se-
peliatur consumptum est; funeris impensam esse
existimo. l. funeris. ff. de relig. & sumpt. funer.

*SVMMARIVM.*

1 *Expensę funeris quales dicantur esse.*
2 *Expensę funeris pro qualitatibus, & dignitate defuncti arbitrantur.*
3 *Expensæ funeris potius moderandę, quàm ampliandę.*
4 *Testatoris voluntas, qualiter seruanda in moderandis expensis.*
5 *Sumptus funeris faciens absque mandato quomodo repetere possit.*

### *Quæst. II. Secundæ Partis.*



1 SEcundo quæro, † quot & qua-
les debeant esse expensæ fune-
ris? Respon. per l. si quis sepul-
crum, §. sumptus, ff. de relig. &
sumpt. funer. ibi sumptus fune-
ris arbitrator pro facultatibus,
2 vel dignitate defuncti, † sunt tamen potius mo-
3 derandæ † quàm vltra vires extēdæ. Alb. l. nec am

plius

plius num. 1. ff. ad l. Falcid. alioquin, qui funeris curam gessit, non potest illos sumptus repetere, qui immoderati sunt l. & si quis. §. hæc actio. ff. de relig. & sumpt. funer. nisi iussu testatoris egisset. l.
4 hæreditas. §. 1. ff. de pet. hære. dummodo † iussus testatoris nimium non excedat, si tamen absque mandato testatoris, vel hæredis sumptus fecerit
5 cautela est, vt protestetur † quo animo fecerit, nè per id facere pietatis causa, ita tamen vt sumptus possint seruare Iohan. dilecti tract. de arte testat. tit. de sepult. Caut. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *Expensæ funeris de quibus, & à quib. fieri possint, & debeant.*
2 *Vxoris funeris expensæ à quo fiant.*
3 *Hæredes tenentur ad expensas funeris defuncti.*
4 *Pater tenetur pro filio expensas funeris facere.*
5 *Dominus pro seruo tenetur funeris facere expensas.*
6 *Pauper cuius expensis sepeliri debeat.*

## *Quæst. III. Secundæ Partis.*



1 Ertio quæro, † à quibus personis, & de quibus bonis sumptus funeris fieri debeant? Resp. Si est vxor quæ habeat dotem, & alia omnia si hæc omnia remanent apud maritum ipse tenetur face
2 re expensas omnes; † si verò solum dos apud ipsum remaneret, & alia bona ad alios irent, quilibet teneretur pro rata sua, si verò etiam dos restituta fuerit tenentur hæredes vxoris. l. Celsus & l. seq. ff. de relig. & sumpt. fun. si verò non habet nec dotem, nec bona, tenebitur nihilominus maritus sumptus facere. l. 1. & l. si quis. ff. de re-
3 lig. & sumpt. funer. si alij † sunt ab vxore sic tenentur hæredes, aut pater respectu filij, aut domi nus respectu serui Tab. ver. sepultura nume. 23.
4 vbi Angel. num. 45. Pisan. & Rosel. † il 1. num. 21. Armilla numer. 27. Tab. ver. funus, de his latius
5 dicentes inferius † quod si decedat adeo pauper,
6 vt nullus alius cū † sepelire velit, & valeat Ecclesia de suo sumptus debitos facere quod si Ecclesia est adeo tenuis tenentur parochiani, ne insepulta corpora iaceant.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici cuius expensis sepeliantur.*
1 *Romanus Pontifex cuius expensis sepeliatur.*
2 *Cardinales legati quibus expensis tumulentur.*
3 *Nuncij Apostolici funus quibus expensis fiat.*
4 *Visitator Apostolicus quibus expensis sepeliatur.*
5 *Episcopus factus Cardin. quibus expensis tumuletur.*
6 *Episcopus sepeliri debet de bonis Eccl. Cathed.*
7 *Collectores Apostolici quibus expensis sepeliantur.*
8 *Prælati exequiæ de quibus bonis fiant.*
9 *Prælatus moriens in domo consanguinei quibus ex pensis tumuletur.*
10 *Vicarius perpetuus cuius expensis sepeliatur.*
11 *Vicarius temporalis cuius expensis sepeliatur.*
12 *Canonicus de fructibus Ecclesiæ sepelitur.*
13 *Curator Ecclesiæ quibus expensis sepeliatur.*
14 *Capellani quibus expensis sepeliantur.*
15 *Commendatarius quibus expensis sepeliatur.*
16 *Coadiutor quibus expensis sepeliatur.*
17 *Abbas sepelitur de bonis monasterij.*
18 *Monachus, qui præest Manuali Ecclesiæ, quibus expensis sepeliatur.*
19 *Regularis professus sepelitur expensis monasterij.*
20 *Nouitij quibus expensis sepeliantur.*

## *Quæst. IIII. Secundæ Partis.*



1 Varto quæro, † cuius expensis sepeliantur clerici? Resp. Per multas conclusiones quarum prima sit.

Romanus Pontifex sepelitur expensis cameræ Apostolicæ not. Clem. ne Romani de elect. immo omnes Ecclesiæ totius orbis deberent cōtribuere cum Papa sit caput omniū not. in proœm. 6.
2 Cardinales, qui deputantur à Papa † legati in aliquo regno, vel prouinciæ, sepelientur expensis prælatorum prouinciæ, vel regni in quo sunt constituti, nisi habuerint redditus, quos recipiūt ratione sui officij, seu suorum beneficiorum assignatur Petrus de Vbald. tract. de Canonica Episcopali cap. 13. nu. 7. si verò non sit legatus sepelietur de bonis Ecclesiæ, quam possidet not. c. querelam de maior. & obed. c. cum secundum de præb.
3 Nuncij Apostolici † sepelientur expensis clericorum, & prælatorum loci, vbi mittuntur not. c. Accedentes de præscr.
4 Visitator Apostolicus † sepelietur expensis prouinciæ, vbi constituitur not. c. dilectus il s. de rescript. & not. quòd visitator quandoque datur à capitulo prouinciali Monachorum c. ea quę c. in singulis de stat. & Monach. quandoque à iure c. cum Apostolus de censibus. c. Romana eod. tit. cap. si Episcopus de offic. ord. 6. & iste sepelitur expensis Eccl. cum debeat habere congruam sustentationem, quandoq; datur à Papa d. cap. dilectus, & hæc nisi sibi ratione d. officij aliquid assignatum fuerit.
5 Episcopus † promotus ad Cardinalatum, si deputetur legatus in aliqua prouincia, & ibi moriatur sepelietur de bonis Episcopatus, & de his, quæ percipit ratione officij, sin minus de bonis clericorum prouinciæ. Petrus de Vbal. d. l. loc. nu. 7. ver. 31.
6 Episcopus debet sepeliri † de bonis Ecclesiæ suæ cathedralis, immo pro magnificandis sepulturis suis possunt elargiri centesimam suæ ecclesiæ, vel de possessionibus eius, absq; consensu capituli c. bonæ 12. q. 2. c. Apostolicæ de donat. quod intellige vt hoc possint in vita actualiter elargiendo non autem legando, vt fiat post mortem eius Innoc. d. c. Apostolicæ, quod tamen facere non possunt inferiores Episcopis, si tamen mensa Episco-

pi non ſufficeret ad expenſas funeris, ſepeliri deberet expenſis menſæ capituli arg.l.quod ſi nulla ff.de relig.& ſumpt.funer.

7 Collectores Apoſtolici, † qui deputantur ad exigendas decimas, vel collectas Papales ſepelientur de ſalario eius deputato per Sedem Apoſtolicam pro huiuſmodi executione, vt ſicut ſentiunt exinde commodum, ita & onus ſentiunt not. ca. 1.de ſepult.

8 Prælatus, vel † rector alicuius Eccleſiæ qui habet beneficium, & bona patrimonialia ſepelietur de bonis Eccleſiæ, poteſt enim bona patrimonialia ſeruare hæredibus ſuis Doct. c. Epiſcopus de præb.c.1.l 2.p.4.c.cleros 21.q.2.

9 Prælatus † Eccleſiæ ſi fuerit à conſanguineis eductus ad domum, vt facilius curaretur, ſi mortuus fuerit, & conſanguinei multas expenſas fecerint in funere, ſi eas fecerint animo repetendi, tūc poſſunt eas repetere à ſucceſſore beneficij, & hoc proteſtentur quod faciunt expenſas in funere cauſa repetendi eas, alioquin non conſequentur eas not. l.at ſi quis §. interdum ff. de relig. & ſumpt. funer.quod intelligas quando Prælatus non erat ſoluendo, nam alioquin de fructibus Eccleſiæ ſpectantibus ad ipſum ſepelietur, vel de bonis patrimonialibus.

10 Vicarius perpetuus debet † ſepeliri expēſis Eccleſiæ, cuius eſt Vicarius.c. extirpandę §. qd verò de præb. Clem quæ de Eccleſ. de offic. Vicarij.

11 Vicarius † temporalis ſepelietur de redditibus Eccleſię, cuius eſt Vicarius c.peruenit de appell.c. cum ex eo de elect.

12 Canonicus de fructibus † præbendæ funerabitur quando fecit ſuos, alioquin de bonis hæredit. quod ſi hæc non habuerit de fructibus d. præbendæ etiam nondum perceptis not. c.ſi canonici de offic. ord.6. quod ſi habuerit duas præbendas de fructibus vtriuſque ſepelietur, pro ipſorū rata. Petrus de Vbaldus d.loco nu.5.

13 Curatam † Eccleſiam habens ſepelietur de fructibus eius, quod ſi fructus non ſufficiant de bonis hæreditarijs, quod ſi hæc nō habuerit ſuppeditabunt parochiani, ſicut dicimus de eleemoſinis, quas tenentur parochiani dare clericis pauperibus c.vt dominicis de parochijs, ſi habuerit duas parochiales, ſi verò habuerit duas Eccleſias curatas ex diſpenſatione, ſepelietur de bonis vtriuſq; pro rata fructuum.

14 Capellani, & † alij Rectores Eccleſiarum, quæ curam animarum non habent ſepelientur de bonis illarum, ſi verò habuerint vnam curatam, & vnam ſine cura, ſepelietur de bonis Eccleſiæ curatæ, in qua reſidentiam fecit, & hæc procedunt in caſu, quo rector diſtinctos retinuerit fructus ipſarum, per rationes ſuperius adductas.

15 Sacerdos † habens Eccleſiam in commendam, ſepelietur in dicta Eccleſia de redditibus eius ca. nemo deinceps, de elect. 6. quod ſi habuerit vnā in titulum, alteram in commendam, ſepelietur de redditibus vtriuſq;.

16 Coadiutor ſepelietur † de redditibus Eccleſiæ cui præeſt.c.grādi de ſuplen. negl. prælat.6.c.vnico de clerico ægroto.

17 Abbas debet ſepeliri † expenſis monaſterij quando menſa Abbatis non eſt diuiſa à menſa capituli, ſed ſi fuerit diuiſa menſa ſepeliendus erit expenſis menſæ illius, vt dixi ſup. de Epiſcopo.

18 Monachus, qui † præeſt beneficio manuali, quod eſt de membris monaſterij ſepelietur de fructibus Eccleſiæ, cui præeſt Petrus de Vbaldis d.loco numero 4.

19 Regularis † profeſſus, ſiue mendicans, ſiue Monachus, ſiue Canonicus Regularis ſit, ſepelietur expēſis Monaſterij: quod ſi in partibus mori contingerit, tenetur Prælatus eius mittere pecuniam ad locum vbi deceſſit pro funerādo ipſum not.c. Religioſus de ſepult.6.

20 Nouitij qui † decedunt infra annum probationis ſepelientur de bonis patrimonialibus, quia non ſunt plenè tranſlati, quod ſi nouitius nihil habuerit in bonis, tunc Monaſterium eum ſepeliet ſuis expenſis, & hoc facit pro monialibus, quæ decedunt ante tempus profeſſionis, quod ſi contingat Monaſterium reſtituere quod aliquo modo accepit, reſtituet, retentis expenſis pro victu, & funere per rationes ſuperius adductas.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio funeraria de quibus à quibus quomodo quando, & contra quos detur.*
2 *Expenſæ funeris quæ dicantur.*
3 *Expenſarum funeris ratio qualiter ſit habenda.*
4 *Actio funeraria datur ei, qui expendit.*
5 *Pia cauſa dicitur expenſa funeris.*
6 *Expenſas funeris quis teneatur facere.*
7 *Hæredes compelluntur expenſas funeris facere.*
8 *Sumptus funeris qualiter arbitrantur.*
9 *Expenſa funeris ex quibus bonis deducantur.*
10 *Pecunia deſtinata ad negociandum reputatur inter immobilia bona.*
11 *Colonus vel inquilinus à quo funeretur.*
12 *Legata admittuntur ex cauſa funeris impenſę.*
13 *Hęreditate adita res ab emptore auferenda non eſt.*
14 *Fauorabilior eſt, qui damnum euitat, quam qui lucrum ſequi contendit.*
15 *Curam funeris accipiens tenetur de dolo, ſi non exequitur.*
16 *Commodum ſuſcipiens à teſtatore funus procurare debet.*
17 *Compelli qui poſſint ad ſepelienda cadauera.*
18 *Funeris cauſa ſumptus qui dicantur.*
19 *Veſtes viduales an pertineant ad ſumptus funeris.*
20 *Actio funeraria ex bono, & ęquo procedit.*
21 *Pręfertur cęteris creditoribus creditum funeris.*
22 *Expenſę exceſſiuè funeris, nec etiam, ex voluntate teſtatoris admittuntur.*
23 *Voluntas teſtatoris eſt altera lex.*
24 *Moderator & arbitrator eſt quilibet de rebus ſuis.*
25 *Sumptus funeris quandò non repetantur.*
26 *Sumptus funeris in dubio pręſumuntur facti animo repetendi.*
27 *Hęres non efficitur per hoc quod ſumptus funeris facit.*

Pro-

## *Quæst. V. Secunda Partis.*



1 VINTO quęro, † quibus cōtra quos, & quomodo, quando, & de quibus competat. Actio funeraria? Pro solutione huius quæstionis, duo primo præmittenda sunt, deinde procedam per nōnullas cōclusiones, Primo igitur præ-
2 mitto, quod expensæ † funeris dicuntur, sine quibus funus duci non potest, vt sepeliatur, vt si impensum fuerit ex delatione mortui, maxime, quādo mortuus est peregrinus, vel siquid in locum fuerit impensū, in quem mortuus infertur, quia necessario locus paratur, in quo mortuus conditur, similiter impensa quæ fit ad custodiendū corpus, Item siquis commendat memoriam defuncti post sepulturam. Item si fiat sepulcrum marmoreum. Item si fiat pro veste, in qua inuoluitur corpus, dummodo non fiat cum ornamētis, quæ simplices homines facere solent l. at siquis §. funeris, & l. funeris ff. de relig. & sumpt. funer. Item impēsa funeris dicitur quicquid corporis causa impensum erit, puta vnguentorum, similiter impensa funeris dicitur quicquid pro cera consumitur, & quicquid Ecclesiæ datur, & clericis ad sociandū funus iuxta laudabilem consuetudinem, non tamen dicuntur impensæ funeris factę in infirmitate defuncti, nec etiam si mortuo Prælato eius familia induatur de nigro, vel fiant eleemosinę pauperibus, nam ad istas expensas non tenebitur ecclesia, quia istæ non respiciunt causam funeris Petrus de Vbald. tract. de Can. episcopal. cap. 13. in fine. Secundo ego præmitto, quod ratio istarum expensarum habetur consideratis quatuor, Pri-
3 mo dignitatis † & facultatis personę sepultę, Secundo consideratur causa, vt siquis decesserit in peregrinatione, vel alio loco remoto. Tertio consideratur tempus; nam alię expensę fiunt in vno tempore alię in altero. Quarto consideratur bona fides, vt plus ne computetur sumptuum nomine, quàm factum sit dixi supra q. 2. huius 2. p. quibus ita suppositis, prima sit conclusio.

4 Prętor ait, quī funeris † causa sumptum factus erit, eius recuperandi nomine, in eum ad quem ea res pertinet iudicium dabo. Hoc edictum iusta ex causa propositum est, vt qui funerauit persequatur id quod impēdit, sic enim fiet ne in sepulta iaceant corpora, ne ve quis de alieno funeretur l. si quis sepulcrum §. prætor ait ff. de relig. & sump. vbi notatur quod causa funeris dicitur cau-
5 sa pia illiusque habet priuilegia. † Vnde executores testam. qui bona testatoris in vsus pios cōuertere debēt, satisfacient eius mēti si in funere pauperis erogent Bal. Nou. tract. de dote P. Quinta nu. decimo. Secunda sit conclusio.

Funus

6 Funus autem eum † facere oportet, quem decedens elegit, sed si ille non fecerit, nullam esse huius rei pœnam cõstat; nisi aliquid pro hoc emolumenti ei relictum est. Tunc enim si non paruerit voluntati defuncti ab hoc repellitur: si autẽ de hac re defunctus non cauit, nec illi delegatum
7 id minus est; scriptos hæredes † ea res cõtingit, si nemo scriptus est legitimus, vel cognatos quosq; suo ordine, quo succedunt d. l. si quis sepulcrum §. funus, vbi not. quod in tantum verum est, vt hęredes teneantur, vt compellantur officio iudicis, etiam non adita hæreditate Bart. leg. qui hæres ff. fam. herc. neque ob id hæreditatem adire intelliguntur Bertach. tract. de Episc. 3. p. lib. 4. q. 17. nu. 31. Tertia sit conclusio.
8 Sumptus funeris † arbitratus pro facultatibus vel dignitate defuncti d. l. siquis sepulcrum §. sumptus dixi supra nu. 3. & q. 2. huius a. p. nu. 1. Quarta sit conclusio.
9 Prætor, vel † magistratus municipalis, ad funua sumptum decernere debet, si quidem est pecunia in hæreditate, ex pecunia, si non est distrahere debet ea, quæ tempore peritura sunt, quorum retentio onerat hæreditatem, si minus est; si quid auri, argentiq; fuerit, destrahi, aut pignorari iubetur, vel à debitoribus, si facile, exigi possit l. siquis sepulcrum in fi. & l. seq. ff. de relig. & sumpt. funer. at si quis impediat eum qui emit quo minus ei res traduntur, Prętorem interuenire oportet, tueriq; huiusmodi factum, siquis impediat quo minus ei res venditæ tradantur l. at siquis ff. eod. & nota
10 quod † quatenus dicitur d. l. si quis sepulcrum in fine prius pecuniam expendendam esse intelligere de ea, quę est otiosa in hęreditate, secus verò si in negociationibus sit, aut ad emptionẽ prædiorum, aliarumve rerum immobilium destinata, nam de hac pecunia vt de bonis immobilibus iudicatur. Vnde sine prætore expendi nõ posset Roman. l. si quis sepulcrum numero tertio in fine ff. de relig. & sumpt. funer. Quinta sit conclusio.
11 Si colonus, vel inquilinus † sit is, qui mortuus est, nec sit vnde funeretur ex inuectis, & illatis eum funerandum Pomponius scribit, & siquid superfluum remanserit hoc pro debita pensione teneri d. leg. at si quis. §. si Colonus. Sexta sit conclusio.
12 Sed si res legata sit à testatore, † de cuius funese agitur nec sit vnde funeretur, ad eas quoque manũmittere oportet. Satius est enim de suo testatorem funerari, quàm alios legata consequi d. l. at si quis. §. sed si res. Septima sit conclusio.
13 Sed si adita posteà † fuerit hæreditas res emptori auferenda non est, quia bonæ fidei possessor est, & dominium habet, qui auctore, iudice comparauerit, legatarium tamen legato carere non oportet, si potest indemnis ab hærede præstari, quod si non potest melius est legatarium non lucrari, quàm emptorem damno affici d. l. at si quis. §. sed si adita, vbi not. quod fauorabiliores sunt
14 leges ijs, qui damnum † euitant, quàm quærentibus lucrum. Specul. tit. de rest. in integr. §. 2. legatarius enim hic lucraretur cum damno alterius Bart. l. Mæuius §. duobus nu. 15. ff. de leg. 2. quod est contra textum c. locupletari de reg. iur. 6. Octaua sit conclusio.
15 Si cui funeris † sui curam testator mandauerit & ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam Mela scribit, credo tamen & extra ordinem eum à prætore compellendum funus ducere d. l. at si quis §. si cui funeris, vbi not. quod quilibet qui commodum à testato-
16 re habuerit, illudvè susceperit † funus ducere à prætore compelletur, sed si nullum commodum à testatore, quis reportauerit poterit fauore Reip. ne insepultæ corpora iaceant compelli, dummodo non sit contagiosa pestis, quo casu non possunt ad id deputari, nisi qui vltimo supplicio dãnantur, cum hæc dici possit permutatio pęnę Ri-
17 pa tract. de peste vlt. p. nu. 316. alio † verò tẽpore inuitus quis non cogitur obire officium sepeliendi mortuos nisi causa necessitatis, & is qui cogit sit vilis, atq; humilis persona Asin. d. §. si cui nu. 6. & seq. Nona sit conclusio.
18 Funeris causa sumptus † factus videtur is demum, qui ideo fuerit, vt funus ducatur, & sine quo funus duci non possit, vt puta siquid impensum est in elationem mortui; Sed & si quid in locum fuerit erogatum, in quem mortuus inferretur, funeris causa videri impẽsum Labeo scribit, quia necessario locus paratur, in quo corpus conditur, Impensa peregre mortui, quæ facta est, vt corpus perferretur funeris est, licet nondum homo funeretur, Idem & siquid ad corpus custodiẽdum, vel etiam commendandum factum sit, vel siquid in marmor, vel vestem collocandam; Non autem oportet ornamẽta cum corporibus condi, nec quid aliud huiusmodi, quod homines simplices faciunt d. l. at siquis sepulcrum & funeris ff. de
19 relig. & sumpt. fun. vbi † Asin. nu. 8. dicit quod vestes viduales pertinent etiam ad sumptus funeris, & hoc quando vsus ita se habet, aliàs secus, quod idem intelligo de vestitu cuiuslibet de familia, & seruorum & de alijs huiusmodi allegãs Bert. consilio 309. numer. 4. volum. 2. Decima sit conclusio.
20 Hæc actio, quæ † funeraria dicitur ex bono, & ęquo oritur, cõtinet autem funeris causa, tantum impensa, nõ etiam cæterorum sumptum: æquum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est, ex causa, ex tpe, ex bona fide, vt neque plus imputetur sumptus nomine, quàm factum est, neque tantum, quantum factum est, si immodicè factum est, debet enim haberi ratio facultatum eius in quem factum est, & ipsius rei quę vltra modũ
21 sine causa consumitur † d. l. at siquis §. hęc actio ff. de relig. & sumpt. funer. vbi not. quod adeo est priuilegiata huiusmodi actio, vt cęteris etiã anterioribus actionibus prȩferatur Ripa l. quęsitum nume. 7. ff. de priuil. credit. leg. pęn. ff. de Relig. & sumpt. fun. Asin. d. §. hęc actio nume. 6. dicit hanc actionem prȩferri etiam doti, in omnibus enim versatur fauor publicus, sed funus continet religionem, ac etiam pietatem not. l. sunt personę ff. de relig. & sumpt. funer. est tamen attendendum in sumptibus funeris ad rationem facultatis & dignitatis defuncti. Vndecima sit conclusio.

Quid

22 Quid ergo † si ex voluntate quidem testatoris
quid impensum est, sciendum est, nec volunta-
tem testatoris sequendam, si res egrediatur iux-
ta sumptus rationem. Pro modo enim facultatū
debet sumptus fieri.l.at si quis sepulcrum,§.quid
ergo.ff.de relig.& sumpt. fune.vbi notatur quod
23 licet † volnotas testatoris sit altera lex.§. dispo-
nat authen.de triente, & semisse, hoc tamen di-
ctnm est intelligendum, quando ipsa rationabi-
lis esset, aliàs secus.l.sed Iulianus.ff.ad Macedon.
l.fi.ad l.fale.vnde si testator mandauerit purpura
indutus sepeliri sub certa pœna, poterit hæres re
ijcere eius voluntatem, not.l.seruo alieno.§. fi. ff.
de leg.1.vnde licet quilibet sit moderator, & arbi
24 ter † de re sua.l.in re mandata.c.mandati, hæc ta-
mē regula fallit quando aliquis disponit, aliquid
quod a lege prohibitum est.c.eleuterius. 18.q.2.
Cardin.clem.2.not.11.de relig. Dom. Asin.d.§.
quid ergo, nume.septimo in fine. Duodecima sit
conclusio.
25 Sed † interdum is qui sumptum in funus fa-
cit, sumptum non recipit veluti, si pietatis causa
fecit, non hoc animo quasi recepturus sumptum,
quem fecerat. Hoc & Imperator noster rescripsit,
igitur æstimandum erit arbitrio, & perpendendū
quo animo sumptus factus sit, vtrum negotium,
quis vel defuncti, vel hæredis gesserit, vel ipsius
humanitatis, an verò misericordiæ, vel pietati tri
buens, vel affectioni, potest tamen distingui, &
misericordiæ motus, vt si in hoc fuerit miseri-
cors, vel pius, qui funerauit, vt eum sepeliret, ne
insepultus iaceret, nō etiam vt de suo sumptum
faceret, quod si iudici liqueat non debet eum,
qui conuenitur absoluere. Quis enim sine pieta-
tis intentione alienum Cadauer funeratur? opor
tebit igitur testatori quemquam, quo animo fu-
nerat, ne postea patiatur quæstionem, l. at si quis
sepulcrum, §. sed interdum.ff. de religi. & sumpt.
26 funer. vbi not. † quòd in dubio sumptus funeris
præsumuntur facti animo repetendi, cum l. ge-
rit, num.9.ff.de acq.hæred.Bal.Nou.tract. de do-
te par.5.num.9.Asinius.d.§. sed interdum, nu.3.
Decimatertia sit conclusio.
27 Pleriq; filij † cum parentes suos funerant, vel
alij qui, & hæredes fieri possunt, licet ex hoc ip-
so neque pro hærede gestio, neque aditio præsu-
matur, tamen ne vel immiscuisse se necessarij, vel
extranei pro hærede gessisse videantur, solent testa-
ri pietatis gratia se facere sepulturam, quod si su-
peruacuo fuerit factum, ad illud se munire viden
tur, ne immiscuisse se credantur, non ad illud, vt
sumptum consequantur, quippe protestantur pie
tatis gratia id facere. Plenius igitur eos testari o-
portet, vt & sumptus possint seruare. Fortassis
posset quis dicere interdum partem facti sum-
ptus posse recuperari, vt si quis pro parte quasi
negocium gerens, pro parte pietatis gratia id fa-
cit, quod est verius. Partem igitur fructus conse-
quetur, quem non donandi animo fecit, leg. at si
quis sepulcrum, §. plerique.ff. de religi. & sumpt.
28 fun. vbi not. quod Vlpianus † dat cōsilium de ip-
sa protestatione, vt non solum dicat quisquam se
pietatis gratia facere, licet tunc ab administratio-
ne, aut immistione releuetur, sed sumptus repe-
tendi animo facere fatetur. l. obseruare. l. nec quic-
quam.ff.de offic.procon.& leg. Paul.l.pacto.ff.de
trans. Caius l. is qui.ff. de trans. Decimaquarta sit
conclusio.
29 Iudex qui de ea æquitate † cognoscit interdū
sumptum omnino non debet admittere modicū
factum; si forte in contumeliam defuncti homi-
nis locupletis, modicus factus sit. Nam non de-
bet huius habere rationem, cum contumeliam
defuncti fecisse videatur, ita eum funerando, d.l.
30 at si quis iudex, † vbi glo. dicit hoc statutum esse
in damnum hæredis. Nam iniuria, quæ fit defun
cto in hæredem conferri, intelligitur l. 1.§. quo-
ties. ff. de iniur. cum igitur ab eius facto, qui ta-
lem sumptum fecit id pendeat, merito consequi,
quod impendit non debet not. l. siue hæredita-
ria.ff.de negoc.gestis. Decimaquinta sit concl.
31 Si quis † dum se hæredem putat patrem fami
lias funerauit funeraria actione vti non poterit,
quia non hoc animo fecit, quasi alienum nego-
cium gerens, & ita Trebatius, & proculus putant.
Puto tamen, & ei ex causa dandam actionem fu
nerariam, d.l. at si quis sepulcrum. §. si quis dom.
ff. de religion. & sumpt. fun. vbi not. funerariam
actionem his competere, qui tanquam negotium
exequantur alienum, vnde qui se hæredem pu-
tans patrem familias funerauit concedenda non
fuit, quia suum negocium gessit, & attenditur id
quod actum est, & quo animo gestum est. l. si su-
specta. §. fin. ff. de inoffic. testamento, si verò erra-
uit in hoc, quia errantis nulla est voluntas. l. sed
32 hoc ita.ff. de aqua † pluu. arc. merito dici non po-
test, eum voluisse ex bonis suis funerare, & ani-
mus in hac re sufficit, ideo qui hoc animo fune-
rat dabitur ei vtilis funeraria actio. leg. si posses-
sor. ff. de religion. & sumpt. funer. Decima sit
conclusio.
33 Labeo ait † quoties qui aliam actionem habet
de funeris impensa consequenda, funeraria eum
agere non posse, & ideo si familiæ erciscundæ age
re possit funeraria non acturum. Planè si iam fa-
miliæ erciscundæ iudicium actum sit, posse agi d.
34 l. at si quis † sepulcrum. §. Labeo, vbi not. quod
cum funeraria actio, ex bono & æquo, in subsi-
dium inducta est, vnde eam competere non opor
tet, vbi aliundè nobis prouisum est Asin. d. l. La-
beo in fi. Decimaseptima sit concl.
35 Idem Labeo ait si prohibeare † hærede fune-
raberis testatorem ex causa competere tibi fune-
rariam. quid enim si filium testatoris hæres eius
prohibuerit? huic contradici potest. Ergo pieta-
tis causa funerasti, sed pone me testatum, habitu
rum me funerariam actionem, de suo enim expe-
dit mortuos funerari. Et quid si testator quidem
funus mihi mandauit, hæres prohibet, ego tamen
nihilominus funeraui, nonne æquum est, mihi
funerariam, vel negociorum gestorum actionem
imitari; Sed solicitius æquitatem sequi cum
hoc ei, & actiones natura indulgeat. Diuus au-
tem Marcus rescripsit eum hæredem, qui prohi-
bet funerari ab eo, quem testator eligit non re-
ctè facere, pœnam tamen in eum statutam non

esse

esse d.l.at siquis sepulcrum §.idem Labeo ff.de re
36 lig.& † sumpt.funer.vbi not. quod prohibitio facta absque causa non nocet l. 1.§.magistrum ff.de exerc.act. Decima octaua sit conclusio.

37 Qui mandato alterius funerauit † non habet funerariam actionem, sed is scilicet, qui mandauit funerandum, siue soluit ei, cui mandauit; siue debet, quòd si pupillus mãdauit sine tutore auctore, vtilem funerariam actionem dandam aduersus hæredē ei,qui impedit.lucrari enim hęredem iniquum est, si autem pupillus suous ad se pertinens,sine tutoris authoritate mandauit dandam in eum actionem arbitror, si & hæres existit ei, qui funerauit,soluendoque hæreditas est.Contra siquis mandato hęredis funerauit,non posse eum funeraria actioue agere Labeo scribit, quia habet mandati actionem. Si tamen quasi negocium hęredis gerens funerauit,licet tatum non habeat,tamen funeraria eum agere posse Labeo scribit l.at siquis sepulcrum §.qui mãdato ff.de relig.& sumpt.funer.vbi not. quod alicui competit actio cum eo, cui mandauit aliena negocia gerenda, etiam
38 antequam ipse quicquam † domino præstetur: Quia id ei abesse videtur, in quo obligatus est not.l.siquis mandato ff. de neg.gest.quamuis in fideiussore aliter se habeat, qui nisi soluerit, agere non potest Afin.d.§.qui mandato num.3.Decima nona sit conclusio.

39 Datur autem † hæc actio aduersus eas, ad quos funus pertinet, vt puta aduersus hæredem,bonorumvè possessorem, cęterosq; successores d.l.at siquis sepulcrum §.fin.Vigesima sit conclusio.

40 Funeris impensam, & † patronus, qui bonorũ possessionem petit contra tabulas, præster leg.funeris ff. de relig. & sumpt. funer. & hoc intellige,vt teneatur pro rata not. leg.sorori §.sumptus
41 ff. si pars. hæred. pet. † Vigesima prima sit conclusio.

42 In eum,ad quem dotis † nomine quid peruenit, & dat prętor funerariam actionem.æquissimũ enim visum est veteribus mulieres, quasi de patrimonijs suis,ita de dotibus funerari & eum qui morte mulieris dotem lucraretur, in funus conferre debere,siue pater mulieris sit,siue maritus l. in eum ff.de relig.& sumpt.funer.vbi si tota, vel
43 aliqua pars dotis, marito acquiratur, † pro ea portione, quam acquirit, sumptus funeris sustinere debet Beltr.consi.12 ſ.nume. 6.vol. 2.quod intellige in his, quæ circa exequias versantur, secus si de diuinis officijs loquantur, aut legatis, alijsvè huiusmodi, quæ pro salute animæ,ac redēptione eroganur, cum ad id non teneatur not. l.
44 1.C.si cer.pet. Old.l.1.ff.de † edi. Vigesima secunda sit conclusio.

45 Sed si nondum † pater dotem recuperauit, vir solum conuenietur repetiturus patri quod eo homine præstiterit l. sed si ff. de relig. & sumpt. fun. vbi not.quod si maritus sumptus funeris non fecerit, ille cui restituenda est dos eos facere potest & non expectata dilatione legali ad restituendā
46 dotem,nempe † spacio vnius anni l.1. §. ex actio C.de rei vxor.actione. leg.cum in fundo §. si fundus ff.de iure dot.illico ab eo impensam repetere potest, & deinde in dotem computare not. leg. si cum dotem §. sinautem ff.sol.matr.l.qui in vxore ff.de neg.gestis.

47 Impensa † enim funeris æs alienum dotis est l. impensa ff.de relig. & sumpt. funer. Ideoque etiã sentire dos æs alienum debet leg. ideoque ff. eod. Vnde cum hæreditas soluendo non est etiam doti vxoris præfertatur Bart.l.1. ff.sol. matr. vnde licet
48 in libris † scholarium fieri non possit executio, quando habent alia bona, id tamen intelligendum est, nisi aliquis in funere alicuius scholaris mortui impensam fecisset, quoniam ea de causa libros retinere poterit Iason. leg. si non sortem §. si centum ff.de condit.indebit. Vigesima tertia sit conclusio.

49 Neratius quærit, si † is qui cum dotem desiderat pro muliere, stipulatus est duas partes dotis reddi, tertiam apud maritum remanere, pactus sit,ne quid maritus in funus conferret,an funeraria maritus teneatur, & ait si quidem ipse stipulator mulieris funerauit locum esse pacto, & inutilem ei funerariam fore. Si verò alius funerauit posse eum maritum conuenire,quia pacto hoc publicum ius infringi non posse l. Neratius ff.de relig. & sumpt.fun. vbi not. quod ita dotis æs alie-
50 num est funeris † impensa, vt in alterius præiudicium,ne maritus pro rata in sumptibus funerum concurrat, pacisci non possit. Nam de his omnibus pacisci licet, quæ non ad publicam læsionem, sed ad rem familiarem respiciunt l. iurisgentium §. si paciscar ff. de pact. Vigesima quarta sit conclusio.

51 Quid tamen si quis dotem hac lege † dederit pro muliere, vt ad ipsum rediret, si in matrimonio mortua esset, aut quoquevè modo soluto matrimonio, nunquid hic funus non conferat, sed cum dos morte mulieris ad eum peruenerit, potest dici conferre eum l.Neratius §.quid tamen ff. de relig.& sumpt.funer. Vigesima quinta sit conclusio.

52 Si maritus lucretur † dotem conuenietur funetaria, sed in hunc casum puto; si dos, quia per modica fuit, in funus non sufficit in superfluum in partem debere actionem dari l. Neratius §. si maritus ff.de relig. & sumpt. fun. Vigesima sexta sit conclusio.

53 Cum mater familias † decedit,nec eius est soluendo hæreditas,funerari eam ex dote tum oportet, & ita Celsus scribit leg.Neratius ,§. fin. ff. de relig. & sumpt. funer. Vigesima septima sit conclusio.

54 In patrem , cuius in potestate † fuerit is, cuius funus factum erit. Competit funeraria actio pro dignitate,& facultatibus l.in patrem ff.de relig.&
55 sumpt.funer.cõnc.leg.si † filius ff.eod.Celsus scribit,quoties mulier decedit, ex dote, quæ penes virum remaneat,& cęteris eius bonis pro portione funeranda est l.Celsus ff.de relig.& sumpt.fun.veluti si in dote sint centum, in hereditate ducenta;
56 duas partes † heredes vnam vir confert. l. veluti, ff. eodem. & hoc non deductis legatis leg. Iulianus ff.eod.funer. enim impensa prius præstanda est,

est, quam legata soluantur, nec precia manumissorum seruorum, l. nec precijs. ff. de reli. & sumpt. fun. nam funeris impensa libertati præfertur, similiter nec æs alienum deducitur, l. nec ære alieno. ff. eodem. Nam funeris impensa præfertur æri
58 alieno. d. l. nec † ære. Vigesimaoctaua sit concl.
59 Si pro rata, & maritum, & † hæredem conferre in funus oportet, maritus funeraria non conuenietur, si mulieri non matrimonio dotem soluerit, & Marcellus scribit quæ sententia vera est in his tantum casibus, in quibus hæc ei facere, legibus permissum est, l. si pro rata. ff. de reli. & sump.
60 funer. Præterea maritū † puto funeraria in id demum teneri, quod facere potest, id enim lucrari videtur, quod præstatet mulieri, si conueniretur, d. l. si pro rata. §. propterea. Vigesimanona sit cōc.
61 Quod † si nulla dos esset, tunc omnem impensam patrem præstare debere, attillicinius ait, aut hæredes eius mulieris, puta emancipatæ, quod si neq; hæredes habeat, neq; pater soluendo sit, maritum, inquantum facere potest pro hoc conuenrri; ne iniuria eius videatur, quondam vxorem eius insepulr. relinqui. l. quod si nulla. ff. de relig. & sumpt. fun. Trigesima sit concl.
62 Si mulier † post diuortium alij nupta decesserit, non putat Fulcinius à priore marito, licet lucri dotem faciat funeris impensam præstari. l. si mulier. ff. eod. ti. Trigesima prima sit concl.
63 Is qui filiam familias † funerauerit, antequam dos patri reddatur, cum marito rectè agit, reddita dote patrem obligatum habet. l. si mulier. §. is qui. ff. de relig. & sump. fun. vbi funeris impensa semper sequitur dotem apud quemlibet sit. Trigesima secunda sit conclusio.
64 Vtique autem si cum † marito actum fuerit, is eo minus patri mulieris restiturus est. l. si mulier. §. fin. ff. eo. tit. Trigesima tertia sit concl.
65 Contra quoque † quod pater in funus filiæ impendit, aut alio secum agente, funeraria iam præstitit. Ipse actione de dote, a marito recipit, sed si emācipata in matrimonio decedat, collaturos hæredes, bonorumvè possessores, & patrem pro portione dotis, quam lucratus est. l. contra. ff. de relig. & sumpt. fun. Trigesima quarta sit concl.
66 Si filiusfamilias miles sit, & † habeat castrēse peculium, puto successores eius ante teneri, sic de inde ad patrem veniri. l. si filius. ff. de religion. & sumpt. fun. Trigesima quinta sit concl.
67 Qui seruum alienum, vel ancillam † sepeliuit, habet aduersus dominum funerariam actionem, l. si filius. §. qui seruum. ff. de relig. & sump. fune. Trigesima sexta sit concl.
68 Hæc actio non est annua, sed perpetua, † & hæredi cæterisque successoribus, & in successores datur. l. si filius. §. hæc actio. ff. de relig. & sumpt. fun. Trigesima septima sit concl.
69 Si possessor hæreditatis † funus fecerit, deinde victus in restitutione non deduxerit, quod im pendit, vtilem ei esse funerariam, si eodem momento temporis vir, & vxor decesserint, Labeo ait in hæredem viri pro portione dotis, dandam hanc actionem, quoniam id ipsum dotis nomine
70 ad eum peruenit. l. si † possessor. ff. de reli. & sump. funer. vbi nōt. Asin. nu. 5. quod mulier prius præsummr mortua quàm vir. Trigesima oct. sit cōc.
71 Funeris sumptus † accipitur quicquid corporis causa erogatum est, veluti vnguentorum, & precium loci, in quo defunctus humandus est, & si qua vestiaria sunt, vel sarchophagi, & vectura, quicquid corporis causa antequā sepeliatur consumptum est, funeris impensam esse exrstimo l. funeris. ff. eo. Trigesima nona sit concl.
72 Impensa funeris † semper ex hæreditate deducitur, quæ etiam omne creditum solet præcedere, cum bona soluenda non sunt l. impensa. ff. de relig. & sumpt. fun. Ampl. 1. vt præferatur etiam si quis habuerit tacitum pignus, ampliatur, etiam vt præferatur habentibus tacitam hypothecam, etiam in causa dotis gl. l. priuilegia. C. de priuileg. cred. gl. l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. Quadragesima sit conclusio.
73 Si hæres mulieris inferat mortuam † hæreditatium fundum à marito, qui deberet in funus conferre pro æstimatione loci, consequetur l. si plura. §. si hæres. ff. de relig. & sumpt. fun. Quadragesimaprima sit conclusio.
74 Et cui vestimenta † legantur, si in funus erogata sint, vtilem actionem in hæredem dandam placuit, & priuilegium funerarium l. fin. in fin. ff. de relig. & sumpt. fun. Quadragesimasecunda sit conclusio.
75 Si plura prædia quis † habuerit, & omnium vsufructum separatim legauerit, poterit in vnum inferri, & electio erit hæredis, & gratificationi locus, sed fructuario vtilis actio in hæredem dandam ad id recipiendum, quod propter eam electionem imminutus est vsusfructus l. si. in princ. ff. de relig. & sumpt. fun.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica portio, quo iure sit introducta.*
2 *Canonica portio est de iure canonico.*
3 *Canonica portio debetur ratione sacramentorum.*

## *Quæst. VI. Secundæ Partis.*

DIctum est de expensis funerum sequitur videre seruato ordine iam præposito de quarta, seu Canonica portione, quæ debetur ratione funeris Ecclesiæ parochiali, verum quia quarta, & canonica portio, est duplex, altera, quæ debetur Episcopo, altera parochiæ. Ideo,
1 Sexto quæro, † quo iure sit introducta canonica parochialis? Resp. Illam inductam esse iure canonum. c. 1. c. relatum. c. de his c. cum liberum de
2 sepul. Clem. † dudum. §. verum eod. tit. Quæ portio canonica inducta est propter sacramenta quæ ministrat Rector suis Parochiani, hoc est propter onus, quod in eorum administratione subit. c. 1.
3 de sepul. d. Clem. † dudum. §. verum dignus est enim operarius mercede sua, & non alligabitur os boui trituráti c. quicumque 12. q. 2. & sint consolationum socij, sicut fuerunt passionum.

SVM-

mortuarijs debetur canonica parochiali Ecclesię,
5 & nota differentiam † inter funeraria & mortuaria. Nam funeraria dicuntur quæ cum funere deferuntur gl. Clem. dudum ver. de funeralibus, de sepult. mortuaria dicuntur illa, quæ offeruntur pro mortuis, Petrus de Vbald. d. tract. p. 2. c. 4. nu. 3 0. Septimo etiam de his, quæ absque dispositione testatoris, alij aliquid offerant pro ipso mortuo tempore sepulturæ, sicuti in cereis accensis, quæ portãtur iuxta corpus defuncti, & alia huiusmodi Gulielmus, de Monte Clem. dudum. §. verum de sepult. Octauo debetur etiam de legato relicto pro succursu ratione Ecclesiæ. Nono de his, quæ constitutus in articulo mortis dat Ec-
6 clesiæ, apud quam elegit sepulturam; † Decimo debetur quarta curato, etiam de his quæ relinquuntur fratribus pro eorum victu, & vestitu, hoc idem quando mendicantibus relinquitur, pro construenda capella Doct. d. Clem. dudum, §. verum Petrus. de Vbald. de Can. Episcopali capitul. 4. oum. 23.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica portio quibus clericis debeatur.*

## *Quæst. VIIII. Secundæ Partis.*

1 
Ono quæro, † quibus debeatur Canonica portio? Resp. Constituendo plures casus. Primus est quando quis est rector Ecclesiæ habens illam in titulum, & tunc est indubitatum, quod sibi datur quarta. Secundus casus quando est Vicarius perpetuus, & idem est dicendum. Tertius est quando quis habet Ecclesiam curatam in commendam not. c. nemo de elect. 6. Quartus casus est quando quis est Vicarius temporalis, & idem quia tunc etiam habet curam animarum. c. cum ex eodem de elect. 6. Quintus est casus, quando esset sacerdos conductius, & idem quando isti curam haberent animarum parochianorum not. c. requisisti de testam. & hoc quando nullus adesset rector, nam si ibi rector fuisset ipse excluderet clericum. Sextus sit casus, quod si fuerit Ecclesia parochialis collegiata, & cura animarum non resederit penes certam personam quarta diuidetur inter clericos Ecclesiæ, ita quod singuli habebunt portionem de huiusmodi funeralibus, & hoc nisi statutum, vel cõsuetudo contrarium disposuerit Ioan. de ling. c. fraternitatem de sepulturis.

*SVMMARIVM.*

1 *Ecclesiæ quæ teneantur ad canonicam portionem.*

## *Quæst. X. Secundæ Partis.*

1 
Ecimo quæro, † quæ Ecclesiæ teneantur ad Canonicã parochialẽ? Resp. Dicendum per plures conclusiones, quarũ prima sit si parochianus vnius Ecclesiæ legat alteri Ecclesiæ exemptæ, à potestate dioceſani, & ibi eligat sepulturam de isto legato tur canonica portio c. in nostra, & ibi not. de sepul. similiter hoc idem. Secundo loco si parochianus vnius diocęsis legat alteri alterius diocęsis. Tertio parochianus vnius Ecclesiæ legauit alteri Ecclesiæ, sed non elegit sepulturam in Ecclesia, cui legauit, sed sepultus est in sepulcro suorum maiorum, debebitur de isto legato canonica portio parochiali Ecclesiæ, not. c. 1. de sepult. Quarto debetur etiam Ecclesiæ parochiali de legato relicto ob aliam causam, quàm sepulturæ. Quinto ampl. etiam si per Papam concessum fuerit priuilegium liberę sepulturæ, licet in priuilegio non fuerit clausula salua iustitia Ecclesiarum à quibus corpora assumuntur, quia talis clausula intelligitur semper inesse, Petrus de Vbald. tracta. de Can. Episcopali c. 6. per totum p. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Cui Ecclesiæ Canonica portio sit soluenda.*
2 *Princeps moriens, cui Ecclesiæ soluatur canonica portio.*
3 *Domicilium habens æqualiter in duabus parochijs, vbi soluetur quarta.*
4 *Domum habens in duabus par. vbi soluetur quarta.*
5 *Tempus testa. an tempus mortis sit attendendum.*
6 *Transferens se de vna parochia in aliam vbi debeatur quarta.*
7 *Moram trahens in villa, an ibi soluetur quarta.*
8 *Vacanti Ecclesiæ an debeatur ei quarta parochialis.*
9 *Impeditus audire diuina, an soluet quartam.*
10 *Peregrini quarta, cui soluetur.*
11 *Legatum bonorum alterius diocęsis cui debeatur quarta.*
12 *Relegatus si moritur cui debeatur quarta.*
13 *Vidua si sepeliatur cui debeatur quarta.*
14 *Filius si moriatur cui soluetur canonica portio.*

## *Quæst. XI. Secundæ Partis.*

1 
Ndecimo quæro, † cui Ecclesiæ debeatur Canonica portio? Resp. Dicendum per plures conclusiones, quarum prima sit quod si moriatur Rex, vel alius Princeps, & sepeliatur alibi, quàm in propria parochia, debebitur quarta parochiæ,
2 vbi commoratus fuerit † maiori parte anni, Petrus de Vbald. tract. de canonicã Episcopali p. 2. c. 7. nu. 3. Secundo si quis habuerit domicilium æqualiter in duabus parochijs, vt quia sit in confinio duarum parochialium, vel duas domos con-
3 iunctas † in duabus parochijs vnica tantum debetur quarta, quæ æqualiter diuidetur inter dictas Ecclesias parochiales gl. c. cum quis de sepult. si tamẽ elegit sepult. in vna ex istis alteri nõ debebitur quarta, quia parochianus id facere potuit absque iniuria alterius not. l. cum quidam. ff. de legat. 2. Tertio si quis habet vnum casamẽtũ in quo habet introitum per vnam partem, quæ est in parochia vnius Ecclesiæ, & habitationem haber in eodem


 casa-

caſamento, quod eſt in parochia alterius eccleſię, debebitur quarta parochiæ, in qua eſt caſamentum, in quo habitat, nam introitus per illam portam eſt ſolum propter habitationem. gl. 4. c. cum quis, de ſepult. 6. cũ quid enim eſt propter aliud, conſideratur id propter quod eſt. Quarto ſi teſta-
5 tor tempore teſtamenti † erat parochianus vnius eccleſiæ, & tempore mortis erat parochianus alterius Eccleſiæ, debebitur quarta eccleſiæ, cuius erat parochianus tẽpore mortis: nam iſta loquentia de quarta conſiderant quando de parochia extrahitur corpus, & datur in recompenſationem eccleſiæ, vbi debebat ſepeliri, not. c. cum quis, de ſepult. 6. & hoc quando receſſit animo motandi domicilium, aliàs ſecus vt dicam in ſeq. concluſ.
6 Quinto † parochianus vnius eccleſiæ exiſtens in infirmitate legauit cuidam alteri Eccleſiæ parochiali, & ibi elegit ſepulturam, & exiſtens in infirmitate illa, de ſua parochiali ſe tranſtulit ad eccleſiam, cui legauit, & in qua ſepulturam elegit, debebitur quarta eccleſiæ, à qua ſe trãſtulit, quia non cenſetur domicilium mutaſſe, alioquin poſ-
7 ſet in fraudem eccleſiæ † parochialis ſe transferre Petrus d. loco, num. 10. Sexto moram traheos in villa, vbi audiuit diuina, atque recepit ſacramenta, ſi elegerit ſepulturam in eccleſia minorum, de bebitur quarta eccleſiæ rurali parochiali, licet in ciuitate haberet eccleſiam parochialem. Petrus d. loco num. 12. Septimo ſi eccleſia fuerit vacans
8 debebitur ei † nihilominus quarta parochialis, quamuis in ea non potuerint audiri diuina, nec percipi eccleſiaſtica ſacramenta. Hoſt. & Ioann. c. relatum, de ſepult. Octauo ſtante impedimento facti concurrentiũ, tam perſonam rectoris, quàm
9 parochiani, vt non † poſſint audiri diuina, nec percipi ſacramenta, debebitur nihilominus quarta, ſubuenitur enim iuſto impedimento, detento not. c. vnico, de cleric. non reſid. l. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. Ampl. hoc dictum procedere, etiam in impedimento iuris, tam ratione loci, vt quia interdicti, quàm ratione parochi, ſeu parochiani, quia excommunicati, impedimentum enim proueniens propter impoſſibilitatem iuris, non nocet ſic impedito c. quia diuerſitatem, de conceſſ.
10 præb. Petr. d. loco, num. 18. Nono † peregrinus ſi legat Eccleſiæ alicui, quarta debetur eccleſię, cuius erat parochianus ante peregrinationem Petr.
11 nu. 23. Decimo † parochianus vnius eccleſiæ elegit ſepulturam in alia eccleſia eiuſdem diocęſis, & illi eccleſiæ, in qua elegit ſepulturam legat prædium conſtitutum in alia diocęſi, debebitur quarta Eccleſiæ eius, cuius eſt parochianus, not. c. 1.
12 de ſepult. Vndecimo † relegatus ſi moriatur in loco, in quo relegatur, ſi fuerit relegatus in perpetuum, vel ad arbitrium, quarta debetur eccleſiæ parochiali, vbi eſt relegatus, ſi verò erit relegatus ad tempus, debebitur vtrique parochię Petrus de Vbald. d. l. num. 31. Primo enim caſu perdunt domicilium. Secundo autem non. Duodecimo vidua, quamuis ſepeliatur in ſepulcro mariti, nihilominus debebitur quarta parochiali eius eccleſ. vbi audiuit diuina, & percepit ſacramenta: iura enim ſepulturę, & parochię ſunt diuerſa, not. c. fin. de parochijs. Feder. conſ. 248. Decimotertio filius, qui ſeparauit ſe à patre ſuo, licet ſepeliatur in ſepulcro patris, debebitur nihilominus quarta eccleſię parochiali, vbi percepit ſacramenta. Ita Petrus de Vbal. d. loco num. 34. vbi not. nu. 1. quod Eccleſia parochialis dicitur in qua celeſti pabulo refici conſueuit c. 1. de ſepult. & in qua parochia quis habitat pro maiori parte anni, & vbi quis domicilium cõſtituit, & ibi tempore Paſcha ſi ei ſacramenta miniſtrantur, eique in articulo mortis conferuntur, & à parocho benedicuntur nuptię, benedicitur dom. & in eius pręſentia matrimonium contrahitur, & alia huiuſmodi geruntur. ſaltib. enim debetur quarta parochialis, quia in eis regulariter datur Eccleſiaſtica ſepultura.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica parochialis, in quibus ceſſare dicatur.*
2 *Præſcriptio tollere poteſt canonicam portionem.*
3 *Priuilegium tollere poteſt quartam.*
4 *Remitti poteſt quarta parochialis.*
5 *Legatum ad vſum priuilegiatum facit ceſſare quartam.*
6 *Legatum factum contemplatione perſonæ, non minuitur quarta.*
7 *Donatio inter viuos non minuitur.*
8 *Acquiſita Eccleſię virtute profeſſionis non ſoluitur quarta de his.*
9 *Electio ſepultur. requiritur ad hoc, vt ſoluatur quarta.*
10 *Caſus multi in quibus non ſoluitur canon. portio.*

## *Queſt. XII. Secundæ Partis.*



1 Vodecimo quæro † in quibus ceſſet Canon Parochialis? Reſp. in multis. Primo quando per conſuetudinem legitimè pręſcriptã inductum eſt contra ſolutionem Canonicę Pa
2 rochialis, c. de quarta, de præſcri. † Secundo hoc idem quando procedit ex priuilegio Papali derogans expreſsè ſolutioni † canonicæ portionis, c.
3 conſtitutus, de relig. domibus, c. officij, de teſta-
4 men. c. in noſtra, de ſepult. Tertio † quando per donationem eſt remiſſa. c. ad audientiam, de eccl. ædific. Quarto quando parochianus vnius eccleſiæ legat alteri eccleſiæ ad vſum priuilegiatum,
5 & ibi elegit † ſepeliri, c. ſi. de teſtam. hodie tamen ſi legaretur mendicantibus, etiam ad vſum priuilegiatum deberetur quarta Canonica. Clem. dudum. §. verum, de ſepultu. Quinto quando paro-
6 chianus vnius † eccleſię elegit ſepulturam in alia eccleſia, & legat Prælato illius eccleſię, vel clericis illius contemplatione perſonarum non eccleſię, vbi elegit ſepulturam: nam de illo legato non debetur quarta parochiali eccleſię, dummodo non in fraudem fuerit relictum. c. requiſiſti, de teſtam. c. ex parte, de verb. ſign. & hoc niſi legatum factum fuerit fratribus mendicantibus. d. Clem.
7 dudum. §. verũ. Sexto † non debetur de donatio-
8 nib. inter viuos. Septimo † cũ eccleſię acquiritur virtute

virtute professionis. Octauo quando quis legat
Ecclesiæ, sed ibi nõ elegit sepulturam. Nono cum
de facto sepelitur in Ecclesia legataria. Decimo
10 cum Ecclesia parochialis est interdicta † culpa
rectoris. Vndecimo cum quis reuocat electionem
sepulturæ. Duodecimo cum desinit esse parochia-
nus. Decimotertio cum Ecclesia parochialis de-
struitur authoritate superioris. Decimoquarto
cum legatum non remaneat penes Ecclesiam lega-
tariam. Decimoquinto non debetur quarta, quan-
do defunctus sepelitur ad electionem sepulturæ
eius amicorum, vel propinquorum, maxime ex-
pensis eorum: hoc idem si expensæ fierent de bo-
nis defuncti, Clem. dudum. §. huiusmodi de se-
pult. nam nõ debetur canonica, nisi quando quis
elegit sepulturã c. t. de sepult. Decimosexto quan-
do parochianus transit ad Monasterium, & ibi se-
pelitur, & decedit infra probationis annum. Pe-
trus de Vbald. tract. de Can. Episcopali p. 2. c. 8.
num. 15. & seq. not. quæ dicam infra q. 22.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica portio qua actione, & quo iure petatur.*
2 *Canonica portio petitur condictione ex canone.*
3 *Canonica portio debetur post corpus traditum sepulturæ non ante.*
4 *Quarta parochialis peti potest hæreditate nõ adita.*
5 *Hæres soluens integrum legatum liberatur à solutione quartæ parochialis.*
6 *Canonica portio, coram quo iudice petatur.*
7 *Quarta parochialis qualiter petatur.*
8 *Episcopus nomine Ecclesiæ inferioris negligentis potest petere quartam parochialem.*

## *Quæst. XIII. Secundæ Partis.*

1 Ecimotertio, quæro † qua actio
ne, & quo iure petatur cano-
nica parochialis? contra quẽ,
& quo tempore, & qua for-
ma ad ipsam agatur? Resp.
2 Quod canonica portio † peti-
tur condictione ex canone,
Innoc. c. de his, de sepult. &
hoc quando agit parochialis Ecclesia contra Ec-
clesiã legatariam, si verò aget contra hæredem
poterit agere ex testamento, quando autem de-
betur hæc canonica portio? Resp. Postquam cor
3 pus traditum est † sepulturæ, si verò vult capere
de manu hæredis, hoc poterit facere adita hæredi
tate, non autem ante l. sancimus c. de iure deliber.
§. hæres quoque inst. de oblig. quæ ex quasi deli-
cto nasc. & hoc quando legatum factum fuerit
pure, potest tamen peti etiam hæreditate non ad-
4 ita, † quia est legatum Pium, sed hoc non capiet
de manu hæredis, not. l. eam quam. C. de fideic. si
verò legatum factum fuerit sub modo, vel sub
conditione, siquidem Ecclesia legataria caueat,
de modo implendo, tunc statim poterit peti cano
nica portio, similiter si factum fuerit sub condi-
tione, consequetur legatum adimpleta conditio-
ne not. leg. cedere diem. ff. de verb. sign. potest ta-
men parochialis Ecclesia obtinere, ne hæres soluat
totum legatum Ecclesiæ legatariæ, sed sibi reti-
neat quartam sibi debitam, eamque capiet de ma
nu illius, si verò hæres soluerit integrum legatum
5 Ecclesiæ legatariæ liberabitur ab Ecclesia † paro-
chiali, quia tale legatum debetur Ecclesiæ legata-
riæ, licet post modum deducatur canonica por-
tio: similiter si hæres soluat ecclesiæ parochiali li
berabitur pro quarta ab ecclesia legataria ope ex-
ceptionis. l. si opera de dol. except. Item talis ca-
nonica portio peti potest, & debetur coram iudi-
6 ce Ecclesiastico si petitur † ab ecclesia legataria c.
si diligenti de foro comp. si autem ageretur con-
tra hæredem, tunc agendum esset coram iudice
seculari c. cum sit eod. tit. de foro compet. si verò
agendum erit contra exemptos non subditos or-
dinario conuenientur coram ipsorum iudice con
seruatore, si verò agetur contra executorem testa
menti conuenietur coram Episcopo in cuius dio-
cęsi maneat executor not. l. vnica. C. vbi tutor, seu
7 curator petatur. Item quæro, † qualiter petatur
huiusmodi Canonica? Resp. Satis esse si petatur in
genere nec est opus quod exprimatur quantitas,
si tamen petierit quarta rerum immobilium, te-
nebitur exprimere fundum & fines eius super
quo prætendit quartam Doct. Com. c. certificari,
de sepult. debent etiam specificari nomina, à qui-
bus d. quarta debeatur, & cuius causa debetur
nempe nomen parochiani, defuncti, & sepulti,
& debet probari, quod bona, quorum causa pe-
tatur quarta deuenerint ad Ecclesiam not. l. 2.
C. quando & à quibus &c. si verò ecclesia paro-
chialis sit vacans, seu rector illius fuerit negligens
8 in consequendo quartam † tunc Episcopus no-
mine d. ecclesiæ illam petet, potest enim Epi-
scopus, agere pro iuribus Ecclesiarum sibi sub-
iectarum, etiam si tales Ecclesiæ vacent capitul.
fin. de succeß. ab intest. cap. cum venissent de inst.
Petrus, de Vbald. tract. de canonica p. 2. capitul. 3.
per totum.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica Episcopalis quo iure sit introducta.*
2 *Iure canonico debetur canonica portio.*
3 *Patri, & patrono sicuti debetur legitima portio, ita patri spirituali.*

## *Quæst. XIIII. Secundæ Partis.*

1 Ecimoquarto quæro, † quo iure, qua
ve causa sit introducta Canonica
Episcopalis? Resp. Quod est intro-
ducta de iure Can. c. de his 11. q. 1.
dicitur enim Canonica quia à cano
ne est definita Innoc. c. requisisti de testam. quæ
inducta est à canone propter onus Episcopale c.
2 transmissa de elect. quia † quilibet de dioceri dici-
tur parochianus Episcopi Ioan. capit. Apostolicæ
de donat. vnde si patri, & patrono debetur legiti-
3 ma Auth. licet de natural. libor. multo † magis, &
patrono spirituali.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica Episcopalis quota sit.*
2 *Quarta parochialis augetur fructibus.*

## *Quaest. XV. Secundae Partis.*

1 Ecimo quinto quęro, † quota sit hęc canonica Episcopalis? Resp. quod de iure communi est quarta, c. Vulterranae. 12.q.2.c.de quarta, de praescrip.c.cum quaerente, de offic. ord. quae potria augetur fructibus à die aditae haeredi-
2 tatis, quãdo petitur actione † ex testamentu, quia tunc transit dominium in Episcopum. l. à Titia. ff.de furt.l.fin.C.de vsufr.legat.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica Episcopalis, an computetur cum legato facto Episcopo.*
2 *Legatum factum Episcopo, vt sit eo contentus non consequetur quartam.*

## *Quaest. XVI. Secundae Partis.*

1 Ecimo sexto † quaero, an in canonica Episcopali computetur, quod testator specialiter legauit Episcopo? Respond. quod quando testator aliquid legat Episcopo sub modo, vt Episcopus pro legato esset eo solo contentus pro omni Canonica portione, & Episcopus legatum acceptat, & tunc non potest petere cannonicam delega
2 tis, nisi constituerit, quod † in fraudem modicum legauerit Episcopo, vt Episcopus fraudaretur ca nonica, si verò legatur Episcopo absolutè, tunc consequitur integrum legatum sibi factum, & integram Can.ab Ecclesia, cui legatur.capitul.officij, de testamen.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica Episcopalis an possit praescribi.*
2 *Praescriptio quando non currat circa Canonicam portionem.*


## *Quaest. XVII. Secundae Partis.*

1 Ecimo septimo quaero, † an canonica Episcopalis possit praescribi? Respon. quod sic c.de quarta, de praescri.adeo, vt possit in totum praescribi contra Episcopum. d.cap.de quarta. Item episcopus contra episcopum praescribit, & Ecclesia inferior.c.cum ex officij, de praesc.& haeres contra Episcopum, quia quod debetur ex canonica est in re temporali praescriptibili. l. cum notissimi, c.de praescri.30. annorum, & si allegetur, seu probetur titulus requiritur & sufficit spacium 40.annorum, c.de quarta, de praescri. si autem non probauerit titulum requiritur tempus, cuius memoria non extat in contrarium, not.c.1. de praescr.6. titulus autem iustus dãs causam prae scriptioni est, quando concessio canonicae portio-
2 nis fit † ab Episcopo solo sine capitulo, impeditur tamen praescriptio in multis. Primo quãdo vacat Ecclesia, c.de quarta, de praescr. Secundo quando erat schismatica, c.cum nobis de praescrip. Tertio qñ Episcopus est Excõicatus, c.j.de praescr. Quar to quando caret titulo. Quinto quando est in mala fide. Sexto quando ignorat de legato, nisi igno raret ex negligentia eius. Petrus.p.1.c.2. nu. 25.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica episcopalis à quo loco debeatur.*
2 *Legatum factum canonicis, an minuatur canonica portione.*
3 *Canonica debetur de relictis Ecclesiae collegiatae.*
4 *Canonica portio debetur de relictis monasterio.*
5 *Canon. portio debetur de relictis monast. exempto.*
6 *Legatum hospitali minuitur canonica portione.*
7 *Legatũ factũ cõfratrib. minuitur canon. portione.*
8 *Relicta imagini alicuius sancti, an minuantur cano nica portione.*

## *Quaest. XVIII. Secundae Partis.*

1 Ecimo octauo † quaero, quot loca teneantur ad hoc cannonicam Episcopalem? Resp. per multas conclusiones, quarũ prima sit, quod quando testator legat Ecclesiae cathedrali simpliciter, nihil exprimens de Episcopo tali casu legatum diuiditor inter Episcopum, & Ecclesiam, etiam si testator contrarium disponeret, nam tunc nihilominus Episcopus habebit suam portionem, hoc idem quando legat coniunct. Episcopo, & coniunctim Ecclesię, si verò disiunctim factum fuerit legatum, tũc deducitur canonica de legato Ecclesiae pro Episcopo propor tionabiliter secundum quantitatem legati, nisi legatum factum fuerit Episcopo à coniuncta persona, tanquam coniunctae personae, non tanquam Episcopo, quia tunc ab Ecclesia nulla canonica deducitur, vel nisi factum fuerit ab eo, qui non est parochianus Ecclesiae cathedralis, quo casu nihil debebitur, Ecclesiae de legato facto Episcopo, & nota quod legari potest Episcopo, ita quod nihil quaeratur Ecclesiae, sed non potest legari Ecclesiae, quin quaeratur etiam Episcopo, quia ecclesia est p̃sona repraesentata. Primo ex capite, quod est Praelatus, Secundo ex canonicis, quia sunt membra eius c.nouit, de his quae fiunt à Praelatis, quod si relinqueretur ecclesia absq; eo, quod Episcopo daretur aliquid, videretur datũ personae, quę caret capite, qñ autem Episcopus consideratur, vt vera persona nihil habens cõe cum capitulo, tunc quod ei relinquitur non communicatur cum ecclesia, not.c. requisisti, de testam.
2 Secunda sit cõclusio, † quod quando legatum factum fuerit canonicis, tũc si fuerit factũ vniuersaliter, vel indefinitè, censetur factum contemplatio-

platione ecclesiæ. & per consequens canonica portio debetur Episcopo, secus si factum fuerit vni
3 particulari, Doct. d.c. requisisti. † Tertia sit conclusio, quod Episcopo debetur canonica portio, quando relinquitur ecclesiæ alteri ecclesiæ seculari, siue collegiatæ, siue non c. officij de testam. etiam si ecclesia subiciatur alteri, quàm Episcopo dummodo ille, cui subijcitur ecclesia, subijciatur Episcopo & hæc procedunt siue ecclesia sit curata, siue non: si verò sit ecclesia sita in cōfinio dua rum diœcesum diuidetur canonica portio æqualiter inter ipsos Prælatos, not. Clem. dudum. §.
4 verum de sepul. Quarta † sit conclusio, quod de relicto monasterio exempto à potestate diœcesani, & non habenti populum, debetur nihilominus canonica portio c. officij c. requisisti. §. secus, de testam. nisi specialiter sit exemptum à tali honore Petrus, de Vbald. tract. de Can. Episc. p. 2. c. 4. q. 6. nomer. 12. vbi q. 8. Ampl. hoc dictum procedere etiam in legato facto capellæ sitæ in Monasterio exempto; quia eximendo principale, intelligitur eximi & eius accessorium, si verò monasterium habuerit aliquas cappellas sitas in diœcesi & monasterium non sit exemptum cum suis cappellis tunc d capellæ de legatis ipsarum soluent canonicam portionem gl. c. dilectus de offic. ord.
5 Quinta sit concl. † si monasterium exemptum habeat parochianos non exemptos, & parochianus legauerit monast. de tali legato Episcopos habebit canonicam portionem, secus si ille qui legauit non erat parochianus, nam tunc non debebitur canonica portio, Petrus d. loco quæst. 10. vbi q. 11. dicit q̄ si Papa vniret ecclesiam curatam Monasterio aliquo exempto, si voluerit ipsam cum populo, tunc de tali legato facto Monast. ab vno de dictis parochianis non debebitur canonica Episcopo: quia talis ecclesia effecta est exēpta, quoad se, & quo ad populum, et quo ad iurisdictionem.
6 Sexta sit conclusio † de his, quæ leganrur hospitali constructo authoritate Episcopi debetur canonica Episcopo nisi fuerit relictum ad vsus priuilegiatos, quia tale hospitale subest iurisdictioni Episcopi. c. 3. de relig. Dom. not. capitol. fin. de testam. Iohan. capit. dudum de conuers. coniugat. Innoc. cap. in nostra de sepult. Ampl. etiam si esset hospitale constructum absque authoritate Episcopi, quia etiam de legatis relictis ad pias causas debetur canonica, nisi in casibus exceptuatis capit. fin. de testam.
7 Septima sit conclusio, † quod de legato facto confraternitatibus laicorū debetur canonica portio, quia talis dicitur locus pius & huiusmodi legatum relinquitur ad vsum Pium, nam ibi opera pietatis exercentur Petrus d. loco q. 14. nu. 18.
8 Octaua sit conclusio, † quod de his, quæ relinquuntur imagini alicuius sancti, debetur Canonica portio idem q. 15. & seq. Nona sit conclusio quod canonica portio debeatur de his, quæ relinquuntur fratribus pœnitentiæ de tertio ordine ibid. q. 7. & q. 18. dicit hoc idem, esse de eo, quod relinquitur alicui oratorio nisi sit oratorium in propria domo, vbi non celebratur absque Episcopi licentia. Et tandem Canonica debetur, de omni legato Pio facto contemplatione Ecclesiæ seu loci pij, nisi sit relictum ad vsum priuilegiatum, not. c. fin. de testam.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonicam Episcopalem, quæ personæ teneantur soluere.*
2 *Legatum factum nomine dignitatis, censetur factum intuitu Ecclesiæ.*
3 *Legatum quando dicatur factum intuitu dignitatis.*
4 *Legatum factum expresso nomine proprio non minuitur legatum.*
5 *Legatum factum Canonicis, quando minuatur quarta.*
6 *Legatum factum Monacho an minuatur canonica portione.*
7 *Legatum factum pauperibus an minuatur quarta*
8 *Legatum factum collegio leprosorum an minuatur canonica portione.*

## *Quæst. XIX. Secundæ Partis.*

1 Ecimonono quæro, † quæ personæ teneantur ad canonicā Episcopo de his, quæ legantur eis? Resp. Primo quando legatum factum est nomine digni-
2 tatis † cēsetur factum intuitu Ecclesiæ c. requisisti de testam. etiam si fieret à consanguineo, præsertim de rebus pertinentibus ad Ecclesiam, idem si legetur sacerdoti conductitio, & sacerdoti habenti beneficiū manuale, & de omnibus quæ relinquuntur clericis cōtemplatione Ecclesiæ debetur canonica portio Episcopo lo-
3 ci Doct. d. c. requisisti. † Secūda sit cōclusio, quando legatur alicui expresso nomine dignitatis, & nomine personæ, tūc aut legatum fit ab extraneo, aut à consanguineo. Primo casu censetur factum contemplatione Ecclesię. Secundo autem casu secus, nam primo casu debetur canonica portio. Secundo autem nō sed in hoc sunt animaduertenda indicia an legatū dicatur factum intuitu Ecclesię,
4 vel personæ Doct. d. c. requisisti. † Tertia sit concl. legatum factum fuit expresso tantū nomine personæ, non dignitatis, videtur relictum tantum nomine personæ & per consequens non debetur de
5 eo canonica portio Doct. d. c. requisisti. † Quarta sit concl. si legetur Canonicis alicuius Ecclesiæ, tanquam collegio, vt quia dicit testator lego omnibus canonicis talis Ecclesiæ, tunc contemplatione Ecclesiæ videtur legatum, si autem exprimatur nomen certi, & determinati Canonici, tunc contemplatione personæ videtur legari. Primo casu debetur canonica portio. Secundo autem casu non Doct. d. capit. requisisti. Quinta sit conclusio
6 si legatum factum † fuerit alicui professo expresso etiam proprio nomine, debetur de eo canonica portio, quia videtur factum contemplatione ecclesiæ, non enim posset legari contemplatione personæ, nam cum sit professus est in ca-

pax legati gl. Clem. dudum ver. indirectè de sepult. Sexta fit concl. de legato facto pauperibus
7 alicuius† hospitalis debetur canonica portio Episcopo, secus autem si legetur pauperibus in genere, ita quod inter personas sanas distribuatur & non inter loca, nam primo casu intuitu loci pij censetur relictum, secundo autem casu intuitu singularum personarum Doct. com. d. c. requisisti. Septima fit concl. quod delegato facto collegio leprosorũ debetur canonica portio Episcopo, quando fieret eis vt collegio habentibus collegium, secus si non habuerint collegium approbatum, sed manserint tantum in quadam priuata domo; quia tunc censeretur legatum factum eis, vt singulis particularibus, inde est, quod delegato quod fit alicui tanquam singulari personæ, non competit Episcopo canonica portio, sicuti quando legatur clerico non habenti prælationem, vel administrationem, vel cum specialiter legatur alicui canonico d. c. requisisti. §. fi. vel cum legatur alijs non commorantibus in aliquo collegio approbato, cuius gubernatio ad Episcopum spectet Petrus tract. de Can. Episc. c. 5. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Canonica portio de quibus prouentibus debeatur.*
2 *Donatio causa mortis minuitur quarta.*
3 *Quarta debetur delegatis.*
4 *Canonica portio debetur de his quæ veniunt institutionis iure.*
5 *Canonica portio de his, quæ veniunt ad ecclesiam iure hæreditario debetur.*
6 *Offerens ecclesiæ in ęgritudine, in qua decessit de eo debetur quarta.*

## Quæst. XX. Secundæ Partis.



1 Igesimo quarto, † de quibus obuentionibus debeatur canonica portio? Resp. Primo quod debetur de donatione causa mortis, non autem inter viuos, nam illa
2 magis accedit † legato quam contractui, & ideo debetur portio canonica, not. c. de his de sepult. Secundo debetur de legatis c. requi-
3 sisti de testam. † Tertio de his, quæ veniunt iure institutionis d. c. de his, de sepult. Quarto de his,
4 in quibus † ecclesia ab intestato succedit, vt prælatus moritur nullo consanguineo relicto, & ab in-
5 testato † not. cap. requisisti & c. officij de testam. Quinto quando quis in ægritudine, de qua decessit offert se & sua alicui monast. & tamen ibi
6 non profitetur, tunc de his debetur † Episcopo canonica portio gl. c. de his, de sepul. secus est, quando se & sua offert in sanitate nam tunc siue proficeatur, siue non, de his non debetur canonica portio Petrus d. l. c. 7. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Canonica portio an debeatur de his, quæ relinquuntur ad certas, & determinatas causas.*
2 *Oblationes an minuantur canonica portione.*
3 *Relictum Ecclesiæ pro male ablatis quando minuatur canonica portione.*
4 *Fructus hæreditatis relictæ Ecclesiæ, quomodo minuatur canonica portione.*
5 *Hospitali relictum pro lectis pauperum an de eo colligatur canonica portio.*
6 *Relictum pro missis dicendis an minuatur canonica portione.*
7 *Legatum Ecclesiæ pro substentatione capellani an minuatur quarta.*
8 *Relictum Ecclesiæ vltra dotem minuitur canonica portione.*
9 *Canonica de his etiam debetur quæ relinquuntur pro sepultura.*
10 *Canonica elicitur etiam de pallio relicto.*
11 *Canonica detrahitur ab executore testam.*
12 *Canon. detrahitur ex legato soluto viuente testatore.*

## Quæst. XXI. Secundæ Partis.



1 Igesimoprimo quæro, † vtrũ canonica portio debeatur de his quæ relinquuntur ad certas, atque determinatas causas? Resp. Primo de oblationi
2 bus quæ fiunt † in missa pro defuncto debetur canonica portio, Doct. cap. in nostra de sepult. Secundo quando relinquitur pro incertis,
3 & male ablatis Ecclesiæ, † tunc de his debetur canonica portio Episcopo loci, in cuius diocęsi sunt bona, nisi reperiantur personæ, cui restitutio sit facienda, Petrus, de Vbald. d. loco capitul. septimo numero 18. & seq. Tertio si testator in-
4 stituat hæredem Ecclesiam collegiatam † & iubeat quod fructus hæreditatis distribuat pro tertia parte in cura infirmorum illius collegij, & pro alia in subsidium fratrum d. collegij, & tunc considerandum est, an sit relictum contemplatione personarum, & non debetur canonica portio, secus si contemplatione Ecclesiæ d. capitul. requisisti, si verò mixtim non debetur canonica portio, est enim potius attendenda ratio personarum, quam loci leg. si is. ff. de liber. legat. Quarto si testator legat hospitali pro lectis pauperum debebitur de eo relicto canonica portio, nam li-
5 cet vsus lecti respiciat personam, † proprietas tamen eius respicit locum Doct. d. capitul. requisisti. Quinto, de his, quæ relinquit testator
6 rectori alicuius Ecclesiæ pro missis † dicendis, debetur canonica portio, præsertim, quando constat legatum relictum nomine dignitatis, non autem personæ, Doct. d. capitul. requisisti. Sexto cum testator relinquit Ecclesiæ aliquid, quod deseruiat pro substentatione capel-
7 lani debebitur † canonica portio. Septimo hoc idem si relinquat Ecclesiæ aliquid, quod sit vltra dotem, hoc idem si relinquit Ecclesiæ pro do-
8 te, & ipsa iam erat sufficienter † dotata, idem si pro dote relinquit totam hæreditatem, & para

illius

illius esset sufficiens pro dote, nam de eo quod superest debetur canonica portio, ne in fraudem d. portionis relinquatur capit. officij de testam. Octauo debetur etiam de his, quæ relinquuntur pro sepultura, pro sacramentis, & pro mortuarijs d. c. officij de testam. Nono debetur
10 etiam † de pallio relicto ecclesiæ pro cooperiendis cadaueribus etiam si fuerit exemptum à consanguineis, vel amicis defuncti, tale enim pallium dicitur mortuarium, vel funerale, de quibus canonica portio debetur Episcopo capitul. conquerente de offic. ordinar. Decimo detrahitur de
15 his, quæ † reliquit testator executori, vt ad eius beneplacitum distribueret, & ipse loco pio distribueret Petrus de tract. p. 1. capitul. 9. numero 14. Vndecimo de legato, quod soluit testator vt libatum dum vixit, secus si alio modo, nam tunc diceretur pura donatio Petrus d. l. c. 3. nu. 9.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica Episcopalis quibus casibus cesset.*
2 *Canonica Episcopalis non detrahitur de legato pro ornamento Ecclesiæ.*
3 *Canonica non deducitur de relictis pro fabrica, & num. seq. ibi late vsque in finem dicitur in quibus casibus cesset.*
4 *Legatum ad perpetuum cultum diuinum an minuatur canonica portione.*
5 *Canonica non detrahitur de legato pro succursu terræ sanctæ.*
6 *Legatum Ecclesiæ pro eius dote non minuitur canonica portione.*
7 *Canonica non deducitur de relicto pro facienda imagine auri vel argenti.*

## *Quæst. XXII. Secundæ Partis.*



1 Igesimosecũdo † quæro, quibus in casibus cesset canonica portio? Resp. In multis. Primo quando fit pro orna-
2 mentis Ecclesiæ, vt † cappis, casulis, picturis, calicibus, crucibus, & similibus. c. fin. de testam. & hoc tam pro ornamentis faciendis, quàm recuperandis, & reparandis. Secundo quando relinquitur pro fabrica
3 Ecclesiæ. Tertio † pro indumentis. Quarto quando relinquitur pro construenda sepultura. Quinto per luminaribus. Sexto pro anniuersario. Septi-
4 mo quando legatur † pro tot missis celebrandis. Octauo, quando legatur ad perpetuum cultum diuinum, & hæc nisi in fraudem canonicæ. No-
5 no † hoc idem si legatur pro equis, armis, & pro succursu terræ sanctæ quia hoc legatum respicit personam not. capitul. ex molta de voto. Decimo si legatur pro tunicis pauperum. Vndecimo de legato alimentorum. Duodecimo pro subsidio stu-
6 dij. Decimotertio de relicto † ecclesiæ pro dote, quia illa dos censetur ad perpetuum cultum. cap. fin. de test. debet esse libera ab omni onere capitul. 2. de censibus. Decimoquarto si legetur, vt fiat
7 imago auri, † vel argenti testatoris, vt contingit, de his, quæ fiunt ex voto, pertinet enim statua ad eum, qui illam erigit. Decimoquinto cessat, cum sit legatũ loco exempto. Decimosexto cum subditus Episcopi legat Ecclesiæ existenti in aliena diocesi. Decimoseptimo legatur capellæ existenti, vel vnitæ loco exempto, hoc idem cum sit prælato nomine personæ, non autem dignitatis. Decimooctauo cum sit canonicis, vt singulis. Decimonono cum legatur pauperibus, in genere. Vigesimo quando legatur leprosis degentibus in priuatis domibus. Vigesimoprimo ex donatione inter viuos, vel ex alio contractu. Vigesimosecundo quando locus, cui legatur est incapax legati, quia cum legatum sit ipso iure nullum habetur pro non scripto. Vigesimotertio cum legatur ad vsus priuilegiatos capitul. fin. de testam. Vigesimoquarto quando bona acquiruntur Ecclesiæ virtute professionis. Vigesimoquinto quando Episcopus eam remittit capit. fin. 12. quæstion. 3. Vigesimosexto quando legatur Episcopo ea conditione, vt sit contentus eo legato pro omni sua canonica portione. Vigesimoseptimo quando legatur priuatæ personæ Petrus, de Vbald. tractat. de Can. Episcopi. p. 1. capit. 7. in princ. & seq. not. quæ dixi superius q. 13.

*SVMMARIVM.*

1 *Canonica portio Episcopalis quo iure, & qua actione competat.*
2 *Canonica portio actione ex canone.*
3 *Canonica potest peti ab hærede, & à legatario.*
4 *Rector Ecclesiæ non potest præiudicare Episcopo in sua canonica portione.*
5 *Ecclesia destructa an debeatur canonica portio de legato ei relicto.*
6 *Canonica portio an possit deduci de vna tantum re particulari, an de singulis rebus.*

## *Quæst. XXIII. Secundæ Partis.*



1 Igesimotertio quæro, † quo iure, & qua actione petatur hæc canonica portio? Resp. quod ei competit actione ex canone capitul. Pontifices 12. q. 3. capitul. requisisti de testam. potest
2 etiã Episcopus † eam petere ab hærede per actionem ex testam. nam testator legando Ecclesiæ videtur legasse Episcopo canonicam ei debitam, cum Episcopus sit in Ecclesia, quasi caput c. scire 7. q. 1. Host. c. de his de sepult. Sed an possit Episcopus canonicam portionem petere ab hærede,
3 & è legatario cõditione † ex canone? Resp. Quod sic gl. Clem. dudum ver. largiri de sepulturis, ex quo sequitur, quòd Ecclesia non potest transigere cum hærede testatoris, vt consequatur minus
4 quàm legatum sit in præiudicium † Episcopi, nec potest repudiare legatum in damnum illius quin possit petere canonicam sibi debitam totius legati, posset enim Episcopus fraudari ecclesia repudiante, & quod nostrum est non potest à nobis auferri absque facto nostro capit. id quod nostrum de

reg. iur. 6. ſimiliter ſi eccleſia noluerit agere ad conſequendum legatum, non præiudicauit Epiſcopo, quo ad canonicam, nam ipſe poterit agere ad eam conſequendam Doctor. comm. capit. de his, de ſepult. Item quæro, ſi eccleſia, cui lega-
5 tur, deſtruatur authoritate † ſuperioris viuente teſtatore, ita quod illa eccleſia non ſit ibi, nec alibi & ſic pereant priuilegia, quæ dantur Eccleſijs c. 2. de nou. oper. nunc. an de tali legato debeatur, canonica portio? Reſp. Quod non, quia tale legatum redditur caducum, leg. 1. §. & cum. C. de cad. toll. & quia canonica debetur reſpectu legati, quo ſublato, & illam tolli neceſſe eſt cap. acceſſorium de reg. iur. 6. prærerea canonica portio debetur reſpectu adminiſtrationis, & curæ, quam habet Epiſcopus de ſuis eccleſijs, quibus ſublatis, tollitur & id quarum cauſa introductum eſt l. adigere. §. quamuis de iure patr. cap. cur ceſſan-
6 te de appellat. Item quæro † ſi teſtator inſtituat eccleſiam hæredem vniuerſalem, cum debeatur Epiſcopo canonica, an erit in poteſtate eccleſiæ dare hanc quartam de ſingulis rebus hæreditatis, vel in vna re tantum, an erit in poteſtate Epiſcopi petere canonicam in vna re tantum, vel de ſingulis rebus hæreditaris? Reſp. Quod Epiſcopus poteſt eligere an velit illam in vna re, an verò in ſingulis rebus hæreditatis, quia fauorabilior eſt cauſa Epiſcopi, quo ad canonicam, quæ prouenit ex iure Epiſcopali, propter onera, quæ Epiſcopus ſuſtinet, quàm ſit cauſa eccleſiæ hæredis inſtitutæ, quæ prætendit cauſam mere lucratiuam ratione inſtitutionis, & in nullo onéroſam, iudex tamen arbitrabitur, & mature in hoc conſiderabit rem quę venit defalcanda, & ſecundum hoc iudicabit an poſſit Epiſcopus in vna re tantum, an in ſingulis detrahere ſuam Can. portionem: ita concludit, Petrus de Vbald. tractat. de Can. parte ſecunda, capitulo tertio, numer. ſextodecimo, & ex his ſit expeditus tract. de ſepulturis.

# FINIS.

TRA-




# OPVSCVLA SEPTEM SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI·

## Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

### *SVMMARIVM.*

1 *Aequitas præfertur rigori.*
2 *Aequitas quid sit, & quot modis accipiatur.*
3 *Rigor quid sit, & quot modis accipiatur.*
4 *Differentia inter ius, rigorem, & æquitatem.*
5 *Bonum prævalet æquo.*
6 *Aequitas dicitur virtus.*
7 *Acturus æquum est, vt reus sciat an velit contendere.*
8 *Actio bonæ fidei regulatur æquitate.*
9 *Iudex æquitate vti debet.*
10 *Arbiter vti potest æquitate.*
11 *Agnationis causa proueniunt commoda, & incommoda.*
12 *Aequitas iuris Canonici magis attenditur, quàm iuris ciuilis.*
13 *Compensatio inhibetur, vbi repetitio conceditur.*
14 *Generalis dispensatio restringitur suadente æquitate.*
15 *Indefinita æquipellet vniuersali.*
16 *Iudex potest differre iuramentum etiam post conclusum in causa ex suo officio, vbi æquitas suadet.*
17 *Mercatores vti solent æquitate.*
18 *Obligatio nascitur vbi æquitas suadet.*
19 *Obedire maioribus æquitas iuris est.*
20 *Relatum est in referente suadente æquitate.*
21 *Testatoris voluntas interpretatur secundum æquitatem.*
22 *Aequitas, & veritas sunt duo lapides angulares.*
23 *Rigorem, & æquitatem scriptam sequi debemus.*
24 *Ius scriptum prævalet æquitati non scriptæ.*
25 *Generi per speciem derogatur.*
26 *Vltima derogant primis.*
27 *Aequitate vti non cogimur cum iudæis.*
28 *Aequitas simulata est duplex iniquitas.*
29 *Absoluere promptior esse debet iudex, quàm condemnare.*
30 *Ius idem statuitur vbi eadem militat æquitas.*

### *Opusculum Primum.*

1 EQVITAS † præfertur rigori leg. placuit. C. de iudic. ibi placuit in omnibus rebus præcipuam esse iustitiæ, æquitatisque scriptæ, quàm stricti iuris rationẽ, vbi gl. 1. dicit, quod vbi æquitas ex vna parte, atque ius strictum ex alia, & contradicunt, æquitas præferenda est, deinde in 2. gl. dicitur ibi in omnibus rebus scilicet tam ciuilibus quã criminalibus, & tam publicis quàm priuatis exempl. l. si quis seruo. C. de furt. l. 1. ff. de minor. l. 1. ff. de relig. & sumpt. funer. leg. quod si Ephesi. §. si summa. ff. de eo quod certo loco l. sed dicendum. ff. de in rem ver. l. pen. ff. de in integr. rest. l. bona. fides. ff. deposit. l. maiorem. C. de pact. gl. l. Barbarius ver. humanius. ff. de offic. præt. leg. prætor. §. 1. ff. de edendo l. seruum. §. æquum. ff. de proc. curat. gl. leg. 1. ff. de inst. act. gl. in summa. §. item ver. etiam. ff. de aqua plu. arc. l. cum res. C. si alien. res pign. detur gl. fin. l. fin. ff. de don. leg. in omnibus. ff. de reg. iur. ibi in omnibus quidem maxime tamen in iure æquitas spectanda est Ale. leg. si seruum. §. sequitur numero quarto. ff. de verb. oblig. consil. 158. numero 14. vol. 6. Angel. l. si fur. § in certam numer. 1. ff. de vsucap. Ant. cap cum tanto num. 55. de consuet. Bald. l. Diuus numer. 1. ff. de rest. in integr. l. filio numer. 2. ff. de iniusto rupto & in tit. an maritus succedat vxori num. 2. Bart. l. 1. numer. 4. C. de legibus leg. 1. numer. 1. ff. de vsucap. leg. 1. nume. 19. ff. de cond. indeb. Bellam. cap. ex parte nume. 6. de transact. c. vigilanti numer. 9. de præscr. c. in literis numer. 13. de rest. spol. Ber. Cons. 87. nu. 12. vol. 2. Dec. c. quoniam contra nume. 6. de prob. Gem. c. Abb. §. præfatus nu. 5. de sent. & re iud. 6. c. dispendia nu. 1. de refer. 6. Ias. l. si tibi nu. 9. ff. si certum pet. leg. cum stipulati §. sequitur num. 4. ff. de verb. oblig.

2 Est enim † æquitas rerum conuenientia, quæ in paribus

paribus causis paria iura desiderat gl. d.l. placuit
ver. quam stricti iuris C. de iudic. pro declaratio-
ne huius primi opusculi nonnulla prius prætnit-
tenda sunt; Et primo quod æquitas est iustitia dul
core misericordiæ temperata Bellam. c. ius gene-
rale nume. 3. dist. 1. conc. Cagn. l. in omnibus nu.
3. ff. de reg. iur. alleg. Host. c. fin. de transl. præl. Ias.
leg. si sic nume. 15. ff. de leg. 1. Zab. cap. per tuas
nume. 1. de simon. Ias. l. placuit num. 2. C. de iud.
Secundo modo æquitas dicitur relaxatio iuris
Ant. de Butrio c. cum illorum numer. 29. de sent.
excom. Tertio modo æquitas est iudicium, in quo
circumscriptis regulis iuris statuitur ad dicta-
men rationis naturalis Bald. l. 1. Col. 3. ff. de iust.
& iure. Quarto æquitas dicitur naturalis ratio
Bald. leg. 1. C. de dot. prom. leg. scire oportet. §.
sufficit ff. de exc. tutor. Quinto æquitas est beni-
gnitas quædam animi impellens ad aliquid iustè
agendum not. l. nulla ff. de legibus. Sexto æquitas
est rectitudo iudicij naturalem sequens rationem
leg. 1. ff. de legibus l. 2. §. item ff. de aqua plu. Arc.
refert Cagnol. d. l. in omnibus nu. 3. Septimo mo-
do dicitur æquitas prout distinguitur contra ini-
quitatem, & dolum. Octauo prout distinguitur
inter rigores, & iuris regulas. Nono dicitur ipsa
mens & ratio legis. Decimo dicitur ius, & iustitia
dicitur enim ius ars boni & æqui l. 1. ff. de iust. &
iure. Vndecimo dicitur temperantia seu æquali-
tas Bald. c. ad hæc de pac. iur. firm. l. illam cap. de
collar. Albert. Bologn. tract. de lege iure & æquit.
cap. 32. numero 10. Duodecimo dicitur æquum
cuius contrarium est absurdum. Euer. in loco ab
absurdo numer. 8. Decimo tertio æquitas dicitur
naturalis iustitia Fulg. l. nunc videndum nu. 17. ff.
de cond. indeb.

3 Secundo not. quod rigor † dicitur excessus iu-
ris, & austeritas quædam facta ad terrorem c. vt
constitueretur 30. dist. gl. l. fin. §. Lucius ff. de seru.
vrb. præd. Ber. c. quoniam nume. 2. de iure patron.
Secundo modo ordo iuris appellatur rigor Ber. c.
super litteris numer. 18. de rescr. Tertio rigor di-
citur ordo iudicij Ber. dicto numero 24. Quarto
rigor dicitur subtilitas iuris c. si de clericis de fo-
ro comp. Quinto modo rigor summitur pro iure
ciuili ad differentiam iuris canonici Ber. c. in litte-
ris nume. 30. de rest. spol. Quinto pro iure singu-
lari ad differentiam iuris communis Ber. cap. il-
lud nume. 4. de iure patro. & not. quòd rigor re-
mittitur quandoque cap. sunt quædam 14. dist. c.
quoniam 1. q. 7.

4 Tertio not. differentiam † esse inter rigorem,
ius, & æquitatem. Nam rigor est quidam excessus
iuris, & quædam austeritas ad terrorem facta, qui
quidem seruandus non est, nisi vbi mali timetur
exemplũ: æquitas verò est idem, quod iuris relaxa
tio, & ea non est vtendum, nisi sit necessitas, vel
vtilitas. Ius autem mediastra incedit inter rigo-
rem & dispensationem Cirillus in pract. crim. tit.
de offic. præsid. §. quarto, numero quarto, in fine,
vbi dicto loco, in princip. dicit, quod vulneribus
adhibetur vinum, & oleum, vt per vinum mor-
deantur vulnera, & per oleum foueantur, per
vinum mundantur putrida, per oleum sananda fo
uentur, miscenda est ergo lenitas cum seueritate.
Faciendũ est quoddam temperamentum ex vtro-
que, vt neque multa asperitate exulcerentur sub
diti, neque nimia benignitate soluantur. In boni
igitur rectoris pectore si est virga discretionis, sit
ex manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait virga
tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga
enim percutimur, & baculo sustentamur: Sit er-
go districtio iustitiæ quæ feriat, & sit consolatio
baculi qui substentet, sit itaque Amor, sed non
exasperans, sit zelus, sed nõ immoderatè sæuiens,
sit pietas, sed non plusquam expediat parcens,
conc. cum hac dist. Specul. lib. 1. ti. de dispens. nu-
mero tertio.

5 Quarto not. quod bonum † præualet æquo
Bald. consi. 464. nu. 8. vol. 2. dicens hoc verum esse
in habentibus bonam fidem, secus autem est in ha
bentibus malam fidem. Vnde licet æquitas non
suadeat quem debere lucrari cum alterius iactu-
ra l. secundum naturam. ff. de regulis iur. tamen
bono publico introducta est vsucapio, atque præ-
scriptio, ne dominia diu starent in incerto l. 2. ff. de
vsucapion. Vnde dicitur, quod in consuetudine
consideratur æquitas in præscriptione verò rigor,
& odium Balb. tract. de præscr. par. 1. quæst. 10.
numero 10.

6 Quinto, & vltimo not. quod æquitas † dicitur
virtus S. Thom. 2. 2. q. 120. art. 1. vbi dicit quòd
lex instituit, quod deposita reddantur, quia hoc
vt in pluribus iustum est. Contingit tamen aliquã
do esse nociuum, puta si furiosus deposuit gladiũ,
& eum reposcat, dum est in furia; vel si aliquis re
poscat depositum ad patriæ impugnationem. In
his enim & similibus casibus malum est sequi le-
gem positam. Bonum autem est prætermissis ver-
bis legis, sequi id quod poscit iustitię ratio & com
munis vtilitas, & ad hoc ordinatur æquitas, ita S.
Thom. d. loco, quæ dicitur alio nomine epicheia,
quæ est legis intentionem seruans, & non verba,
Armillta & Tab. ver. æquitas S. Ant. 4. p. summa
tit. 5. capi. 19. & seq. ego latè in tract. de leg. & stat.
p. 3. q. 16. nume. 10. & seq. Existis ita suppositis in
7 ferrut ad plures † conclusiones, & primo quod
acturus actionem edere æquissimum est, vt reus
sciat vtrum contendere an cedere debeat l. 1. ff. de
edendo. Secundo actio bonæ fidei regulatur æqui
tate cum l. si plures nume. 2. ff. rem pupilli soluã
8 fore, similiter bona fides, † quæ in cõtractibus exi
gitur summam æquitatem desiderat leg. bona fi-
des ff. depositi. Tertio non solum iudex æquitate
vti debet leg. placuit. C. de iud. leg. quod si ephesi
9 ff. de eo quod certo † loco Bald. consi. 34. volu. 4.
nume. 2. Spec. tit. de offic. omn. iud. §. 6. num. 21.
10 Socin. consi. 177. vol. 1. Menoch. de † arb. iud. lib.
1. q. 51. nume. 16. & seq. Bald. d. consi. 177. nu. 4.
Bal. c. 1. §. iudices nume. 5. de pact. iur. firm. Mart.
leg. quæstionis nume. 68. ff. de quæst. Gomes. c. 1.
nume. 225. de const. 6. Alex. consi. 33. num. 3. vol.
11 1. Crau. consi. 190. nume. 5. Quarto † agnationis
causa, vbi proueniũt commoda æquum est etiam
prouenire incommoda Mathes. sing. 110. numer.
77. not. l. 1. ff. de inst. act. c. qui sentit de reg. iur. 6.
l. secundum naturam ff. eod. Rol. consi. 8. num. 4.
vol. 2.

12 vol.2.Quinto æquitas † iuris canonici præfertur
æquitati iuris ciuilis, quia ipſa eſt magis dulcis at-
que benigna, Ber.cap. cum dilecti numero 71. de
emp.& vend.Gozzad.conſi. 62.nume.13. Faber.
§.pœnales nume.6.inſt.de tempor.act.Gem.c.cu-
pientes §.portò num.1.de elect.6.Iaſon. leg. cum
quis num.18. C. de iur. & fact. ignor.ignor.n.iu
ris ciuilis in multis moderatur ab æquitate iuris
Canonici Marſ.ſing.463.nume. 1.latè in terminis
ſimiliter cum multiplex eſt æquitas hinc inde,
maior æquitas præferri debet l. proximè ff.de his
quæ in teſt.delentur ſicuti communis opinio ſe-
qui debet, quæ magis æqua iudicatur Corat. de
com.opin.pag.122.nume. 100.& ſeq.Sexto æqui
13 tas ſuadet, vt compenſatio † inhibeatur, vbi repe-
titio conceditur, Sal.l.cum his num.3. ff. de cond.
indeb. Septimo æquum eſt quod deſcendentes
vocentur ad hęreditatem Natta tract.ſtat.q.1.nu.
18.ſicuti ſecundum æquitatem eſt quod filij ſuc-
cedant matribus in feudis l.vnica an maritus ſuc-
14 cedat vxori, in vſibus ſeu.† Septimo æquitate ſua
dente reſtringitur generalis diſpoſitio c.ſi.de tran
ſact. capitulo diſciplina 25.diſt Socinus reg.284.
fal.17.dixi ego tract.de reg.iur.par.1. reg. 1.lim.
15 31. Octauo † vbi ſuadet æq tas indefinita æquipol
let vniuerſali Sal. leg.dotis ff.de iure dot. leg.quo
enim §.1.ff.rem ratam haberi, dixi ego in tractat.
de reg.iuris p.2. reg.2.Ampl.37.Nono iudex po-
16 teſt deferre iuramentum † etiam poſt concluſum
in cauſa ex ſuo officio, vbi æquitas mouet ipſum
Vital.tract.clauſ. ver. an poſſit renunciari proba-
tionibus nume.12.Bald.l. 1. C.quæ deſ. Adu.not.
17 l. 1.C. leu. reſc. non † poſſe. Decimo mercato-
res ſola æquitate vtuntur Alex.conſi.58.nume.8.
vol.7.Pariſ.conſi.69.nume. 17.volu.4. conſi. 95.
nume.3.vol.2.Grat.conſi.122.nume.12.vol.1.ra
tio eſt ne inter mercatores prohibeatur commer-
cium, & ne litibus implicentur inter quos rigoro
ſitates iuris, & ſubtilitates minimè ſunt attenden
dæ l. quintus l. fideiuſſor ff.mand. Brun. tract.de
18 ceſſ.bon.q.24.nume. 3. Vndecimo † obligatio na-
ſcitur vbi æquitas ſuadeat, & in contractibus bo-
næ fidei maximè conſideratur Cum l. qui Romæ
nume.3.ff.de verb.oblig.& redditur ſtipulatio ef-
19 ficacior Cum † d.loco nume. 3. Duodecimo obe-
dire maioribus æquitas iuris gentium eſt Paul. l.
Iulianus nu. 25.ff. de cond. indeb. Decimo tertio
principum priuilegia ſummam æquitatem deſi-
20 derant Bald.conſi. 19.numer. 2.volum.4. † Deci-
mo quarto ęquitate ſuadente relatum eſt in refe-
rente dixi ego in tract.de reg.iur. par. 1. reg. 10.
nume.46.Decimo quinto ſtatuens, aliquid in per
ſonam alterius, ęquum eſt, quod ipſe eodem iure
21 vtatur l.1.ff.quod quiſq; iuris. Decimo † ſexto te-
ſtatoris voluntas interpretatur ſecundum ęquita-
tem gl.l.ita ſi hęres ver. agi poterit ff. ad Tribell.
Baldus conſilio 295. numero primo, volumine
4. Cuman. leg. ſi quis à filio §. ſiquis ff. de leg.1.
22 Ex iſtis colligitur regula, † qd ęquitas pręfer-
tur rigori, ęquitas enim & veritas ſunt duo lapi-
des angulares Curt. tract.de reſt.concl.11.nume.
26.addo pro regula Imol.l.cum hęreditate nu.3.
ff.de acq.hęred.l.filio nume.5. ff. de iniuſto rupto
l.Baliſta nume. 3. ff. ad Trebell Paul. l. 1.nume.2.
C.de legibus Bntigella l. ſi tibi nume. 5. ff. ſi cert.
pet.c.fin, de tranſ.Clem.2.de appell.Imol. d. l. fi-
lio nume.6.Pant.de crema l. rem maiores nume.
20.C.de reſc.vend. Ripa l.ad monendi nu.5.ff.de
iure iurando Sal. l. dominus ff. de cond. indeb.l.
quamuis C. de pignor.leg. exigendi nume. 2. C.
de proc.Soc.leg.5.nume.6.ff.de verb.oblig.l.ſi ti-
bi nume.9.ff.ſi cert.pet. Soc.Iun.conſi.130.num.
3.vol.2.fulgos l.ſi tibi ff.ſi cert. pet. l. cum res nu.
2.C.ſi res aliena pignor. data fuerit. leg. quamuis
nume.1.C.de pign.Port.conſi.170. nume.15.Pa-
riſ.conſi.101.nume.30.vol. 2.Neui.conſi. 50. nu.
57.Gram.deciſ.1.nume.7.Afflict. deciſ. 371. nu.
37.Corn.conſi.46.nume. 2.vol.1. qua in re ita di
ſtinguendum eſt, aut habent ius ſcriptum, & ęqui
tatem ſcriptam, & tunc ab eis non eſt diſceden-
23 dum l. proſpexit ff.quis, & † à quibus l. leges C.
de legibus. Quod ſi ius ſcriptum deficit ad æqui-
tatem recurrimus, veluti ad naturalem iuſtitiam
Bald.c.paſtoralis de cauſa poſſ. & propriet.ſi verò
fuerit ius ſcriptum pręualebit ęquitati non ſcri-
ptę Cum.l.bono nume. 2.ff.de vſucap.fulg.l.natu-
raliter nu.2.ff.de cond.indeb.Zab. rub. de conſt.
24 nume. 5.Pariſ.conſ. 2.num.197.vol. † 4.Iaſ.d.l.pla
cuit nume.3.ſimiliter, & tertio loco declaratur, vt
quādo ęquitas eſſet ſcripta in genere vt neminem
25 locupletari debere cū alterius † iactura, rigor au-
tem ſit in ſpecie; vt in vſucapione; quia generi per
ſpeciem derogatur cap.generi de reg.iur.6.Capra
conſ.165.nume.11. Corn. conſi. 191.numer.13.
26 vol. 3.Quarto loco declaratur † quando rigor ſcri
ptus eſt poſitus in l. poſteriori qui derogat ęqui-
tati quia vltima derogant primis Iaſ. d. l. placuit
nume.3.Cagnol.l.in omnibus nume.15.ff.de reg.
iur. c. exterpandę de pręb. Quinto limit. in arbi-
trarijs, in quibus iudex poteſt ſequi rigorem ſcri-
ptum, & non ſequi pro vt libet Ant. c.1.Col.6.de
conſt.Bald.l.1.C.de legibus Fel.c.2.de re iud.Ca-
gnol.d.l.in omnibus num.14.Iaſ.d.l.placuit in fi-
27 ne.Sexto limit.vt ęquitatem ſequi † non cogamur
cum iudęis, ſicuti nec ipſi ea vtuntur in eorū acti-
bus Ber.c.1.nume.190.de conſt.Ber.conſi. 28.nu.
41.vol.3.conſi.134.nume.21.vol.3.Bert.Soc.cōſ.
63.nume.17.vol.1.Rol.conſi.35.nume.18.vol.2.
Lambert.de iure patr.lib.1.q.7.p. 2.art.3.numero
34.Ioan.Ann.l.naturaliter num 217.ff.de vſucap.
quod dictum procedere arbitror in ęquitate non
ſcripta; nam quo ad ęquitatem ſcriptam non eſt
differentia inter iudęum & Chriſtianum leg.iudęi
C.de iudęis.Septimo vbi tractatur de lucro ęqui-
28 tas ceſſat, ſecus autem vbi † de damno euitando
Paul.conſi.12.nume.59.vol.3 & hęc intelligas de
ęquitate, quia ſimulata ęquitas eſt duplex iniqui-
tas gl.ſi.c.auaritia de elect.6. not.c.eum qui de do
lo, & cont. Ioan.Ant.c.vt circam de elect.6. quod
ſi reddēda erit ratio de rigore, & ęquitate, melius
eſt reddere de æquitate, cum melius ſit nocentem
abſoluere, quàm innocentem condemnare, & in
pœnis benignior interpretatio ſit facienda, ſicu-
ti iudex promptior eſſe debet ad abſoluendum,
quàm condemnandum l. Arrianus ff. de act.& ob
lig.leg.abſentem ff.de pœn.c.allegant 26.q fin.Ci
rillus

tillus praxi.crim.rub.2.de offic. præf. §.4. nume. 3.quod si eadem militauerit æquitas, idem ius statuendum erit §. eadem inst. quod cum eo faber. inst.de legit.patr. tutela numer.1. Ripa l.fin.145. C.de reuoc.don.

## SVMMARIVM.

1 Vtilitas publica præfertur priuatæ.
2 Vtilitas publica continet æquitatem.
3 Publicum dicitur pluribus modis.
4 Secunda distinctio quomodo accipitur publicum.
5 Tertia distinctio, de publico & priuato.
6 Publica munera quæ dicantur.
7 Publica vtilitas alia separabilis, alia inseparabilis.
8 Dos continet in se vtilitatem publicam.
9 Pia causa dicitur publica.
10 Magistratus habent causam publicam.
11 Agnitionis fauor, dicitur publicus.
12 Fertilitatem esse in populo interest reipubl.
13 Delicta vt puniantur interest reipubl.
14 Aedificia construi interest reipubl.
15 Fiscus habet causam publicam.
16 Gabellarum exactio pertinet ad rempublicam.
17 Instrumentorum editio pertinet ad vtilitatem publicam.
18 Publica loca quę dicantur.
19 Precia rerum pro vtilitate publica constituenda sunt.
20 Reipublicæ interest amputare lites.
21 Sepeliri corpora interest reipublicę.
22 Testamenta valida esse interest reipubl.
23 Lites abbreuiare interest reipubl.
24 Pacta seruari bonum publicum est.
25 Vsucapio bono publico introducta est.
26 Differentia inter commune & publicum.
27 Publica bona quæ dicantur.
28 Publicum dicitur quandoque id quod est commune.
29 Vtilitas publica semper intelligitur excepta.
30 Vtilitatis publicę causa recedimus à reg iur.
31 Vtilitatis publica nomine quid veniat.
32 Interpretatio quæ fiat in vtilitate publica.
33 Quinquaginta sex illationes in quib. vtilitas publica priuatæ præfertur.
34 Declaratur quomodo vtilitas publica præferatur priuatę.
35 Vtilitas publica prefertur priuatę etiam cū incommodo priuatorum.
36 Appellare non potest Fiscus quomodo procedat.
37 Fiscus existens in dolo ęquiparatur priuato.
38 Vtilitas priuata magna prefertur publicę puræ.
39 Vtilitas publica quę est in communi & particulari quomodo consideretur.
40 Vtilitas publica dicitur singulorum priuata.
41 Anima cunctis rebus est pręferenda.
42 Distinctio Bartoli de vtilitate publica & priuata.
43 Publica vtilitas certans de damno euitando vel lucro captando quid operetur.
44 Dos præfertur Fisco.
45 Possessione non priuatur priuatus lite pendente cū Fisco.

*Opusculum Secundum.*

1 
TILITAS publica † præfertur priuatæ Auth.res,quę C.com.delegat.in fine ibi ea enim quæ communiter omnibus prosunt, ijs, quæ specialiter quibusdam vtilia sūt præponimus conc. l.actione §.Labeo ff.pro socio,ibi semper enim non id quod priuatim interest vnius ex socijs seruari solet, quod societati expedit.Auth. de non alien.§. quia verò in fine coll.2. l.vnica §. fi.C.de Cad.toll.ibi, sed quod communiter omnibus prodest hoc rei priuatæ nostræ vtilitati præferendum esse censemus, nostrum esse proprium subiectorum commodum imperialiter existimantes.capit.scias 7.q.1.ibi,nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, vel voluntati præferenda est,rem publicam enim, vt pupillum extra ordinem iuuari moris est leg. 3.C.de iure Fisci lib. 11.leg.de pupillo §. siquis riuos ff. de oper. nou, nunc. ibi, siquis riuos, vel cloacas velit reficere vel purgare operis noui nunciatione merito non prohibetur,cum publicę salutis, & securitatis intersit, & cloacas,& riuos purgari leg. ita vulneratus ff. ad leg.Aquil.ibi, multa autem iure ciuili contra rationem disputandi pro vtilitate communi recepta esse,in numeralibus rebus probari potest c.bonæ il 1.de postul.pręl.ibi, vnde non immerito pręferentes speciali vtilitati communem l.vtilitas C. de primi pilo lib. 12. vbi vtilitas publica præferenda est priuatorum contractibus Ber.rubr.de
2 præscr.nume.† 11.conc.cum dicto principali decis.Ped.17.nume.5.gl.in extr.execiablis ver.vniuersalis de pręb.gl.1.l.1.Riparum ff.de rerum diuis.gl.l.1.ver.& reip.ff.de iure dot.gl.l.de pupillo §.siquis riuos ver.securitatis ff. de nou.oper. nun. Rebuff.in praxi.Benef.reg.de non toll.ius quæsit. gl.6.nume.29.not.l.conuentionem ff. de pact.l.fi. C.si contra ius, vel vtil.publicam, Mand.Reg.de Annali q.79.nume.8.Ant.de Butr. c. bonæ num. 8.de post.præl.vbi etiam Bald. nume. 5. l.vtilitas C.de priuil.Fisci lib. 12.Bald. auth. de hæred. & Falc.nume.4.idem l.1.§. hæc autem num.2. C.de Cad.tol.Bellam.c.quod autem nume.2.12.q.4.dicens vtilitatem publicam præferri priuatæ in eadem specie, in diuersis autem quandoque secus idem capitu.quoniam, numer. 17.de præscr.Ber. consi.140.nume.26. volum. 3. consilio 18.nume. 36.volum.3.consi.141.num. 5.vol. 3.Dec.rub.ff. si cert.pet.nume.28.Ias.l.1.nume. 38.ff.Sol.matr. Auth.res quæ nume. 28. C. com. de legat. Ioan. Andr.c.vbi periculum nume.8. de elect. 6. Paul. l.de pupillo § siquis riuos num. 4.ff.de nou.oper. nunc Petrus Gherardus sing.79.nume. 1.Marsil. sing.532.numero 1.Mant.sing.373.nume.1.sing. 681.num.1.Gherard.sing.1 ,.nume. 1.Alber.lib. 2.star.q.69.nume.4.Socin.Iun.consi.16.num.16. vol.1.Fulgos.l.præcipimus nume.2. C.de appellat.Barb.consi.12.nume. 2. vol.1. Ioan. de Amic. consi.104.nume.10.Alber.in C.de nouo C.com pon.l.hęc quæ nume.8.Zabar.d.c.bonę nume.5.

Pro

Pro declaratione huius dicti nor. quod publicum dicitur pluribus modis. Primo est quædam vti-
3 litas † publica, quæ affert commodum in communi, & in quolibet particulari, & est illa, quæ consistit in sacris sacerdotibus magistratibus, & huiusmodi quia ita precantur sacerdotes Deum pro minimis sicut pro maximis, & ita iudices defendunt vilem, sicut nobilem, & diuitem sicut inopem. Est secunda vtilitas publica, quæ affert commodum in communi, nō autem in particulari, vt puta illud quod habet camera Fiscalis leg. vtilitas C. de priuileg. Fisci libr. 10. Tertia est priuata principaliter, sed secundario publica, quia respectu vniuersi affert vtilitatem, & hæc est propriè illa, quæ est principaliter priuata, & secundario publica, vt quod mulieres sint dotatę l. 1. ff. sol. matr. Quarta est vtilitas principaliter priuata secūdario publica, q̄ affert in particulari suam vtilitatem per se, nec est apta afferre vtilitatem particularibus vniuersaliter, vt ciues diuites esse Socin. l. 1. nu. 46. ff. sol. matr. Bart. d. loco nume. 15. & seq. Sylu. Ald. inst. de his qui sunt sui §. fin. nume. 27. Alciat. d. l. 1. nume. 45. Alex. ibid. nume. 44. Aret. inst. de rerum diuis. in princ. nu. 6. Alciat. l. Pupillus §. munus nume. 3. ff. de verb. signif. Socin. l. 1. nu. 68. ff. sol. matr. Valascus l. Imperium ff. de iur. om. iud. nume. 248. Parpal. l. 1. nu. 32. ff. sol. matr. Alia est distinctio videlicet quod
4 publicum † dicatur multis modis. Primo quoad vsum, quod est in vsu publico, dicitur quodammodo esse iuris publici, vt sunt littora maris, sicut est via regia, quæ non potest mutari alluuione l. maritus ff. de acq. rerum dom. Secundo publica dicuntur quæ sunt in vsu territorij, ciuitatum Castrorum; nō autem cuiuslibet de populo, vt Syluæ Cęduæ, & alia nemora, & sic & limites sunt iuris publici palatia, publicæ dom. Choteæ, Forum, Pandochium. Tertio dicuntur publica quæ sunt in vsu cuiuslibet de populo ciuitatis territorij, vt Pascua, & Syluæ Pascuæ, ista impertinenter dicūtur publica, quia principaliter respiciunt vtilitatem priuatam. Quarta est vtilitas publica, quæ non potest applicari alicui personæ, sed communiter & publicè omnibus prodest, vt officialis communis populi & sacerdotes Zas. l. 1. §. huius studij nume. 17. ff. de iust. & iure. Tertia est distin-
5 ctio Aretini inst. de rerum † diuis. in principio nu. 5. quod publicum dicitur tripliciter. Primo pro eo, quod adfert vtilitatem omnibus in publico l. 1. §. ius publ. ff. de iust. & iure. Secundo modo dicitur publicum Imperij. Tertio publicum. i. ciuitatis Romæ gl. l. eum qui ff. de verb. sign. Quarto modo cuiuslibet ciuitatis & municipij. l. sed hi §. 1. ff. de public. l. fin. C. de sacr. sanct. Eccl. Propriè tamen publicum dicitur vtilitate, quod in suo quodlibet casu particulari vtilitatem adfert Petrus de Bellapertica l. inuitus numer. 5. C. de procurat. Quarta distinctio est eiusdem d. loco num.
6 4. quod quædam † sunt munera publica authoritate, & vtilitate, vt munus iudicandi. istud enim publicum est authoritate, & vtilitate, quia in quo libet suo casu singulari vtilitatem adfert, & talia munera compellitur quis subire, alia sunt munera publica authoritate, & priuata vtilitate, vt munus tutelæ quo casu quis inuitus compellitur subire inst. de excus. tutor. in princ. quędam sunt priuata authoritate, & publica vtilitate, & talia nemo inuitus suscipere compellitur, vt munus procuratoris l. inuitus C. de procuratoribus. Quinta
7 distinctio est, Camilli Vinitarini † l. 1. nume. 178. ff. sol. matr. dicentis, aut publica vtilitas, quæ consideratur separabilis est ab ipsa re, super qua con sideratur, isto casu consideratur semper publica vtilitas, vt est in magistratibus, & sacerdotibus, aut verò potest aliquo casu resultare publica vtilitas, potest tamen non esse publicè vtile, & sic est separabilis à re ipsa, & talis non iudicatur, vt vtilitas publica, quia non principaliter; in hoc ordinatur dispositio, exempl. in diuitijs, quæ si considerētur in vniuerso in genere nō respectu aliquorum particularium, tunc dicitur publica vtilitas, & statutum respiciens illas dicitur fauorem publicum concernere Bart. l. siquis pro eo ff. de fideiussoribus, si verò considerentur respectu particularium, tunc cum non possit esse aliquo modo vtile publicum, nō cōsideratur istud accidens quod euenire potest. l. rogasti. ff. si cert. pet. l. 2. ff. ad mu.
8 & secundum † prædicta dos dicitur habere vtilitatem publicam. l. 1. ff. sol. matr. secundo causa pia dicitur publica vtilitas glo. & Bart. l. illud C. de
9 sacr. sanct. eccl. gl. & doct. §. finimus † auth. de non alien. rebus Eccl. gl. cap. auditis de in integr. rest. Euer. in loco de Fisco ad piam causam. Tertio ma-
10 gistratus, & officiales habent † causam publicam leg. ex omnibus C. de decur. lib. 10. Parpalia l. 1.
11 numer. 32. ff. sol. matr. Quarto † agnationis causa dicitur publica, vt ad eam bona deferantur Angel. consi. 88. nume. 4. diuitiæ enim dignitatem familiæ conseruant, & expedit reipublicæ vt familiarum dignitas sit salua l. 1. §. publicæ ff. de ventre inspic. vnde cum fideicommissum sit expresse pro conseruatione bonorum in agnatione dicitur fauorabile Anch. consi. 27. col. 3. Cum consil. 2. nume. 4. Capic. Decis. 108. num. 15. Gozad. consi. 89. nume. 12. Dec. consi. 652. nume. 7. sicut statutum excludens fœminas ita Marzar. tract. de fi-
12 deic. p. 2. q. 1. Quinto † interest reip. fertilitatem esse in populo Bald. consi. 63. nume. 28. Sexto pu-
13 blice interest, vt † delicta puniantur Ias. l. cum filio nume. 101. ff. de l. 2. Paul. conf. 21. num. 7. vol. 2. Paul. l. si à reo §. illud num. 2. ff. de fideiuss. Rim. consi. 28. nume. 8. l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. l. congruit d. offic. præsid. Septimo est fauor publi-
14 cus, vt ciuitas ædificijs † decoretur, ideo prohibitum est in loco publico aliquid fieri l. 1. & seq. ff. ne quid in loco publico, similiter prohibitum est ædificium publicum demoliri, & hac ratione introductū fuit statutum de iure prothomiseos.
15 Octauo Fiscus † habet priuilegia propter publicas necessitates, quas Fiscalē burſam ſupportare oportet pro bono publico Bald. leg. licet numero 1. ff. de cond. ex lege. Vnde Fiscus & resp. idem sunt. Goffred. l. non est nume. 1. ff. de bon. possess. Ripa l. 2. nume. 12. ff. sol. matr. Fulgos. leg. Labeo §. illud nume. 1. ff. de ædil. edicto Socin. l. 1. num.
16 262. ff. sol. matrim. Nono † gabellas soluere, & vectigalia

ctigalia cum pedagijs, & alijs exactionibus publi
cis pertinet ad bonum publicum, ideo priuatorũ
commodo præferuntur, est enim gabella ordina-
rium munus inductum pro vtilitate publica Bal.
l.2.ff.de iure immun.Ferret.tract.de Gabell.num.
17 22.Decimo instrumentorum † editio pertinet ad
vtilitatem publicam Bert.consi.116.nume.3.vol.
18 3.Vndecimo locus publicus,†via publica, flumen
publicum,& similia priuilegiata sunt,& præferun
tur priuatis. Vnde viam publicam populus non
vtendo amittere non potest l.viam publicã,ff.de
via publica, & in his priuatus nihil facere potest
l.1.& seq.nequid in loco publico, & leg.1.& seq.
ff.de flumin.& l.1.& seq.ff.ne quid in flumine pu-
blico Rol.consi.91.num.24.vol.2.Rof.tit.de via
19 n.1.& seq. Duodecimo † precia rerũ non pro vtili
tate singulorũ sed cõiter pro bono publico ponun
20 tur l.precia rerum † ff. ad legem Falcid. Decimo
tertio tria præcipuè pertinent ad pubbcam vtili-
tatem, videlicet prolixitatem litium amputare,
multitudinem constitutionum inutilem resecare
tertio leges in vnum componere & congrue situa
21 re Bald.1.const.C.nume.1. in romb.5. † Decimo
quarto interest reip. corpora sepeliri Afin.l.sunt
personæ nume.4.ff. de relig. & sumpt. funer. De-
22 cimo quinto † testamenta ne reddantur inualida
interest reip.Alex.l.Gallus §.quid si nume.6.ff.de
lib.& post.vbi etiam Paul. nume.3. est enim vo-
luntas testatoris altera lex §. disponat auth. de
23 nupt. Decimo sexto † versatur maxime publica
vtilitas circa amputationem litiũ Ale. l.seius nu.
10.ff.ad l. Falcid. l. properandum C. de iudicijs,
nec non,vt sententiæ debitæ executioni manden
tur Doct.d.loco.
24 Decimo septimo bono † publico factum est,ut
conuentiones, & pacta obseruentur l.1.leg.iuris
gentium ff.de pact.Decimo septimo probono pu
25 blico introducta † est usucapio, ne scilicet quarundam rerum diu & ferè semper incerta dominia essent, cum sufficeret dominis ad requirendas res suas statuti tpis spatium l.1. ff. de usucap.
26 Secundo not. differentiam † esse inter commune,& publicum,nam quædam naturali iure communia sunt omnium, quædam publica, quædam vniuersitatis,quædam nullius, Pleraque singulorum §.quędam inst.de rerum diuisione,ubi naturali iure communia sunt omnium hæc. Aer aqua profluens,mare,& per hoc littora maris, publica sunt,ueluti flumina omnia,riparum usus,& similia,uniuersitatis autem sunt non singulorum,quę in ciuitatibus sunt theatra, stadia, & his similia, sed siqua alia communia sunt ciuitatum; Nullius autem sunt res sacrę, & religiosę & sanctę quod enim diuini iuris est id nullius inbonis est, singulorum autem hominum multis modis res fiunt, quarundam enim rerum dominium nanciscimur iure naturali, quod appellatur ius gentium; quarundam uero iure ciuili habentur hæc §.flumina §.uniuersitatis §.nullius & §.singulorũ inst. de rerum diuis. Quatenus uerò pertinet ad rem nostram, ea quæ sunt communia, publica, uniuersitatis,& nullius,vt mare, flumen, theatrum, res sacræ, & similia præferuntur rebus, quæ singulo-
27 rum sunt, vt † dicetur inferius latius suo loco. Inter publica tamen bona habemus non sacra nec religiosa, nec quæ publicis vsibus sunt destinata, sed si qua sunt ciuitatum velut bona. Sed & pecu-
lia seruorũ ciuitatũ ,pcul dubio publica habētur,
28 publica † vectigalia intelligere debemus, ex quib.
vectig. fiscus capit quale est vectigal. Portus vel ve
nalium rerum, item Salinarum, & metallorum, &
Piscariarum l.inter.ff.de ver.sig.vbi Alc.dicit pu-
blicum,id quod est commune Bell. c.cum parati
nu.20. de appellat.
29 Tertio non quod † in omni dispositione intelli
gitur excepta vtilitas publica Barb.consi.30.nu.
9.volumine 3.consi.2.nume. 7.vol.1. Afflict.Dec
cis.289.numer. 19 l.fin. C. de cursu publ. lib.12.
idem Barb.consil.84.nu.3.vol.4.ideo recedimus
30 à reg.iuris † ratione publicæ vtilitatis Ale.leg. si
numero 4.ff.sol.matr.Ant.de Butr.c.fin.numero
4.Qui fil.sint legit.Ber.consi.76. nume.38.vol.1.
Dec.l.si quis iniquum numer.7.ff.quod cuiusque
vniuer.nom.Visitar.l.1.nume.48.ff.sol.matr leg.
fin.C.de sacr.sanct.Eccl.Socin.d.leg.1.nu.88. &
Alciat.nume.49.ff.sol.matr. Barbat.consi.43.nu.
1.vol.1. sicuti multa rigorose fiunt causa publicè
vtilitatis, quæ aliàs non fierent, multaq; permittuntur, quæ aliàs minimè permitterentur Bald.
consi.49 r.vol.1.nu.2.
31 Quarto no.quod quãdo fit mentio † de publica vtilitate intelligitur de eo, quod principaliter spectat ad ipsam non autem priuatis l.1.10 fine ff. ad Municip.Fulg.1.Const. C.nume.3.vers. quia;
32 In qua si quæris † quæ sit facienda interpretatio. Resp. Ex mente doctorum, quod fiet lata Mandat.Reg. de vnione q. 3. numer. 4.Crau.in Resp. pro genero num.53.Mand.tract.Commis.in forma nume. 10. Fallit hoc dictum ne damnosa tertio interpretatio fiat.l.2.ff.ad Munici.l.Lucius ff. de adm.tutor.Socin.consi.275.nu.12.vol. 2.vtilitas enim publica, & necessitas æquiparantur Ber. consi.18.nu.30.vol.3.Paul.de Oriano l.1.nu.128.
33 ff.de offic.eius † quibus ita suppositis infertur ad plura,& primo.

A

1 Actus validus vtilitatem publicam respiciens non potest per partes infringi Barb. consi.56.nu. 19.vol.2.

2 Admittitur etiam quis ad actum,cuius nõ interest,utilitatis publicæ causa Dec. l. si quis id quod ff.de iurisd.omn.iud.

3 Alienare potest totum respublica habens partem in re, etiam minimam cum priuato Ioan.de Plat.l.1.C.de uend.rer. Fisc.lib.11.Fel.cap.quæ in Ecclesiarum col.19.de const.dec. consil.235. col. 4.Bald.consil.171.vol.1.& consil.339.vol.2.Boss. tit.de priuileg. Fisci numer. 39. Ampl. procedere hoc dictum etiam inuito socio Bart. leg. 1. C. de com.re cum Fisc.lib.11.leg.2. C.de com.re alien. Bald.leg.1.C.de hæred.uel actione ueo.dicam in fer.uer.uenditio.

4 Anferri potest res priuatorum pro utilitate publica leg.item si ff.de rei uen.l.Lucius ff. de euict. gl.l.si locus §. fin. ff. quemadmodum seru. amitt. Bald.l.fin.ff. de pign. act. ubi dicitur quod potest

quis

quis cogi ad uendendum tantum terræ quo erigantur furcæ Oldr.consi.6. Ioan.And. in add. ad Spec. rub.de exec.sent.Paul. l. sciendũ ff. de nou. op. ounc. similiter etiam liber homo capi potest pro executione iustitiæ Bal.l.iubemus C.de sacro sanct. Eccle. fallit tamen hoc in homine nobili, vel religioso Bal.l.fi.C. de exec. rei iud.Alex. l.1. nu.45.ff.sol.matr.

B

5 Bellum dicitur habere causam publicam; ideo tunc temporis multa permittuntur fieri, etiam contra priuatos, quæ aliàs minimè concederentur,ut de his latè dixi in tract. de fort.casib. p. 2. q.1.nu.4.& seq.ad quem locum, ut breuitati studeam remitto.

C

6 Citare partem non compellitur Fiscus, quando res patet pro eo,sed potest propria authoritate finita generatione ingredi possessionem rei feudalis Bal.c.quæ in ecclesiarum col.5.de const. præ pos.c.1.de feudo fine culpa non amit. Boss.tit. de Principe nu.331.

7 Compensatio non datur de credito publico ad priuatum Afflict.decis. 19. numer. 4. Ampliatur etiam si esset debitum officialis personæ, quæ ut particularis debitrix esset, ut priuata leg. si uelut C.de compens. ubi Bart. numero 3. leg. ob negotium ff.de compens.fauor enim publicus præfertur priuato Ias. §.bonę fidei uer.hoc de facto inst. de action.dixi ego in tractat. de compens. p.1. q. 38.nume.9.

8 Compromissorias pœnas peti posse utilitas suadet publica Alber.l. Celsus. nu.5.ff.de arbit.

9 Contractus reip.causa non tantum habet uim contractus,sed etiam uim legis l.Ciuitas ff.si cert. pet.Bossius tit. de Fisco nu.40.

10 Contumelia alicui infertur utilitatis publicæ causa, quæ aliàs minime inferretur Ripa tract.de Peste numero 143. ut quando aliquis compellitur ad faciendam executionem iustitiæ dixi super Ampl.4.

11 Contumax non dicitur, qui non comparet publica causa impeditus Ber.consi.18.nu.44.uol.3. absentia enim eius,qui reip.causa abest,neque ei, neq; alij damnosa esse debet l.absentia ff. de reg. iur.l.1.ff. ex quibus caus.maiores.

12 Creditor fiscus, etiam si fuerit secundus pręfertur. Primo in bonis quęsitis post cõtractum cum fisco l.si his ff.de iure fisci; In bonis uerò quęsitis ante, prȩfertur primus, siue habuerit generalem, siue specialem Hypothecam Ale.consi. 58.uol.6. Bertach.tract.de Gabellis 2. par.2.Memb. nume. 42.Boss.tit.de fisco nume.24. Ioan.Annib. l. post contractum oume. 312. ff. donation.dicam inferius uer.hypotheca.

D

13 Delinquit ille,qui reprimit utilitatem publicã Alexand.l. Seius ou 10. ff. ad leg. Falcid.qui potestati enim resistit ordinationi. Dei resistit.

14 Dominium rei alterius potest Princeps auferre utilitatis publicę causa Ber.consi. 140.nu.25.uol. 3.dixi super Ampl.4.

15 Domus dirui potest vbi expressa causa vtilitatis publicę suadet, dummodo competēs pretium priuato detur Roman. consi.310. numer.4.per l. 1.C.de operibus publ.Archid.c.per principalem quæst.3.Dec.c. quæ in ecclesiarum numer. 19. de Const. Mandos.in appostillis ad d. cons.Romani Marsil.in praxi.crim.§.aggredior num.68.de hoc dixi late in tract.de fort.cas.p.2.q.7.nu.23.& seq.

16 Donatio si fuerit facta reip.& priuato nec apparet cui primo sit facta in dubio præsumetur facta fisco fauore reipublicæ Euer. in loco de fisco ad Eccl, numer. 7. doct.leg.fin. C. de sacr. sanct. ecclesijs.

E

17 Edi debent fisco actori instrumenta quæ regulariter priuato non eduntur l. 2. §. diuus.ff. de iure fisci Alex. consil. 132. vol. 1. Boss. tit. de fisco numer.11. vbi dicit hoc non esse verum in criminalibus, in quibus arma non sunt sumenda de domo rei l.de minore.§.tormenta.ff.de quæstion. Euer. in loco de fisco ad Eccl. nu. 8.ne quisquam ff. de edendo. Milleus in praxi. crim. vniuersis numer. 24. Secundo fallit, quando fiscus contra alium fiscum, vti vellet priuilegio Natta consil. 141.num.4.Conc. Ber.c.1. nu.48.de Const.Dec. l.is apud nu.23.C.de edendo Ias.d.l.ne quisquam num.2.Ripa l.1.nu.10.C.de edendo Cagnol.l.1. nu.66.C. de edendo.

18 Emptor tenetur stare colono fauore fisci, qui aliàs non teneretur Ber. consi.10.nu.1.vol.1.similiter vendita hæreditate à fisco hærede creditores hæreditarij conueniunt emptorem non fiscum, nisi in subsidium, q̃ si vendantur à priuato conueniunt ipsum venditorem, Doct. l. 1. C.de hæred. vel actione vendita l. post vẽditionem.C.de pact. similiter in suo contractu non tenetur vltra simplum, etiam si duplum sit promissum l.si procurator.ff.de iure fisci.Quarto non potest alienare habita,notitia de pretio,sed solum soluto pretio d.l. si procurator.§.fin. Euer. in loco de Fisco ad eccl. num.4.Quinto non potest vendere nisi cum subhastatione l.1. C. de fide inst.& iure hastæ fiscali lib. 10.Sexto ratione partis, quam habet cum priuato alienatur totum Doct.l. 1.C.de vend. rerum fiscalium lib. 10.Bald.consi.336.nu.36.vol.2.Dec. consi.235.Boss.tit.de Fisco nu. 39.

F

19 Feriata die procedi potest in causis fiscalibus, & hoc quando sunt inductæ ob vtilitatem hominum secus in alijs leg. publica. C. de ferijs Doct. cap.fin. de iudic. Euer. in loco de fisco ad eccles. numer.9. & seq.

20 Forma per æquipollens adimpleri debet, quæ aliàs minime adimpleretur, & hoc quando vtilitas publica suadet Bald. l.1.C. vt quæ desunt aduoc.Afin.praxi iud.§. 3.c. 32. nu.1.dixi ego in tract.de reg.iur.p.2.reg.7.limit.6.

G

21 Gabellas non tenetur soluere fiscus, vel. Resp. pro rebus conductis, pro quibus aliàs priuatus teneretur Bart.l.licitatio. §.fiscus.ff.de public.Iul. Ferrett.in tract.de Gabellis nu.292.

H

22 Hypotheca, quam habet fiscus præfertur alijs exce-

excepta illa, quam habet mulier in dotem, quæ in dubio censetur magis priuilegiata Negusant. tract. de pign. 2.p. 4. membro num. 108. Doctor. com. l. 1. ff. sol. matr. Bossius tit. de fisco num. 25. & seq. Angel. leg. assiduis numer. 4. C. qui pot. in pign. habeantur.

23 Introductum vtilitatis causa contraria constitutione non comprenditur Barb. consi. 30. numer. 1. volumin. 3.

24 Inuentarium non compellitur facere fiscus, de bonis vacantibus, neque tenetur vltra vires hæreditatis l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci, vital. tract. clausul. ver. nihil nouari num. 30. Euer. in loco à fisco ad ecclesiam nu. 11.

25 Iudex vtilitatis publicæ causa potest officium suum non imploratum alteri impartiri Ber. consi. 23. num. 41. vol. 2. Sed quæro quis sit iudex competens fisci i Resp. Quod fiscus superueniens ad defensionem emptoris trahit actorem ad suum iudicem l. si minori. C. de iure fisci lib. 10. Euer. in loco à fisco ad eccl. num. 3. Bald. l. cum eorum nu. 8. ff. de sent. & interl. omn. iud.

26 Iuramento non tollitur id quod vtilitate publica fuit introductum, Ias. leg. 1. numer. 29. ff. sol. matrimon.

27 Ius priuato, etiam quæsitum tolli potest vtilitatis publicæ causa secundum com. opin. de qua per Nattam consi. 11. nu. 4. vol. 1. not. c. quæ in ecclesiarum de const. quod dictum procedit in vtilitate principaliter publica respiciente omnes in communi, & particulari, l. item si. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de euict. l. 2. C. quibus ex caus. ad lib. peru. Natta consi. 500. nu. 11. vol. 3.

L

28 Lex debet esse nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta c. erit 4. dist. nam si respiceret commodum priuatum non lex sed priuilegium diceretur c. priuilegia 3. dist. quod priuilegium non sortitur effectum, quando conceditur contra vtilitatem publicam, nisi expresse derogetur ei, vt dicam inferius ver. rescrip. & dixi in tract. de leg. & stat. p. 3. q. 8.

M

29 Mutuans in refectione ędificij habet tacitam hypothecam in bonis illius, cui mutuatur, & etiam priuilegium prælationis inter actiones personales; ratio specialitatis est fauore publicæ vtilitatis, cuius interest, ne ex destructis ædificijs, deformis maneat, eadem ratione cum ad hoc compelli possint. leg. præses. ff. de offic. præsid. vital. tract. Clausul. versic. & specialiter obligauit numer. 28. & seq.

N

30 Notarius potest compelli edere instrumenta pertinẽtia ad aliquem cuius bona in fiscũ sunt delata Bart. l. facultas nu. 20. C. de iure fisci lib. 10.

O

31 Opus publicum si imponatur alicui, non potest se ab ipso excusari l. 1. ff. de oper. publ. & iudex non potest immunitatem concedere, ab ipso opere publico l. 1. C. eod. tit.

P

32 Pacto priuatorum publicum bonum non tollitur l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. l. ius publicum l. inter. ff. eod. l. 2. §. ius ff. de adm. rerum ad ciu. pertin. leg. 2. C. de conu. fisci lib. 10. leg. Cerdonem. ff. de oper. libert. Bert. consil. 196. numer. 13. volumin. 3.

33 Pollicitatio facta reip. non reuocatur; Æquissimum enim est huiusmodi voluntates in ciuitates collatas pęnitentia non reuocari leg. pactum. ff. de pollicitat.

Propter incendium verò; vel terremotum, vel aliquam ruinam quæ reip. contigerit siquis promiserit tenetur l. 3. ff. de pollicitation.

34 Præscriptio longior requiritur contra fiscum, & contra rempubl. quàm contra priuatos, ita in puncto Balb. in tract. præscr. 2. p. 5. quæst. princip. quæst. 1. & seq.

35 Prior præsumitur oblig. fisci, quã priuati, cum dubitatur, quæ primo præcesserit l. 1. C. de iure fisci lib. 10. Euer. in loco de fisco ad dotem nu. 4.

36 Priuilegiis præfertur publica vtilitas Bald. leg. iubemus num. 1. C. de sacrosanct. Eccl. Ber. consi. 185. num. 4. volu. 3. consi. 196. num. 13. volum. 3. Ias. l. ex toto num. 11. ff. de leg. 1. Rol. cons. 5. num. 29. vol. 1. consi. 76. num. 9. vol. 2.

37 Proceditur de facto in exactione fisci, ac etiam debitores detinentur Bald. leg. 1. C. de hæred. vel actione vendita Sal. l. fin. C. de priuil. fisci, si tamen est dubium an sint debitores non proceditur ita summarè l. bi qui. C. de conu. fisci debitoribus lib. 10. Bossius de fisco nu. 20.

38 Promissio facta cõtra vtilitatem publicam non valet Ber. consil. 47. numer. 13. volumin. 1. dixi super Ampl. 32.

39 Pupillo præualet causa publica. Aret. consi. 83. nu. 4. ver. sed dubium &c.

R

40 Remitti non potest ius publicum facto priuatorum. l. quidam. ff. de adm. & peric. tutor. Alciat. l. posthumo num. 58. d. bon. possess. contra tabul. per c. si diligenti de foro compet.

41 Rescriptum factum contra vtilitatem publicam est nullius momenti l. fina. C. si contra ius vel vtil. public. ibi, omnes cuiuscunque maioris, vel minoris administrationis vniuersæ nostræ Reipubl. Iudices monemus nullã pragmaticam sanctionem, nullam annotationem, quæ generali iuri, vel vtilitati publicæ, aduersa esse videatur, in disceptatione cuiuslibet litigij patiantur proferri: sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas, similiter quando rescriptum emanat in fauorem Reipu. quod licet sit contra ius, non tamen requiritur in eo clausula non obstante Marsil. §. aggredior numer. 63. di. primo dicto concor. Idem d. loco numer. 71. Rom. consil. 199. Bald. leg. 2. C. an seruus ex suo facto.

42 Restitutio in integrum datur fisco aduersus sententiam, & aduersus probationes omissas, & aduersus quamcunque lęsionem leg. vnica. C. de sent. aduers. fiscum lat. lib. 10. Doct. com. l. respubl. C. ex quibus caus. maiores. Bossius tit. de fisco numer. 21. l. sub specie. ff. de re iud. Euer. in loco de fisco ad Eccl. numer. 6. Guid. in q. 302. vbi dicit

dicit ita communiter seruari Euer. in loco de minori ad fiscum numer. 2. fallit in publicis pœnis, quando iudex condemnauit in minus, quàm debuerit nor. leg. auxilium. ff. de minor. Cremens sing. 23. Barr. leg. vnica numer. 3. C. de sent. aduers. libr. 10.

S

43 Satis dare non compellitur fiscus Bart. l. 1. §. si ad fiscum. ff. vt legat. nom. caueatur.

44 Scientia creditoris absque contradictione fauore fisci habetur pro consensu, & operatur remissionem pignoris. leg. si hypothecas. C. de remiss. pignor. Euer. in loco de fisco ad Eccles. nu. 3.

45 Securitas data alicui à Principe non extenditur ad debitum fiscale, nisi id expresse dicatur. §. publicorum Auth. de mand. princ. Mattin. tract. de priuileg. concl. 13. & concl. 192. Securitas tamen quomodocunque concedatur ob bonum publicum conceditur, ac etiam priuatum quia versatur in defensione innocentis. l. seruum. §. publice. ff. de procurat. Menoch. de arbi. iud. lib. 1. quæst. 81. numer. 4.

46 Sententia lata contra fiscum indefensum propter absentiam sui aduocati est ipso iure nulla l. 3. §. diuus. ff. de iure fisci, hoc idem si feratur absente procuratore Euer. in loco ad Eccles. ad fiscum numer. 5. gl. d. l. 3. Bart. l. vnica numer. 2. C. de sent. aduers. lib. 10. Iodoicus in com. opi. ver. respublica. Item ex duabus sententijs latis sequenda est illa quæ facit pro fisco Didacus var. resol. lib. 1. c. 16. nu. 4.

47 Solennitates omitti possunt aliàs debitæ vtilitatis causa publicæ Ber. consi. 1. numer. 7. vol. 1. dixi super ampl. 20. Ideo causa fisci dicitur summaria Bald. l. 1. C. de hæred. vend. leg. missi. C. de exact. trib. lib. 10.

48 Statutum seruari non debet quando publice interest non seruari Bald. leg. nauicularium. C. de Nauic. lib. 11. Paul. consi. 123. Marc. §. aggredior numero 73. similiter statutum fieri non potest quo fiat præiudicium communicatis, & omnibus priuatis, licet aliquo pacto vtilitati publicæ prouideret decis. Pedem. 17. numero 1. & seq. in termin.

49 Succedens fiscus priuato non vtitur iure suo, sed priuati pro tempore præterito, pro futuro autem tempore, postquam res obligatio, vel actio ad eum peruenit, vtitur iure, & priuilegio suo Euer. in loco de fisco ad Eccl. numer. 14. Item not. quod morienti ab intestato nullis sibi parentibus aut liberis in infinitum nec conlateribus citra decimum gradum, nec coniuge relictis succedit fiscus in subsidium, & omnium aliorum defectum, leg. 1, leg. vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. Vnde hæc omnia thesauro publico applicantur pro necessitatibus patriæ supportádis, & hoc quodam voto illius defuncti, qui patriam & rem illius publicam, velut ille coniunctus, fingitur; & præsumitur dilexisse quadam naturali charitate inter eos insita, quam multi proprijs liberis prætulerunt, & parentibus, cum perdita patria singulorum bona ruant in abissum, & sic post Deum, atque parentes antiqua lex patriam in particulari dilectione statuit leg. 2. ff. de iust. & iure ampl. vt fiscus succedat personæ, & bonis adeo, vt in eum transeant omnes actiones. leg. quia. §. si de fisco. ff. ad Trebell. fallit tamen quando esset de collegio alicuius artis, quo casu succedit in bonis, quod habuit defunctus de d. collegio non autem in alijs l. diuus. ff. de iure fisci Bald. leg. 2. ff. de Const. pec. Secundo fallit in bonis peregrinorum; nam ab illis excluditur fiscus Auth. omnes. C. communia de success. Tertio non procedit in bonis filiorum apud hospitale expositorum, quibus succedit hospitale excluso, Bald. leg. si quæ illustris. C. ad orfic. gl. leg. nutritoribus. C. commun. de success. Oliuer. in tractat. de succes. ab intest. numer. 120. & sequenti, similiter succedit ei, qui aliquem indignum instituit titulo. ff. de his quibus, vt indignis, qui tunc non dicitur hæres nomine, sed effectu, & tenetur creditoribus, & legatarijs Ioan. de Imola. l. ex facto. §. fin. ff. de vulgar. leg. cum fisco. ff. ad Syllan. similiter fiscus si fuerit successor vniuersalis, tenebitur stare colono, aliàs secus Bald. leg. diuortio. §. 1. ff. solut. matrimon. per leg. si fundum. ff. locati. leg. fin. ff. de iure fisci. Tertio tenetur restituere hæreditatem fideicommissario sicuti priuatus. leg. recusare. §. fisco. ff. ad Trebell. potest tamen repudiare hæreditatem si sibi constiterit esse damnosam gl. l. 1. §. an bona. ff. de iure fisci. Ioan. l. si seruus. §. si quis. ff. de leg. 1. Quarto fiscus succedit in ius patronatus, quod transit ad hæredem extraneum gl. & Bart. l. 1. C. de bon. libert.

T

50 Taciturnitas ad alium obligandum non habetur pro consensu regulariter leg. filius. §. inuitus. ff. de procurat. leg. sicut. §. non videtur. ff. quibus mod. pign. vel hyp. solu. hoc tamen fallit fauore reip. leg. 2. ff. ad Munic. leg. honores. §. fin. ff. de decurion. Rom. consi. 311. Col. 1. Marsil. §. aggredior numer. 62.

51 Temporis præsumptionem habet respubl. pro se, vnde cum dubitatur, quæ obligatio, præcesserit pro ea scilicet à pro priuato pronunciandum esset pro republica Bald. leg. 1. C. de hæred. vel actione vendita.

52 Testamenta, duo si fuerint confecta eadem die, vel hora, licet regulariter ambo se confundant, & neutrum valeat iuxta notata per gl. leg. prima. §. non autem. ff. de bon. poss. secundum Tab. gl. & Doct. leg. fin. C. de edicto diu. Adr. toll. gl. & Doct. capit. duobus, de rescript. 6. tamen fauore reip. in dubio temporis præsumitur pro fisco leg. prima. C. de iure fisci lib. 10. Bald. leg. prima. C. de hæred. vel act. vend. Doct. leg. fin. C. de sacr. sanct. Eccles. ver. in loco de fisco ad Eccl. numero 7. Didac. ver. resol. lib. 1. capitul. 18. numer. 2. & 7.

53 Testes deponentes, de instrumento subtracto probant, licet non sint adeo periti vt sciant, cognoscere defectus instrumentorum, vbi aliàs hoc requireretur leg. 2. §. diuus. ff. de iure fisci Doct. leg. si de possessione. C. de probat. gl. capit. cum olim de priuileg. & hoc fauore reip. Euer. in loco de fisco ad Eccl. num. 13.

54 Transactio à republ. facta contra communem
iuris regulam, sub prætextu alicuius instrumenti
postea reperti rescindi potest. l. rempublicam. C.
de iure reipubl.lib.11.not.l. Imperatores.ff.de re
iudic. gl.l.sub prætextu. ff.de transact. Bart.l.con-
stitit. C. de pęn. iud. qui male iudic. Emanuel in
Enchiridion ver.respubl.

55 Tributa reipublicæ præferuntur cuilibet cre-
ditori, quo ad ipsum prædium tributarium Bald.
l.1.num.3.de public.pension.

V

56 Vendere totum potest respub. habens partem
in re communi cum priuato not.l. 1. C. de vend.
rerum fiscalium lib. 10. Euer. in loco de fisco ad
Eccl. numer. 17.Abb.cap.quamuis numer.13.de
sent.& re iudic. leg. multum interest. C.cum rer.
alien. Abb.c.ratio nulla nu. 2.de præb. Dec.c.cum
omnes numer. 38. de Const.consi.235. numer.7.
Afflict.c.si duo numer. 14. de fratribus, de nouo
benef. in vest. Ampl. 1. etiam si fiscus in re mini-
mam partem haberet d. l. 1. C.de vend. rer. fisc.
lib.10.Secundo ampl.hoc idem in ecclesia Andr.
ab ex ea. C.cum omnes nume. 145.de const.Ter-
tio ampl. de re obligata fisco, & alteri priuato, vt
etiam fiscus possit totam vendere l. res quæ. §. 1.
ff.de iure fisci.Quarto ampl.vt fiscus possit totam
rem communem pignorare gl. l. vnica C. si com-
munis res pign. data sit.Quinto ampl.etiam si res
diuidua esset, gl. & Odofred. d. leg. vnica. C. de
vend. rerum fisc. lib. 10. Sexto in tantum proce-
dit vt emptor teneatur partem socio contribuere
Bald.l.2.C.de com.rerum alien. leg. senatus. leg.
res, quæ §. 1. ff. de iure fisci, fallit tamen primo
quando fiscus habet tantummodo vsumfructum
Bald. d. leg. multum interest numer. 4. Secun-
do non procedit quando fiscus non interpellauit
primo socium, an vellet emere partem suam Bal.
leg. 2.C.de commun.rerum alien. Ripa leg.serui
electione. §.Labeo num. 15.ff.de leg. 1.Ias.leg.fin.
num.11.C.de iure emph.

34 Ex istis ergo manifeste constat † vtilitatem pu-
blicam præferri priuatæ Conc. Ruin. consi. 149.
numer. 8. volumine 4. Rol.consi.86.numer.65.
Port.consi.17.num. 22.port.inst.de rerum diuis.
numer.25.Nacta consi.477.numer.19.volumin.
3.Grat.consil.113.num.19.volum.1.Gramm.de-
cis. 12. numer. 18. Corn. consil. 38. numer. 19.
volumin. 1. Socin. Iun.l. 1. numer. 41.& numer.
259. ff. solut. matrim. Cagn. leg. 2. numer.95.C.
de edendo. & rubr. ff. si cert. pet. numer.46. Al-
dobr. inst. de excusat. tutor. §. item numer. 14.
ampl. procedere etiam cum in commodo aliquo-
35 rum particularium † Crau.consi.132.numer.23.
fallit primo vt non possit appellare quando tu-
36 dea minorem pęnam intulit, † vel absoluit secun
dum Fullerium in praxi.crim. tit. quod pęnis de-
bitis ferientur numer.81.Gramm.decis.14.Boer.
decis. 289. Secundo fallit vbicunque fiscus esset
37 in dolo, vel culpa; quia † tunc redigitur ad instar.
priuati.leg.qui fundum. §. si tutor. ff.pro empto-
re Milleus in praxi. crim. ver. eiusmodi numer.
38 8. Tertio fallit, †.quando vtilitas priuata esset ma
gna, publica autem parua leg.2.§. sunt.ff. nequid
in flumine publ.gl.& Doct.capitul.bonæ de post
præl.Iac. leg.1.§. fin. C.de Cad.toll. Alex.leg. 1
numer. 46. ff.solut. matrimon.l.actione.§. Labeo
ff. pro socio gl. leg. operis. C. de oper. publ. leg
vnica. §. fin. & ibi Bart. C.de Cad.toll.Dec.capit
ratio nulla numer. 3. de præb. idem consi. 244
numer. 6. Ias. leg. 1. numer. 39. ff.solut. matrim.
Alciat. d. loco nume. 50. vtilitas enim maior præ-
39 ferri debet. † Quarto limit. vt procedat de vtili-
tate publica, quæ est in communi, & in quolibet
particulari non de ea quæ est in communi, tan-
tum. l. 2. §.hoc interdictum. ff.nequid in loco pu-
blico Alciat.capit. quod sedem num. 47.de offic.
ord. aliàs quilibet debet propriam præferre vtili-
tatem cap. bonæ cum gl.ver.communem de post.
prælat. prima enim charitas incipit à se ipso leg.
præses, C.de seru. & aqua capit.duæ sunt 19.q.2.
capit. si non licet 23. quæst. 5.Ant de Butr.d.ca-
pit.bonæ numer.44. vtilitas enim publica dicitur
40 singulorum † priuata Sal leg. Idonei numer. 1.
ff.de testibus.Quinto fallit in vtilitate animæ par-
ticularis, quę pręferri debet vtilitati publicæ Ne-
uiz. consil. 4. numer. 36. nec mirum quia anima
41 cunctis rebus est † præferenda leg. sancimus. C.
de sacr.sancta.Eccl. Ias. leg. si pecuniam ver. 4.ff.
de cond. ob causam. Sexto modo declara, vt per
Bart. leg. 1. numer. 26.ff.solut.matrimon. dicens,
aut loquimur de publica vtilitate primi gradus,
quæ affert vtilitatem in communi, & quolibet
42 particulari, vt in Sacerdotibus † & Magistrati-
bus, & hæc præfertur omnibus alijs, etiam doti-
bus.l.impensa. ff. de relig. & sumpt. fun.d. capit.
bonæ, si verò quæramus de secunda, quæ affert
vtilitatem in communi, non autem in particula-
ri, vt id quod habet camera fiscalis. leg. vtilitas. C.
de primip. lib. 12. & hæc non præfertur. Tertiæ
quæ principaliter habet vtilitatem priuatam se-
cundario verò publicam, vt causa dotis, quia pa-
ri passu ambulant, nisi in casu leg.satis.C.in qui-
bus caus. pign. tacitè contr. si verò quæritur an
præferatur Quartæ nempe vtilitati priuatorum,
quæ tamen dicitur publica, quia vniuersaliter
vtilitatem adfert, vt quod homines sint diuites
§. fin. inst. de his qui sunt sui l. seruum. §. publi-
ce de procur.§.cogitatio auth. vt iudices sine quo-
que suffragio, & hæc est proprie priuata vtilitas,
& tunc aut loquimur in iure iam quæsito præfe-
rendo, & publica præfertur.l.pen. ff. de priuileg.
cred.aut de iure de nouo à Principe acquirendo,
& tunc ipse præfert vtilitatem priuatorum ne vi-
deatur auarus leg. 2. C.de sec. nupt.& hoc habi-
to respectu ad secundam speciem; nam respectu
primæ, & tertiæ secus est, hæc Bart.d.leg.1.num.
26. ff. solut. matrimon. per authores, quæ. C.
43 com. delegat. † Septimo declaratur, aut priua-
tus certat de damno euitando, fiscus verò de lu-
cro captando, & tunc fiscus non præfertur priua-
to leg. non puto. ff. de iure fisci, si verò vterque
certat, de lucro captando, tunc præferri debet
fiscus, ita Euer. in loco de fisco ad dotem nume-
ro sexto, vt quando fiscus venit ex contractu suo,
vel alterius, cui successit, quia tunc fiscus est
magis fauorabilis, Iason. leg. de die, ff. qui sa-
tisd.

tiſd.cog.Euer.in loco de fiſco ad Eccle. nume.20. & ſic quando fiſcus venit ex cauſa lucratiua in pœnalibus,cauſis dubijs, tunc quia in pœnis benignior fit interpretatio contra fiſcum iudicatur. Cagn.l.1.num.66.C.de edendo,ita glo.1.c.ſcias, in fine.7.quæſt.prima.Didac.Variar.reſol.lib.primo.cap.16.num.primo.Boſſ.tit.de fiſco, numer. 74.Octauo declara vt fiſcus non dicatur priuilegiatus,niſi in caſu quo in ſpecie reperitur,glo.l.1. C.de petit,hæred.l. item, §. in priuatorum, ff.de
44 pet,hæred.Iaſ.l.1.† column.3.C.de edendo. Nono declaratur, vt ſi concurrent dos,& fiſcus,cauſa dotis præfeletur fiſco, ſecundum magis comm. opin. de qua per Boſſ. tit.de fiſco,num.77. ita Didac.var.reſol.lib.1.c.16.num.6.Decimo declaratur, vt lite pendente inter priuatum & fiſcum nequaquam ſit priuatus ſua poſſeſſione priuandus. Didac.var.reſol.lib.1.c.16.num.8.ex quibus declarati ſunt textus in principio huius opuſculi adducti,& lex non puto. ff. de iure fiſci, vbi iure conſ.dicit. Non puto delinquere eum, qui in dubijs quæſtionibus cõtra fiſcum facile reſpondet.

*SVMMARIVM.*

1 *Honor præferri debet cunctis rebus.*
2 *Honor quid ſit.*
3 *Honorem nemo ſibi debet aſſumere.*
4 *Honor adipiſcitur virtutibus.*
5 *Mulier amittit dotem propter adulterium.*
6 *Honorem ſuum nemini quis dare debet.*
7 *Honores gradatim conferendi ſunt.*
8 *Honor inuito conferri non debet.*
9 *Maior in honore, maior in ſanctitate eſſe debet.*
10 *Lex eſſe debet honeſta, honeſtaque iubere.*
11 *Præſumitur ſemper bene pro honeſta perſona.*
12 *Differentia inter honorem, gloriam, laudem, & alia huiuſmodi late.*
13 *Honorandi qui ſint late diſcutitur quibus modis conferatur honor late tractatur.*
14 *Honores dum conferuntur quæ ſint inſpicienda.*
15 *Honore præditi ſunt cæteris præferendi in multis.*
16 *Honoris cauſa dicitur ardua.*
17 *Honeſtum venit ſemper quod in contractibus concipitur.*
18 *Honeſtum præfertur lucro.*
19 *Honor defendi debet ſicut vita.*
20 *Honeſtas dicitur excepta in omni diſpoſitione.*
21 *Honoris conſeruandi cauſa multa licent, quæ aliàs minime licerent.*
22 *Matrimonij cauſa maximam honeſtatem requirit.*
23 *Honeſtum quod eſt neceſſarium dicitur.*
24 *Honeſtas præfertur nobilitati.*
25 *Honeſtas morum inducit Summum Pontificem ad concedendum id, quod aliàs non concederet.*
26 *Honeſtatis cauſa recedimus à proprietate verborum.*
27 *Reip. expedit quod magis conſeruetur honeſtas, quàm multiplicentur populi.*
28 *Honor remitti non poteſt.*
29 *Honeſtum præualet vtili, & delectabili.*
30 *Bonorum tria ſunt genera.*

*Opuſculum tertium.*



1 Honor præferri debet † cunctis reb.l. iſti quidem §.quid ſi.ff.de eo quod met. cauſ.l.ibi, quod ſi dederit, ne ſtuprum patiatur vir, ſiue mulier, hoc edictum locum habet; cum viris bonis iſte metus maior, quàm mortis eſſe debeat cons cl.Crau.conſi.168.num.3.Soc.Iun.conſi. 38. nu. 40.volum.1.Menoch.de arbi. iud. lib.2.Cent.4. caſ.377.num.19.not.l.fin.ff.de pœn.Barb. conſi. 47.vol.1.Neu.Sylua nupr. lib.1. nu. 34. dixi ego in tract.mors omnia ſoluit,num. 171. & in tract. de legibus & ſtat.par.2.q.4.numer.7. l. ſemper.ff. de regul.iur. ibi, ſemper in contractibus non ſolum quod liceat, conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum eſt, & l.non omne.ff.eod. titu.ibi (non omne quod licet honeſtum eſt) glo.§.ſuſpectus, ver.ob culpam.inſt.de ſuſpect.tutor.l.iuſta, ff. de man.vindicta ibi, iuſta cauſa manumiſſionis eſt, ſi periculo vitæ, infamiæve dominum ſeruus liberauit, vbi honor æquiparatur vitæ. Grammati. deciſi.68.numer. tertio. Caleph. inter conſil. criminvolum.ſecundo, num. 16. Cepolla conſi.41. num.octauo.Aug. Ber. rubri. de vſur.numer.62. Dec.conſi.686.nume.decimo.Ioann. Annibal. rubric. ff. ſoluto matrimonio, numer. 379. Socin. Iun.conſi.117.numer. vigeſimoſecundo, volum. tertio,conſi.39.num.42.volumi. ſecundo. Grammatic.deciſ.98.numer.tertio.Curt.Iunior. conſi. 70.nume.tertio, volum.ſecundo, & in conſi.102. num.7.volum.ſecundo.Aſin.conſi.112.num.16. item conſi.crim.num.29.Barbar.conſi.47.vol.1. Bal.c.1.de vit.& honeſta.cleric. Caſſan. de gloria mundi, par.1.conſid.1.

2 Pro ſolutione atque † declaratione huius axiomatis, nonnulla prius præmittanda ſunt, & primo quod honor eſt prærogatiua, quædam ex vitæ, morumque probitate, & quandoque ex fortuna cauſata, qua quis à vilibus perſonis, ſimplicibuſque plebeis diſtinguitur Petr. Calef. in Spec. nobilit.num.22. quem retuli in tractat. de defin. par.2.defin.52.num.22.Præterea honor. Municipalis eſt adminiſtratio reipub.cum dignitatis gradu, ſiue cum ſumptu, ſiue ſine erogatione contingens,l.honor.ff.de muner.& honor. ſimiliter honor eſt exhibitio reuerẽtiæ in teſtimonium virtutis. Ariſt.ſecundo.Ethyc. quandoque dicitur præmium ſeu ſalarium.l.prima.§.proinde, ff. de var. & extraord. cogn. proprie tamen honor eſt quædam proteſtatio alicuius præeminentiæ in aliqua exhibitione illi, qui honoratur Caſſan.dicto loco in prin.ver.proprie.

3 Secundo not. † neminem ſibi debere honorem aſſumere, ſed ſicut Aaron debet eſſe vocatus.c.in ſcripturis. 8.q.1.Bellam.c. tranſitus, num. 3.diſt. 79.poteſt tamen peti præcedentibus meritis, glo. ſi.c.ſicut, 1.q.6.c.miramur, 61.diſt.

4 Tertio † ad honores peruenitur per virtutes, honor enim eſt præmium virtutis Ariſt. 8. Ethico.ſecundo per diuitias; vt dixi ſuprà in opuſculo

præced. cum de auore agnationis tractaui: tertio homo pri- am inter cæteras creaturas post angelos digr- atem obtinet, glo.l.iustissimè, ver. dignitate ff.de ædil.edicto; natura enim omnia eius cau- produxit. l. in pecudum. ff. de vsufru-
5 ctu, quemadmodum † virtute honorem consequ- ir, ita & vitijs eo priuatur.l.senatoris.ff. de ri- nupt. Et mulier amittit dotem quæ patitur -ulari, vel dehonestari secundum comm. opi. de qua per Doct.rub.C.de edendo.l.2.§. hoc amplius. ff. de his qui not. infam.l.1.§.ait prætor.ff. de postul.l.1.C.vbi sen.Clarif.Menoch. de arbit.
6 iud.lib.1.q.88.numer. † 17.Bal.l.ne quis, num. primo. C. de decurion. Ideo nemo dare debet alteri honorem suum. Angel.l. Iulianus. §. primo. ff.si quis omiss. causa test. Vnde qui ipsum negligit dicitur crudelis.Ber.consi.161.nume.2. volu. tertio.c.nolo.12.quæst.1.
7 Quarto not. † honores æqualiter distribuendos esse,l.vt gradatim.ff.de mun.& hon.vt c. legimus,93.dist.gl.c.licet, ver. maiorem, de translat. Episcopi.Bal.l.quæ vtiliter.ff.de negoc.gestis.l.bonor.§.gerendorum.ff.de muner.& honor. c.sicut 48.dist.l.nulli.C.de numerarijs,lib. 12. genus.n. hominum consistere non potest, nisi quidam ma-
8 iores,quidam minores † existerent, c. ad hoc, 89. dist.cap.de constantinopolitana, 22. dist. non tamen inuitis dandi sunt honores.l. inuito.ff.de regulis iuris,l.secunda, & sequent. ff. de decurion. glo.cap.primo,73. distinct. & qui fuerit maior in honore,maior in sanctitate dicitur esse,cap.ratio-
9 nis.100.dist.c.vilissimus,1. quæst. prima. † Vnde quanto in maiori honore peccat, tanto grauius est puniendus,c.quia.§.præsbyteri.5.q.6.vnde dici solet honorem suscipiens onus suscipere, c. ex litteris,de pignor.
10 Quinto not. † quòd quemadmodum lex debet esse honesta.c.erit 4.dist.Anch.consi.143.num.8. ita eius præcepta sunt honestè viuere, alterū non lædere, ius suum vnicuiq; tribuere.l. 1.& seq.ff. de iust.& iure.§.iuris præcepta.insti.eod.Marian. Socin.Sen.c.inter.num.100.de excess.prælat.petuntur tamen quædam inhonestè, quæ tamen honestissimè recipiuntur.l.1.§. est enim.ff. de var.& extr. cogn. Item honestè viuere intelligitur quo ad alios.Bar.tract.de testibus,num. 40. vnde præ
11 sumitur semper † pro honesta persona, vt agat quicquid sibi de iure agendum est, nihil quæ dolo faciat.Alba.consi.95.num.7. ideo punitur mitius.l.5.ff.ad l.Iul.peculat.
12 Sexto nota. † quòd differentia est inter honorem, honestatem,famam,gloriam, reuerentiam, & laudem,& excellentiam: nam honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, vt dixi supra nume. 2. honestas verò est exhibitio ipsius virtutis,not.rubr. de vita, & honesta.clericorum fama,est dignitatis illesæ status legibus, ac moribus comprobatus,not.l.penult.ff.de var. & extra ord.cognit. gloria est autem sequens de aliquo fama cum laude.Item laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis.Arist. 1. & 3. Eth. Gloria est effectus honoris, & laudis quæ est in se ad alios, & honor est in se ab alijs, reuerentia autem est honor, qui exhibetur cum pauore, quæ est inter maiores,& minores.Archid.cap. secundo, de offic.deleg.6.excellentia verò propriè cadit in Principe,capit.primo,de probation. & inter gloriam, & claritatem,hoc interest, quia gloria multorum iudicijs constat claritas bonorum Seneca, lib.3. Epistol. reuerentia ex vna parte est principium motiuum ad honorandum, inquantum scilicet aliquis ex reuerentia, quam habet ad aliquē eum honorat; ex alia verò parte est finis honoris, inquantum scilicet,quis adhoc honoratur, vt in reuerentia ab alijs habeatur,item reueren. est actus timoris.Archid. Floren. quart. par. summæ titul. quinto.§.primo. similiter honor differt à laude, quia honor est propter se, & in se, sed laus ordinatur ad aliud, ideo honor est excellentior laude S. Tho.2.2.q.103.art.1.

13 Septimo not. plures esse † honorandi. Primo quem Princeps honorat,l,restituendæ, C.de adu. Diu.iud.l.1.ff.de Ab.scr.gl.cap.qui autem, versic. dignus.17 q.3. & præsertim, quem Papa approbat nemo improbare debet.c. hæc est, 24. quæst. 1.cap.vin a.35.quæst.9. Secundo honorandi sunt Prælati, & Rect.Eccl.in medio fratrum rector eorum in honore Eccl.10. Tertio honorandi sunt sacerdotes Eccl.7.honorifica,c.sacerdotes,6. quęst. prima.Quarto honorandi sunt Medici Eccle. 38. honora Medicum. Quinto honorandi sunt senes Eccl.14.honora personam senis. Sexto honorandi sunt parentes, honora patrem tuum, & matrem tuam.Exod.cap.vigesimo.Deute. 6. Matth. 15.Marc.7.Eccl.7. Septimo subditi tenentur dominis suis honorem præstare.l.1.C.de offic.præf. vigil.l potiores.C. de offic. rest. prouinc. Octauo patrono Eccl.debetur honor.Roch. de iure patr. ver.honorificum.

Septimo nota. quòd diuersis modis præstatur honor hominibus. Primo loquendo reuerenter Eccle.quinto, honor est in sermone sensati. Secundo assurgere uenienti.Leuitic.uigesimonono, coram Cano.capite consurgere.leg.fi. C.de offic. diu.iud.l.si non fortem.§.libertas cum gl. de condit.indebi. Tertio exhibitio seruitiorum Ecclesi. tertio,qui timet Deum honorat parentes; Quarto ille qui sedet dicitur magis honorari, quàm stans. Bald. l. quoties. C. ubi Senat.uel Clariss.& inter eos qui sedent, ille qui sedet à sinistris præferri dicitur Bald.l.decernimus.C.de sacrosanct. Eccl. Quinto signum honoris est deferre preciosas uestes,glo.l.prima, C.nulli licere in frenis, libro undecimo.Specul.titu.de aduocato. §.sequitur. Sexto in hæredis institutione fit honor Ben. capitul.Raynutius, numero trigesimoprimo, & sequent.de testament.not.l. fina. C. de his qui sibi in testamento adscribuntur. Septimo signum honoris est si erigitur statua alicui, quæ si rumpatur datur actio iniuriarum, l. si statuas, & ibi Doctores,ff. de iniurijs. Octauum signum est ade ptio triumphi, cum duces Belli uictoriam contra hostes reportant, ut §.primo in proœmio. instit. ibi triumphator magnificus. Nono consistit honor etiam in delatione insignium, & armorum: nam qui maioribus insignibus utuntur, maioribus

bus honoribus præfulgent Doćto.c. vt Apoſtolica,de priuil.6.& c.1.41. diſt. & maximus honor eſt portare inſignia arma, vexilla honoratorum, & ſuorum prædeceſſorum. Ioan. de Plat.l.1. & l. fin.C.de præpoſ.ſac. cubic.lib.12.l.1.C. de hon. vehic.lib.vndecimo.

14 Octauo not. † quod in conferendis honorib. hæc maximè conſideranda ſunt. Primo vt vires eius,cui conceditur bonor, metiantur c. non eſt, 1.q.1.ad honores enim non perueniuntur abſque labore.l.1.C.de excuſat.artis,libr. 10. Secundo ne in conferendo honorem vni, alteri poſtea detrahatur c.nulli,25. diſtin. quando enim aliquis aliquem exceſſiuè commendat, alios tali nimia prædicatione vituperat.§.ſed ſi in proœm.ff.c.qualis, 25.diſt. Tertio ne praui ad honores aſſumantur. Quarto vt perſona inducentis habeat iuriſdictionem inducendi.l.2.C.de decurion.lib.10.l. ſuper creandi.C.de iure fiſci,eod. lib. Quarto quod ille cui confertur honor ſit capax illius honoris.l.honor.§.de honoribus.ff.de muner. & bonor. l. neminem.C.de decurion.lib.10. Quinto conſuetudo conferendi.l. non tantum. ff. de decur. Sexto attenditur ordo conferendi, vt primo ſcilicet conferatur minor,quàm maior.l. honor. §. gerendorum.ff.de muner.& honor.l.ſecunda, C. quemadmodum ciuilia,lib.decimo. l. vt gradatim. ff. de muner.& honor.

deficiunt Bart. & Florian. l.pater ſeuerinam.ff.de cood. & dem. per l. legatum. ff.de vſufructu leg. not.cap.nos quidem de teſtam. Auch.Clem.2.de relig.domibus, quod legatum aliàs remaneret penes hæredem ſine onere. leg. quidam . ff. de iure cod. Quinto legatum factum fauore animæ non extinguitur, licet res legata alienetur, & poſtea redimatur.l. verum.ff.de Man. teſtam. Doct.com.l. qui poſt. C. delegat. Bart.& Bald.l.placet.ff.de liber.& poſt.Roman.d.Aut.ſimiliter io 23.ſpecial. C. ad l. Falcidia quod aliàs extingueretur. l.fideicommiſſa. §. ſi rem.ff.deleg. 3.l.rem legatam.ff.de adim. leg. §.ſi rem inſt.delegat.l.cum ſeruus.ff.de adim.leg.Ampl.etiam ſi res non redimatur, vnde ſi teſtator mandauerit conſtrui eccleſiam in tali domo, quam poſtea alienat, nec eam redimat, tamen non extinguitur huiuſmodi legatum, quia eſt conſtruenda Eccleſia in ea domo, ſi fieri poſſit aliàs in alio loco Bart. conſi. 26. Iaſ.l.qui poſt col. 3. C.de legat. Cotta memor. Eccleſiæ verſ.Quinto, nam legatum de conſtruendo Eccleſiam intelligitur d. loco quouis ad hoc Idoneo l. legatum. ff. de vſu, & vſufructu leg. Flor.l.cum quidam.§. ſi dies.ff.de vſuris Innoc.c.nos quidem de teſtam. not. Clem. quia contingit de relig. domibus, niſi aliter expreſsè diſpoſuerit, Capra conſ.121.Sexto legatum pro anima relictum poteſt per legatarium propria authoritate vendicari, quod aliàs fieri non poſſet. l.vna. C.quorũ legatorum Corn. conſi.140.in fine vol. 1. Capra conſil. 3. & conſi. 302.Septimo legatarius piæ cauſæ debitor. poteſt contra debitorem ſine ceſſione agere, quia aliàs non poſſet. l.ſi ex legato. C. de legatis Bald. conſi. 151.lib.3.per l.fin.C.de ſacro ſanct.Eccl.Octauo in legatis ſub modo fauore animæ cautio non eſt neceſſaria, niſi modus incontinenti fuerit adiectus, ſecus ex interuallo, quæ cautio regulatur in alijs Socin. reg.310.priuil.57. leg.quibus.§.fin.l. eas.ff.de cond.& dem.l.liberto.§.Lucius.ff.de annuis leg. not. l.1. C.de his, quæ ſub modo.Nono legatum fauore animæ non extinguitur per maximam capitis diminutionem, ꝙ aliàs extingueretur.l.interdicit. ff. de cond.& dem. leg.Ariſt.ff.de Man. teſt. Rom. Auth.ſimiliter in 25.ſpeciali.C. ad l. Falc.Socin.reg.310.priuileg.44.Decimo legatum incertum ratione rei, ſinè quantitatis non eſt validum l. Titia. ff. de leg.2.fauore tamen animæ debebitur inſpecta quãtitate patrimonij, & qualitate teſtatoris legantis. l. ſi cui cum gl. & doct.ff. de annuis legat. l.pen.ff.eod.tit.gl.l.quædam.ff.de leg. 2.leg. ſi pater.l.ſtichus.ff.de leg.3.l.cum poſt. §. gener. ff.de iure dot. gl. pen. c. nos quidem de teſtam. leg. priuilegia. C. de ſacro ſanct. Eccl. leg. nulli. C.de Epiſcopis & cleric. Vndecimo quamuis etiam legatum in genere nõ valeat, puta quando eſt incertum ratione perſonæ. §. in certis inſt. delegat. fallit hoc tamen fauore animæ, vt ſi dicatur lego pauperibus. in genere, vel Eccleſiæ, ſine alia adiectione per quam cognoſci poſſit, de quibus ſenſerit teſtator. leg.id quod. l.ſi quis.l. nulli. C. de Epiſcopis,& cler.l.à Titio.ff.de verb.obliga. gl.& Bart.l.quidam.ff. de rebus dubijs, cum vero ſit in genere Eccleſiæ, debet intelligi de parochiali ſecundum com. opin. de qua per Iaſ. l. qui inſulam. ff.de verb. oblig.Bart.l.quæ conditio.§.cum ita. ff. de cond. & dem. Similiter de relicto facto pauperibus in genere intelligi deberet de pauperibus proprij domicilij, Specul. tit.de inſtr. ed.§. nunc verò verſ.quid ſi Anch. conſi.214.in ſpiritualibus enim incertitudo non vitiat Arch. capit. ſunt non nulli 2. q.2.Ant.capit.ex parte de cenſibus Abb. c.2.de decim. præſertim vbi agitur, de fauore animæ.Duodecimo legatum factum fauore animæ ſub conditione mixta, quæ ſi non fuerit adimpleta propter aliquem fortuitum caſum, nihilominus debetur etiam ſi non ſtetur per hæredem gl. & doct. l. libertate.ff. de Man. teſtam.l.2. C. de cond. inſert. Roman. ſing.282. quod aliàs non deberetur ante impletam conditionem. l.qui hæredi. §. vltimo.ff.de cond. & dem.l.hæres eod. tit.l.1. C.de his, quæ ſub modo Ampl. procedere cum deficit conditio meræ poteſtatiua, pendente ex facto grauati gl.& Angel.l.1.C.de inſt.& ſubſt. vbi dicitur. ꝙ quando teſtator omnino erat legatum relicturus defectus conditionis non impedit conditionem legati, & hoc fauore animæ l.ſancimus. C. de ſacro ſanct. Eccl. quod legatum aliàs non deberetur l.centeſimis.§.fin.ff.de verb.oblig. Aret.conſi. 93. Decimotertio quamuis in legatis aliàs conditio exiſtens non trahatur retro. l. 1. §. ſerui. ff.ad Syllan.l.potior.ff.qui pot.in pign.hab. tamen in legato facto fauore animæ retrotrahitur l.Neratius.ff. de Man.teſt. Romanus Auth.ſimiliter in 28. ſpeciali circa vlt.vol.C.ad l.Falc.Socin. reg. 310.in 47. ſpeciali. Decimoquarto legatum annuum relictum in teſtam. minus ſolenni fauore animæ, ſi fuerit præſtitum per tres annos inducitur ex eo in futurum oblig. etiam de iure ciuili l.1.C.de fideic.Doct.com.l.2.C.eod.omnes in leg. certis annis. C.de pactis, quæ oblig.ex alia cauſa nõ naſceretur, quia tempus non eſt modus inducendæ obligationis.l.obligationum. §.placet ff. de act. & oblig. Decimoquinto fauore animæ lenior conditio eſt attendenda. leg.ſub diuerſis.ff. de cond. & dem. leg. quod vulgo.ff.de Man. teſt. Roman. Auth. ſimiliter in 29. ſpecial. inter vlt. vol. Socin. reg. 310. priu. 48. Decimoſexto exequutor legati pij poteſt relinqui à teſtatore hoc pacto ſi nolit, vel non poſſit, volo ꝙ alium conſtituere poſſit, qui modus aliàs fieri non permittitur Doct. leg. quidam relegatus, ff.de reb. dub. Doct. capit. 1. de proc.6.not.leg.nulli. C. de Epiſcopis & cleric. cum d.leg.quidam relegatus Baldus. cap. in cauſis, de elect.& ſic valet ſubrogatio exequutoris teſtamenti facta à teſtatore in legatis fauore animæ aliàs ſecus. Decimoſeptimo legatum rei alienæ ignoranter factum regulariter non valet, nec tenetur hæres luere.l.non dubium §. vlt.ff. deleg. 3. leg. cum alienam. C. delegat. §. non ſolum inſt.eod. tamen valet etiam de iure ciuili, ſi fuerit relictum fauore animæ leg. quidam §. ſi quis filium. ff.ad Trebell. l. Paul.ff. de fideic. lib. Bald.leg.1.col.14. C.de ſacr.ſanct.Eccl.c. qui abſtulerit 12. q. 2.c.ſi quis iraſcitur 13. q.2.Imol. capi.filius de teſtam. ibi quamuis com.Doct.contrarium ſentiant, dicentes ibi debere intelligi de

con-

coniuncta persona, nihilominus mag.com.magisque vera est, vt intelligatur de pia causa, nam fatentur omnes d. l. cum alienam, habere etiam locum in amico, sed anima est preciosior, & charior omnibus consanguineis, & ipso corpore leg. sancimus, C. de sacro sanct. Eccl. Ideo magis verisimile est testatorem id legatum fecisse piæ causæ, etiam si rem alienam sciuisset, quam coniunctorum contemplatione. Decimo octauo legata piæ ante omnia deducentur veluti æs alienum, etiam si alijs legatis non pijs bona non sufficerent Oldr. consi.200. Bartol. loquens in legato dotis. l. 2. §. r. ff. de priuil. cred. Paul. l. si quis test. §. apud. ff. de leg. 2. ob patrimonij tamen defectum diminuuntur Bart. Auth. similiter, C. ad l. falc. sicuti etiam diminuuntur propter debitum iuræ naturæ leg. si quis ad declinandam, C. de Episcopis, & cleric. Decimo nono in legatis fauore animæ conditio iurisiurandi non remittitur, remittitur tamē quod in ea conditione positum est l. si quis libertatem, ff. de Man. testam. si quis ita §. qui ita. ff. de statu liber. Roman. Auth. similiter 36. special. vlt. vol. C. ad l. falc. Socin. reg. 310. priuil. 52. quod contrarium est in alijs legatis le. quæ sub conditione. §. quoties. ff. de cond. insti. l. hæc stipulatio. ff. de condi. & demonstra. Vigesimo legatum annuum perpetuo relictum fauore animæ non restringitur ad spacium centum annorum, in alijs verò secus Iaf. l. in annalibus colum. 2. C de legat. l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iur. l. 2. ff. solu. matri. Bart. l. annua. §. à Titia. ff. de An. leg. Alex. consil. 60. vol. 1. Vigesimo primo res hostium piæ causę legata, seu donata sub conditione, si in meam peruenerint potestatem valebit. l. generaliter. §. vsum. ff. de fideic. libert. c. Abb. de re iudi. 6. Bar. & Iaf. l. id quod apud hostes. ff. de leg. 1. Bar. l. liber homo la 1. ff. de verb. obliga. Tiraquel. de priuil. piæ causæ priuil. 99.

35 Loco pio legatum relictum, debetur etiam destructo ipso loco Anch. Clem. 2. de relig. dom. & consi. 197. Bald. l. hæreditas q. vlt. de hæred. insti. vnde legatum factum Monasterio, debetur etiam diruto Monasterio, & pro eo capiet Ecclesia Romana, quæ repræsentat Deum vbique, idem Bal. l. post mortem, C. de fideicom. consil. 457. volum. 2. Fel. c. cum dilecta in fine de rescr. quod si aliter fieret, vt puta collegio, vel alteri loco non pio, & destructo deficit legatum leg. pater §. Tusculan. ff. de leg. 3. gloss. l. annua. §. à Titia. ff. de annuis legatis.

36 Mandatum quamuis generaliter morte mandantis re integra expiret, l. 2. §. sed quis vbi Bart. ff. de donat. Bal. l. mandatum c. mandati, fallit tamen in mandato fauore animæ Cle. exijt. §. in eo de verb. sign. Bald. Auth. si qua mulier, C. de sacro sanct. Eccl. Roma. consi. 119.

37 Minori priuilegium concessum, conceditur etiam piæ causæ l. orphanotrophis, C. de Episcopis, & clericis. Imola Clementin. quia contingit, §. vt autem de relig. Dom. sing. 93. Mathes. not. 44 gloss. & Docto. c. 1. cap. auditis de in integr. restitutio. not. l. respublica, C. quibus ex causis maiores.

38 Modus adscriptus legato facto fauore animæ habet vim causæ finalis not. l. si ego. ff. de iure dotium, leg. si quis pro redemptione, C. de donatio. Bartol. l. 2. §. fina. ff. eod. titul. quamuis, si fuerit appositus in legato facto in fauorem alterius contineret in se causam impulsiuam, adeo quod non est necesse præstare cautionem de eo implendo sicuti quando fit fauore animæ. l. Titio centum. ff. de cond. & dem. Bar. l. 2. §. fi. ff. de donat.

39 Monasterium ingrediens potest hæres institui etiam si illegitimus esset, qui alias minimè institui posset, & hoc fauore religionis l. fin. ff. de ijs quibus, vt in dign. l. is qui. ff. de vulg. Gul. l. 1. C. de sacro sanct. Eccl. ingressus enim Monasterij omnē maculā abstergit Auth. de Monachis in princ. præsertim, quia hæreditas transit in Monasterium Auth. ingressi C. de sacrosanct. Eccl. similiter ingressus Monasterij abstergit omnem ingratitudinem, ex qua exhæredari non posset gl. c. non liceat 19. dist. Rom. Auth. similiter priu. 8. vlt. vol. C. ad leg. falc.

40 Mora contrahitur sine interpellatione diei, aut hominis, quę aliàs non contraheretur l. magnam C. de contr. & committ. stipul. gl. & Doct. l. in minorum C. in quibus causis in integr. rest. non est necesse l. Titia §. vsuras ff. de leg. 2. Bal. Auth. hoc amplius C. de fideic. Rom. sing. 116.

41 Mulier quæ fideiussit in fauorem piæ causæ obligatur, quæ aliàs regulariter non obligaretur l. dotare l. pen. & l. seq. C. ad sen. consul. vell. Rom. Auth. similiter in 3. speciali contract. Socin. reg. 310. priuil. 3.

42 Mutui danone Eccl. non obligatur, si in vtilitatem eius pecuniæ versæ non sint, quod secus est in alijs l. vlt. ff. de exerc. not. l. ciuitas ff. si cert. pet. nisi Ecclesia exercerer aliquam negociationem Baldus rub. C. de exercit. col. pen. Iaf. d. l. ciuitas.

43 Officium iudicis, nemine etiam petente in causis fauore animæ impartit, qd aliàs mine cōcederetur l. 4. §. hoc autem. ff. de damno infecto Bart. & Doctor. leg. ne quicquam §. vlt. ff. de offic. pro consul. l. profectitia §. sed & si ff. de iure dot. leg. qui erat ff. fam. herc. Innoc. capitulo ad nostram de iure iur. Spec. tit. de testam. §. in primis vers. pone Rom. Auth. similiter 2. priu. ad leg. falc. Ab. capit. nos quidem de testibus Fior. leg. cum quidem §. diem ff. de vsuris.

44 Pignus alienatum ad pias causas, sciente, & tacēte creditore censetur ab eodem remissum quod aliàs non esset not. leg. 1. C. de remiss. pign. Doct. leg. quę dotis ff. sol. Matrim. Ioan. Andr capit. qui tacet de reg. iur. 6. Abb. cap. non ne de presc. Rom. consi. 311. Socin. consil. 296. volum. 2. Dec. consi. 66. Bald. Auth. si seruus C. de Episcopis & cleric. c. si seruus 54. dist.

45 Populare iudicium datur pro legatis ad pias causas Angel. §. si verò Auth. de Eccl. tit. Specul. tit. de instr. edit. §. nunc verò Bart. l. si quid relictū ff. de leg. 2. Bald. leg. nulli C. de Episcopis, & cleric. Auth. hoc Amplius C. de fideic. Rom. consil. 69. & consi. 428.

46 Præscriptio quadraginta annorum requiritur in rebus concernentibus animam l. fi. Auth. quas act.

ſeq.C.de ſacroſanct.eccle.§.temporibus. Authen. de eccl.tit.Bal.l.in genero. ff.de his, qui not.infa. Abb.& Fel.c.de quarta, de præſcr.c.accedentibus de priu.conſi.54.vol.1.Marian. tract. de oblat. q. 5.Iaſ.§.ex maleficijs.Inſt.de action.Balb. 2.par.5. par.col.2.ver.ampl.4.de præſcr.

47 Probationes fieri poſſunt poſt concluſum in cauſa, vbi animæ periculum vertitur Marſ. in pra xi crim.§.ſequens,nu.40.Caſſan.Catalog. de glo ria mundi,par.11.conſid.3.nu.2.

48 Querela non numeratæ pecuniæ, etiam vltra biennium competit, quæ aliàs non competeret, leg.prima,& tot.titu.C.de non numerata pecun. Bald.Authent.hoc ius.C.de ſacroſanct. Eccl.Cal can.conſi.13.

49 Relictum pluribus coniunctim piæ cauſæ poterit per vnum impleri, quod aliàs non poſſet, l. pedius.§.1.ff.de arbit.Bald.conſi.229.lib. 2.c. religioſus.§.ſanè,de teſtam. 6.Tiraquel.de priuile. piæ cauſæ,num.166.

50 Repetita cenſentur ab eius ſubſtituto relicta ad pias cauſas nominatim ab vno hærede, & ab eius debentur glo.& Bart.l.4.§.Lucius.ff.de alim. & cib.leg.Bart.l.Mela.ff.eod.titu.Rom. authent. ſimiliter 15.priuil.C.ad l.Falc.Dec.conſi.182. & conſi. 273. quæ ſi aliàs relicta eſſent nominatim ab vno non deberentur alteri ſubſtitut. l. 1. §. id quod,l.in ratione.§.quod vulgo.ff.ad legem Falcid.Doct.comm.l.licet Imperator.ff.de legat.1.l. vnica.§.his itaque. C. de caduc.toll.Imol.l.duabus.§.1.ff.de legatis primo.

51 Repudians debitoris hæreditatem, non tenetur ad onera hæreditaria, adeo vt ne prælegatum quidem ſibi in eodem teſtam.ob id minuatur,ſecus eſt in debitore fiſci, & eccleſiæ.l. hæredes.C. de omni agro lib.11.vbi Bart.& Angel.c. decimæ 16.quæſt.prima,l.fin.C.de ſacroſanct.eccl. glo.§. ſancimus.Authent.ſimiliter.15. priuileg. C. ad l. falc.c.fraternitas. 10. q.4.

52 Reſtitutio in integrũ datur, vbi agitur de fauo re animæ.Doct.com.c.1.& ſeq.de in integr. reſti. 6.Anch.c.nulli,de rebus eccl.non alien.Aret.l.2. C.de ſacroſanct.eccl.Doct.com.c.niſi, de præb.l. orphanotropbos.C. de epiſcopis & cleri. Roma. conſi.407.in principio.

53 Sacrilegium committeret ille, qui propria auctoritate occuparet bona Eccleſiæ, etiam ſi ita inter partes pactum eſſet, quod ſecus eſſet in alijs rebus, in quibus valeret pactum quod creditor poſſet propria auctoritate poſſeſſionem hypothecatam ingredi.l.tertia.C.de pignor.not.cap. nulli.13.quæſt.ſecunda.Innoc.capit. verum,de foro compet.Roma.auth.ſimiliter,19. priu.contract. C.ad legem falcid.

54 Scripturæ captatoriæ non infirmant legata fauore animæ relicta,glo.& Doct.cap.cum tibi, de teſtam.l.fideicommiſſa libertas,vbi Doct. com mun.ff.de fideicom. libert. Cyn. in l. ſenium. C. qui teſt.facere poſſunt. Aret.l.1. C. de ſacroſanct. eccl.quod alias minimè valeret.l.captatorias. l.ille autem.l.illa inſtitutio.ff.de hæred. inſt.l. captatoriæ.ff.de legat.primo.

55 Solutum indebitũ intuitu pietatis repeti non poteſt Signor.conſi.26.col.2.l.cum hi. §. ſi in eã. ff.de cond.indeb.l.ex duobus.§.fin. l. Neſennius. ff.de neg.geſt.l.alimenta.C.eo.tit.

56 Stipulari non poteſt regulariter alter alteri.l. ſtipulatio.§.alteri.ff.de verb.obli.poteſt tamen alter piæ cauſæ, & ipſi quidem abſenti verbis directis ſtipulari.gl.c.quoties 1.q.7.Bal.l.illud, col.2. C.de ſacr.ſanct.eccl.& conſi.86.lib. 5.Are.§. cum autem.inſt.de adopt.§.alteri.inſt. de inut. ſtip.

57 Subſtitutiones directè puberibus ad pias cauſas factæ poſt aditam hæreditatem non expirant. Bar.l.1.C.de ſacroſanct.eccl.not.c. ſi pater,de teſtam.6. Abb.conſi.32.lib.2.nam & idem à milite fieri poteſt.l.miles,§.& quia.ff.de teſtamen.milit. quæ aliàs expirarent.l.poſt aditam, C.de impub. ſimiliter eccleſia ſubſtituta non excluditur hac conditione à teſtatore appoſita, ſi ſine liberis decedat,exiſtentibus filijs naturalibus, etiam legitimatis ab Imperatore, quæ aliàs euaneſceret Doctor.com.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff ad Trebel. l.cum pater.§.dulciſſimis.l.Lucius.§.fi. ff. de leg. 2.glo.cap.in præſentia, de probat. agitur enim de fauore animæ,qui cunctis rebus præferendus eſſet. Item quamuis ſubſtitutio facta ſub conditione ſi inſtitutus ipſe ingrediatur monaſterium,tan quam is ſine hærede non videatur deceſſiſſe, & propterea non ſit locus ſubſtitutioni,not.capit.in præſentia de probat.hoc tamen fallit ſi in piã cauſam erat ſubſtituta, §. ſed hoc. Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis, Auth.niſi rogati.C.ad Trebell. gl. & Doctor.c.in præſentia, de probat. Alex.conſil. 121.lib.1.conſi.35.lib.3.

58 Suitatis exiſtentia æquè confirmat legata pijs cauſis,in teſtam.relicta, atque ipſum teſtamẽtum, quæ aliàs licet confirmet teſtam.patris, quantum ad ea, quæ cõcernunt vtilitatem ſui hæredis, non etiam quantum ad legata alijs in teſtamentum re licta.l.ſi filius.ff.de vnig.l.1.§.fin.vt in poſſ.legat. l.cum quaſi.§.ſed ſi.ff.de fideicom.ibi,l.ſciendũ, ff.de manum.teſtam.Doctor.comm.l. ſi filius. C. de fideicom.Rom.l.apud.§.idem.ff. ad Trebellia. Bart.l.2.quæſt.quinta.C.de ſacroſanct. eccle. Iaſ. l.eam quam.C.de fideicom.l.1.lect.1. verſicul.1. C.de ſacroſanct.eccl.

59 Tempus inceptum fauore animæ habetur pro completo.l.ſi ita fuerit.ff.de manumiſ. teſtament. Roman.auth.ſimiliter.31.ſpeciali Soci. reg. 310. priu.38.not.l.ſi cui.ff.de leg.1.l. non putabam. ff. de cond.& dem.l.qui filium.§. Sabin. ff. ad Treb. l.1.C.quando dies leg.ced. quod aliàs non procederet, nam regulariter relictum ad certum tempus non debetur ante tempus. l. qui hoc, l. eum qui,ff.de verb.oblig.§.qui hoc inſt.de inutil. ſtip. ſimiliter, quamuis per tempus morientis ſignificetur tempus vitæ,fauore tamen piæ cauſæ inclu ditur tempus poſt mortem Socin. l. ſed & in illo. §.ſed & circa.ff.de rebus dubijs.l.fin.ff. de condi. inſt.l.qui duos.§.primo.ff. de manum. teſtament. Item tempora diſtincta, & interpellata fauore animæ coniunguntur, etiam contra expreſſam mentem teſtatoris, not.l.Paulus.§. Caius. ff. de liber.cauſa.Roman.authen. ſimiliter. 32. priuileg. C.ad l.falci.not.l.fideicommiſſaria.l.1.§.fina.ff.de fideic.

fidelc. ibi, vnde ſi piæ cauſæ relictum fuerit aliquid ſub conditione, ſi continuis annis aliquid fecerit, tamen conſequetur legatum, ſi ex pluribus, diuerſis ſeparatiſque temporibus, ſimul iniuncem coniunctis reſultet perfectum tempus, licet non fuerit continuum. Roman. l. ſi ſtipulatus. ff. de verborum obligat. Aret. cap. fin. de iudic. Socin. reg. 310. priuil. 56.

60 Teſtamentum imperfectum imperfectione voluntatis fauore piæ cauſæ valet, Bart. l. in teſtam. ff. de fideicom. libert. Bal. l. in iure. C. de manumiſ. teſt. Ancha. conſi. 337. Imola. l. ſi is qui. ff. de teſtamen. cap. 1. eo. tit. Aoan. conſi. 57. Abb. c. penul. de ſucceſſ. ab inteſt. Paul. conſi. 456. lib. 1. Aret. §. ex eo. inſt. quibus mod. teſtamen. infirm. Barb. conſi. 42. lib. 4. Ang. l. ſi certis. C. de pact. ſecundum magis communem opin. de qua per Tiraquel. tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 8. Secundo teſtamentum in pijs cauſis nutu, & ſignis factum valet, quod aliàs non valeret glo. & Doctor. l. iubemus. C. de teſtamen. c. cum tibi, de teſtamen. Bal. & Are. l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. Bal. l. ſi poſt, C. de iuris, & facti ignor. l. diſcretis. C. qui teſtam. fac. poſſunt. Imol. l. 2. ff. de teſtamen. Docto. c. 2. de teſtamen. l. iubemus, C. eodem titul. Calderi. conſi. 4. de teſtamen. fallit quando teſtator deceſſerit in ſtatu, qui prima fronte appareat, vt non ſit tractandum de fauore animæ, vt quia deceſſit excommunicatus, vel in bello illicito, glo. capi. decernimus, de ſenten. excom. 6. Bertach. tractat. de Epiſcopo 31. q. 4. p. Tertio mutus, & ſurdus ſimul à natura non prohibetur teſtari ad pias cauſas. Bal. l. diſcretis. C. qui teſtamen. fac. poſſunt. vbi etiam Cyn. Roman. & Alexan. dummodo conſtet mutum, & ſurdum intelligere velle teſtari ſignis, nempè, & indicijs Salyce. Corn. & Iaſ. d. l. diſcretis. Quarto cæcus ſi teſtatur, non requiruntur in eius teſtamen. ſolennitates poſitæ in l. hac conſultiſſima. C. qui teſtamen. facere poſſunt, vt inquit Ang. Ale. & Iaſ. d. l. hac conſultiſſima. Bert. conſi. 101. lib. primo. Quinto temporis inſcriptio non eſt de ſubſtantia teſtamenti ad pias cauſas, quæ in alijs requireretur Auth. quod ſine C. de teſtamen. Alex. conſi. 4. vol. 6. talis enim ſolennitas non eſt iuris diuini, vel canonici. Sexto quamuis aliàs teſtamentum inſcriptum notis inuſitatis, cenſeatur eſſe inualidum, l. ſed cum patrono. §. fin. ff. de bon. poſſ. tamen fauore animæ valet teſtamentum notis ſcriptum, ſiue vſitatis, ſiue inuſitatis, modo poſſit quoquo modo conſtare de voluntate teſtatoris. Dyn l. Lucius. ff. de teſtamento mil. Roma. Auth. ſimiliter. 1 §. ſpeciali. C. ad l. falci. Septimo fauore animę non eſt inconueniens, quod aliquis partim decedat teſtatus, & partim inteſtatus. Bar. l. 1. q. 2. C. de ſacroſan. eccl. Anch & Imol. c. cum eſſes, de teſtamentis. Abb. conſi 32. lib. 2. Ale. conſi. 505. lib. 4. Cornel. conſi. 53. lib. 2. Dec. l. ius noſtrum, ff. de regul. iur. non enim repugnat æquitati naturali, vnde per ſtatutū diſponi poteſt quod aliquis decedat, partim teſtatus, partim inteſtatus. Ang. Imol. & Ale. l. 2. ff. de vulg. Octauo valet teſtamētū, in quo locus pius eſt hæres inſtitutus, & aliquid relinquitur filio titulo legati. Bartol. & Flor. l. 1. C. de ſacroſanct. eccl. Anch. & Imol. cap. cum eſſes, de teſtam. Fulg. l. generali. C. de ſacroſ. eccl. Ale. conſi. 105. lib. 4. non enim eſt hoc teſtamentum contra officium pietatis, ex quo filius debitam legitimam conſequitur titulo legati. Iaſ. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. quod teſtamen. aliàs eſſet nullum. §. aliud quodque. Auth. cum de app. cogn. Nono quamuis nō valeat teſtamentum ſine inſtitutione hæredis. l. 1. & ſeq. ff. de hære. inſt. §. ante. inſt. de legat. valet tamen factum fauore animæ. Bart. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. Barb. conſi. 8. lib. 1. Abb. c. indicante, de teſta. Paul. conſi. 97. lib. 2. Bert. tract. de epiſcopo 31. q. 4. p. lib. 4. Decimo quamuis pater miles, aut aliàs priuilegiatus in teſtamenti factione non poſſit filio impuberi teſtari, vt tale teſtamentum gaudeat eodem priuilegio, quo teſtamentum ipſius patris l. miles. §. exhæredatio. ff. de mil. teſtam. fallit tamen quando teſtatur filio impuberi ad pias cauſas, Bal. & Bar. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. not. c. ſi pater, de teſtam. 6. l. in fundum. §. fi. ff. de leg. 1. Vndecimo ex duobus teſtamentis id præſumitur poſterius, in quo legatum, ſeu relictum eſt, fauore animæ, quod aliàs adinuicem confunderetur, & eſſent nulla, not. l. fi. C. de edicto D. u. Adr. toll. nor. c. de duobus, de reſcr. 6. Rom. Auth. ſimiliter 12. ſpeciali. C. ad l. falc. not. l. 1. C. de iure fiſci, Barb. c. relatum, de teſtam. Iaſ. & Dec. d. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. facit enim ratio ad hoc, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt fun. Duodecimo prius teſtamentum ad pias cauſas factum, non infirmatur per ſecundum minus ſolenne, in quo venientes ab inteſtato inſtituti ſunt hæredes. Abb. conſi. 11. lib. primo. cum cōſi. 177. Decimo tertio teſtamentum in fauorem animæ conditum, licet minus ſolenne, reuocat prius teſtamentum omni iuris ſolennitate conſummatū. Ale. conſi. 105. lib. 4. Doctor. c. fi. de ſolu. Iaſ. l. ptolomus. C. de teſtam. Abb. conſi. 11. lib. 1. vnde teſtamentū prius conditum cum ſolennitate iuris reuocatur fauore piæ cauſę duobus teſtibus. Paul. conſi. 327. lib. 2. Ale. conſi. 131. volu. 7. & hoc probatur in teſtamento militis. l. eius militis. §. militia miſſus, ff. de teſtamen. Decimo quarto teſtamentum filijs inſtitutis conditum reuocatur per ſecundum ad pias cauſas, aliquo tamen eis relicto. Alexan. conſi. 105. lib. 4. Doct. Auth. hoc inter C. de teſtam. Roman. conſi. 179. Decimo quinto filiusfamilias in bonis aduentitijs teſtari poteſt ad pias cauſas, quod aliàs facere non poſſet, etiam de conſenſu patris. l. qui in poteſtate. ff. de teſtam. l. ſeorum. C. qui teſtam. fac. poſſ. Doct. com. d. l. ſenium. Bal. l. 1. §. ſed & ſi, ff. de leg. 3. l. hæreditas, §. ſi defuncto, ff. de peti. hæred. ea enim quæ nutu Dei aguntur, non ſunt ſub lege. c. licet, de reg. c. duæ ſunt, 19. q. 2. & hoc maxime procedit in relictis fauore animæ, in quib. non attenditur diſpoſitio iuris ciuilis, ſed tātum Iuriſgentium vel Canonici. Decimoſexto inhabilis ad teſtandum ad pias cauſas teſtari non prohibetur, ſi non ſit defectus intellectus, vel damnatus ad mortem. Bar. l. 1. col. 2. C. de ſacroſ. eccleſi. vbi etiam Bal. & conſi. 144. lib. 1. Alex. conſi. 72. vol. 6. Decimoſeptimo legata non pijs cauſis relicta in

ctam teſtamento ad pias cauſas facto non infirmantur, ſecus in teſtam. facto ad pias cauſas, quia ſi in eo fuerint legata facta, etiam non piis cauſis, ea valebunt æque ac relicta piis cauſis Salic. Authen. Caſſa q. 9. C. de ſacroſanct. Eccle. Authen. quod ſine C. de teſtam. Ant. & Abb. c. quod clericis de foro compet. Alexan. conſ. 42. vol. 1. conſi. 105. lib. 4. Corn. conſi. 278. lib. 1. Decimooctauo quamuis exequutor teſtamenti non poſſit agere contra hæredem ad legata l. Lucius §. 1. ff. ad Trebell. l. filio. §. Matr. ff. de adim. leg. fallit hoc tamen in relictis ad pias cauſas Docto. com. l. nulli C. de Epiſcopis & cleric. l. alto ff. de alim. & cib. legat. glo. l. Lucius §. 1. l. ſiquis Titio ff. de legat. 2. Docto. com. c. Iohannes de teſtamen. Card. Clem. 1. q. 13. de teſtamen. executores enim ad pias cauſas obtinent vices hæredum Innocen. c. cum tibi de teſtam. Decimo nono Prælatus poteſt legare Eccleſiæ, vel ſibi in fauorem Eccleſiæ, & valebit legatum, ſecundũ Doct. com. c. cum inter de ſent. & re iud. Rom. ſing. 349. Matheſ. ſing. 88. Iaſ. l. 1. §. huius ff. de iuſt. & iure, & hoc procedit, quando res ipſa remanet penes Eccleſiam, ſiue piam cauſam, vſusfructus verò ſiue vſus ipſius prælati Barba. conſi. 85. lib. 7. nam licet dicatur, quod relictum ſit pro anima, nihilominus quia ſibi ad ſcri pſit, non valet.

60 Teſtes duo ſufficiunt in teſtamentis conditis ad pias cauſas, Docto. com. l. 1. C. de ſacro ſanct. Eccl. Bald. conſi. 167. volum. 2. l. hæreditas col. 2. ff. de pet. hæred. Sal. l. generali. C. de ſacro ſanct. Eccle. Corn. conſi. 166. lib. 3. ſimiliter teſtamentũ conditum fauore animæ coram duobus teſtibus infirmat primum ſolenniter nempè ſeptem teſtibus Paul. conſi. 262. vol. 3. Alex. l. hac cõſultiſſima §. ſiquis C. de teſtam. not. l. 2. ff. de iniuſto rupto conſi. 46. vol. 2. & hoc etiam ſi non ſint ſcripti, dũmodo deponant, & probent, nã tali caſu inducuntur tantum ad probandum Bald. l. 1. col. 14. C. de ſacro ſanct. Eccl. & fauore animæ ſequimur ius diuinum, ſecundum quod in ore duorum vel trium ſtat omne verbum Deut. c. 17. hoc tamen declara, vt ſufficiant duo teſtes cum legatum immediate, proximeq; relictum eſt piis cauſis, quia ſi teſtator reliquerit cuipiam priuato, & illi quidem grauato reſtituere pio loco, non ſufficerent duo teſtes, vt tale relictum valeat Barto. l. fin. ff. de his, quæ pro non ſcripto habentur Iaſ. l. Marcellus ff. ad Treb. Item quemadmodum in teſtamentis fauore animæ, non neceſſe eſt quòd teſtes adſcribantur, ſed ſatis eſt quod fuerint præſentes, adeo vt deponere poſſint, ita etiam non eſt neceſſe quod fuerint rogatu Iohan. Andr. c. relatum de teſtam. ſpecul. tit. de inſtr. edit. §. compendioſe Bart. & Bald. l. 1. C. de ſacr. ſanct. Eccle. Bald. conſi. 152. vol. 4. conſil. 26. lib. 5. Imol. Abb. & Card. c. relatum c. cum eſſes de teſtam. Paulus conſi. 26. lib. 1. Alex. conſi. 70. lib. 2. Barba. conſi. 42. vol. 4. non obſt. quod in c. relatum dicatur teſtibus requiſitis, quia illa verba referuntur ad verbum tractatur, relatum ad iudices, quia denotat futurum tempus, & ſupponitur ibi teſtamentum prius fuiſſe factum, qualitas enim verbi intelligitur ſecundum illius tempus l. in delictis §. ſi extraneus ff. de noxal. act. l. ex facto ff. de vulg. l. Lucius ff. de milit. teſtam. & ideò loquitur de teſtibus, qui requiruntur tempore iudicij, ſcilicet ad probandum teſtamentum. Quartò fauore animæ ſola ſubſcriptio teſtatoris ſine teſtibus vim habet teſtamenti Imola l. is qui ff. de teſtam. Corn. conſi. 306. volum. 3. Quintò admittitur fœmina teſtis in teſtamento condito fauore animæ, Docto. Auth. quod ſine C. de teſt. glo. §. quod ſæpè Auth. de triente, & ſemiſſe l. fin. C. fam. hæreciſ. Doct. c. quoniam de teſtibus Bald. conſil. 330. lib. 5. Angel. conſi. 233. Doct. c. quoniam de teſtibus, & Paulus conſi. 327. lib. 2. Corn. conſil. 261. vol. 1. Sextò teſtamentum valet fauore animæ, etiam non lectum coram teſtibus viuente teſtatore, nec in publicam formam redactum, Din. l. Lucius ff. de mil. teſt. Rom. Auth. ſimiliter 13. priuil. C. ad l. Falc. Docto. l. fideicommiſſam §. quoties ff. de leg. 3. quod intelligitur, niſi primo teſtator cauſas expreſſerit, deinde feciſſet aliud ad pias cauſas hoc pacto, certè ſecundum non valebit, nec ex eo cenſebitur primum reuocatum Oldr. conſil. 119. not. §. ſed hoc Authen. de ſanctiſſimis Epiſcopis ſpecul. titu. de inſtru. edit. §. compendioſe Ancha. c. cum eſſes de teſtam. Barba. conſil. 42. volum. 4.

61 Titulus piæ cauſę in dubio præſumitur cæteris præferri, Romanus Authen. ſimiliter 13. priuileg. contr. C. ad l. Falcidiam, not. Auth. ſicut C. de ſacro ſanct. Eccle. idem eſt in fiſco Barto. l. 1. C. de iure fiſci lib. 10. & in dote l. 1. vbi Docto. com. C. de ſacro ſanct. Eccleſ. in dubio autem, quando duo ſunt inſtrumenta eodem die confecta, nec conſtet vtrum illorum ſit prius, poſteriuſuè nullum valet, not. l. 1. non autem ff. de bono. poſſeſ. ſecun. tab. l. hac conſultiſſima §. ſinautem C. de teſtamen.

62 Trebellianica detrahitur ex fideicommiſſo vniuerſali ad pias cauſas, Docto. com. §. ſi autem Auth. de Eccle. tit. Din. l. 1. §. filij ff. ad Trebell. Auth. ſimiliter C. ad l. Falc. not. Marcellus ff. ad Trebell. Bart. l. 1. §. q. 5. princ. C. de ſacro ſanct. Eccl. Doct. com. c. ſi pater de teſtam. 6. Cald. conſilio 40. de teſtamen.

63 Tutor per recuſationem tutelæ non perdit legatum, quod eſſet reſtituturus ſi fuerit relictum fauore animæ no. l. Thais §. Seio ff. de fideic. libert. Socin. reg. 310. ſpecial. 53. quod legatum aliàs perderet not. l. qui tutelam ff. de teſt. tutela l. Neſennius ff. de excu. tutor l. poſt legatum §. amittere ff. de his quibus ut indig. l. pen. C. de leg. cum ſimil.

64 Vendere tenetur ſocius rei communis, ſi ipſa ad piam cauſam per alterum ſocium relicta fuerit Bald. l. fin. C. de com. ſeru. Man. Bertach. in tract. de Epiſcop. 51. quæſt. 4. part. lib. 4. verſi. addo, quod ſecus eſſet in aliis l. 5. §. 1. & ſequ. ff. de leg. 1.

65 Voluntas diſponentis ambigua pro pia cauſa eſt interpretanda, Anch. conſ. 79. c. fin. de præsb. non Bapt. c. iuuenis de ſponſal. Fel. cap. in præſentia de prob. & cap. dudum de præſumpt. Marſ. ſingul. 151.

66 Vſura quando relinquitur, vt reſtituatur, debetur nihilominus quando in teſtamento fuerit

filius præteritus Doct. com.l.filio præterito.ff. de
iniuſto rupto, quia veriſimiliter teſtator, etiam ſi
ſciuiſſet filium habere, & eum præterijſſet pro e-
xoneratione conſcientiæ ſuæ illud idem reliquiſ-
ſet; quia prima charitas incipit à ſe ipſo l. præſes,
ff.de ſeruit.& aqua, & anima cunctis rebus præfe-
renda eſt l.ſancimus. C. de ſacro ſanct.Eccl.Doct.
com.l. Titius.ff.delib.& poſt.Doct.com.Auth. ex
cauſa. C. de lib.præt.

67 Vulgariter pia cauſa ſubſtituta filio impuberi,
excludit matrem à legitima, & hoc ex veriſimili
mente teſtatoris, qui præſumitur magis dilexiſſe
animam ſuam, quàm matrem, cum prima chari-
tas incipiat à ſe ipſo Doct. com.l.precibus. C. de
impuber. Alex. conſi. 38.volumin.1.Aret.conſil.
155.Dec.182.Bald. conſil.457.lib. 2. quod arbi-
tror procedere quando teſtator ſubſtituit pro e-
xoneratione conſcientiæ, videlicet pro rebus ma-
le ablatis, aliàs ſecus Aret.Angel.& Corn.l. preci
bus.C.de impub.quibus ita ampliatis, declaratur
primo, vt relictum factum ad conſtrutionem mo-
numenti dicatur factum fauore animæ gl. & Bal-
dus leg. hæreditas.§. ſi defuncto.ff.de pet.hæred.,
Doct. com. l. 1.§. fin.ff.ad l.Falcid.ſimiliter ſi fiat
meretrici, vt ad frugem melioris vitæ redeat Bal-
dus.leg.imperialis. C. de nupt. Tertio pro incer-
tis, & male ablatis not.Clem.1. de priuilegio Flo
32 ren. leg.cum quidam.§.ſi dies.ff.de vſuris. † Quar,
to ſi relinquatur pro imagine de pingenda not. l.
20 lineam. ff.ad l.Falc.& cap. fin. de teſtam. † Quin-
to ſi relinquatur cauſa ſtudij Bart. l. 1, in fine vbi
Doct. comm. ff.ſolut.matrimoo.Rom.l.donatio.
21 §.pater.ff.de don. † Sexto ſi fiat relictum liberta-
tis not. leg. in teſtam. ff.de fideic.lib.not.leg.coo-
tra. C. de teſt. Man.leg.ancillam.C.de fideic. lib.
præſertim quando dicitur amore Dei Bart. leg.1.
22 C.de ſacro ſanct. Eccl. † Septimo hoc idem quan
do relinquitur pro redemptione captiuorum.leg.
ſi quis pro redemptione. C. de dooat. §. ſi voum
23 Auth. vt cum de ap. cogn. † Octauo legatum ali-
mentorum Doct. comm.l.Mela. ff.de alim.& cib.
leg.l.ſancimus, C.de ſacro ſanct.Eccl.§.interdici-
mus Auth.de Eccl..tit.& hoc quando pauperibus
24 relinquuntur d. leg. ſancimus. † Nono hoc idem
cum relinquitur dos pro maritandis virginibus
pauperibus Doct.comm.leg.cum his.§.ſi mulier.
ff.de cond.indeb.Ioan.Andr.capit.tua de decimis
Bald.leg.illud. C.de ſacro ſanct.Eccl.idem Auth.
niſi rogati. C.ad Trebell. Barb.conſil.87. libr. 4.
Angel.§. ſi quis Auth. vt cum de appell. cogn.
25 Decimo † relictum confraternitatibus Abb.conſi.
31.lib.1. conſi.32.lib.2.Dec.conſi.72.Arch.capit.
26 ſi quis 62. diſtinct. † Vndecimo ſi relinquatur
pauperibus viduis, & alijs miſerabilibus perſo-
nis, etiam ſi ſint conſanguineæ Bald. & Paulus,
leg.illud.C.de ſacro ſanct.Eccleſ.Abb. capitul.ni-
hil de præſcr. Bert. tractat. de Epiſc. 4. p.4. lib.
quæſt. 31.Aret.leg.1.in fine. C.de ſacro ſanct.Ec-
27 cleſ.gl.capit.2. de ſepult. † Duodecimo & vltimo
relictum vnicuique loco pio dicitur fauore ani-
mæ relictum, & gaudet omni priuilegio compe-
tenti piæ cauſæ ita Specul.tit.de inſtr.edit.§.nunc
verò Rom. conſi. 235. Arch.capit. ſi ex laicis 19.

quæſt. 2.not.leg.orphanotrophos.C.de Epiſc.&
cleric.Dec.conſi.273. Capra in conſi.18.declara-
tur tamen procedere dictum, quo habetur ani-
mam cunctis rebus eſſe præferendam ex mente
Albani conſi. 39. numer. 2. Angel. tract. de teſti-
bus numer. 1. Alber.d. tract. numer. 32. Lapus
Alleg.70.numer.7.Gomeſ.reg.de idiomate quæ-
ſtion. 2. & 5. dixi ego in tractat.de leg.& ſtat.p.3.
quæſt. 18. numer. 1. Tobia. §. ſed hæc numer. 5.
inſt. de teſtam. vt procedat, quando ex pluribus
ſententijs, ſeu probationibus pugnantibus illa
præualeat, quæ fauet animæ, & hoc in dubio in-
telligendum eſt, ſecus autem vbi aliter apparet;
nam tunc etiam contra Eccleſiam ſtrictè interpre
tandum eſt, nam cum ſit adiutrix, & cultrix iuſti-
tiæ, non patitur, neque vult aliquid contra iuris
rationem, etiam pro ſe fieri not. cap.1.§. ſed di-
uerſum Auth.de alien.feud. nec debet Eccleſia di
tari cum alterius iactura, not. cap. ſuam de pœn.
immo debet omnibus prodeſſe, & nemini noce-
re capit.denique 13.q.vlt.Aſinius.leg.ſunt perſo-
næ.ff.de relig.& ſumpt. funer. numer.6. Secundo
declaratur, vt quamuis anima præferatur corpo-
ri, non tamen pia cauſa præfertur filijs Socin.Iun.
conſil.189.numer.80. volumin. 2. Barbat.conſil.
42.numer. 21.volumin. 4. natura enim hoc ſua-
32 det vt magis † ſuccurratur filijs, quàm alijs idque
docet ordo charitatis. leg. præſes. C. de ſeruit. &
aqua, & lex Dei, quæ perficit naturam non de-
ſtruit, vnde Aug. in ſermone de vita cleric. capit.
quicumque 17. q.4. ibi quicunque vult, exhære-
dato filio, hæredem facere Eccleſiam, quærat al-
terum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum, immo
Deo propitio neminem inueniat, & ita intelligas
dictum anima cunctis rebus eſt præferenda; vn-
33 de cũ de ipſius † periculo agitur cautius eſt agen-
dum milleus in praxi.crim.cap. 88.num.75.§.co-
gitatio Auth. vt iud. ſine quoque ſuffragio l. vbi,
C.ad l.Falc. c. vbi de elect. 6.milleus tit.de prob.
nu.25.l.additos.C.de appellat.

## S. V. M M A. R I V M.

1 *Prior in tempore præferri debet in iure.*
2 *Prior ſiue prius, quis dicatur.*
3 *Prioritatem allegans, illam probare debet.*
4 *Prioritas duplex.*
5 *Vigilantibus non dormientibus iura ſuccurrunt.*
6 *Principium eſt potiſſima pars cuiuſlibet rei.*
7 *Prioritas temporis, & ordinis quibus in caſibus procedat, latè diſcutitur.*
8 *Prælatio attenditur in omni diſpoſitione.*
9 *Prior in tempore præfertur in iure, quando eſt par cauſa.*
10 *Prior præfertur, niſi aliter conſtet de mente diſponentis.*
11 *Certis non eſt opus coniecturis, ſed incertis.*
12 *Prærogatiua attenditur in enarratione circa actus virtuoſos: ſecus circa actus vitioſos.*
13 *Prioritas non attenditur quando ex præcedentibus & ſequentibus aliter conſtat.*
14 *Prælatio non attenditur quando aliter reperitur expreſſum in iure.*

15 *Ordo cum ponitur cauſa exempli non attenditur.*
16 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non debet.*
17 *Appellatio ſecunda quomodo tollat primam.*
18 *Codicilli vltimi præferuntur primis.*
19 *Contractus ſecundus quando deroget primo.*
20 *Conſuetudo ſecunda tollit primam.*
21 *Clauſula vltima derogat primæ.*
22 *Fama ſecunda præualet primæ.*
23 *Secundum iuramentum tollit primum.*
24 *Lex vltima derogat primæ.*
25 *Legatum ſecundum tollit primum.*
26 *Mandatum ſecundum tollit primum.*
27 *Mora vltima nocet.*
28 *Opinio ſecunda præualet primæ.*
29 *Pacta nouiſſima tollunt prima.*
30 *Poſſeſſio vltima derogat primæ.*
31 *Poſtulatio ſecunda tollit primam.*
32 *Præſentatio ſecunda præualet primæ.*
33 *Reſcriptum vltimum derogat primo.*
34 *Sententia interlocutoria prima tollitur per ſecundam.*
35 *Lex vltima tollit primam.*
36 *Teſtamentum ſecundum tollit primum.*
37 *Conſtitutio vltima Vicarij derogat primæ.*
38 *Variatio vbicumque eſt permiſſa, ſecundus actus tollit primum.*

## *Opuſculum quintum.*

1 
PRior in tempore † præferri debet in iure, c. qui prior, de regul. iur. 6. ibi, qui prior eſt tēpore potior in iure, l. quoties, ff. de regul. iur. ibi, quoties vtriuſque cauſa lucrari, ratio vertitur is præferendus eſt, cuius in lucro cauſa tempore præcedit Conc. Caſſan. tract. de gloria mundi, p. 12. conſid. 99. Euer. in loco ab ordine, nu. 7. gl. ſi. c. ſuſceptum, de reſcr. 6. l. qui generaliter, ff. qui pot. in pign. hab. l. interdum, ff. eo. tit. Baldus Auth. item num. 1. C. qui pot. in pign. hab. Bellamer. c. neganda, 3. q. 11. Anch. conſi. 215. num. 1. Ceph. conſi. 289. num. 7. Caſſan. conſi. Burg. titu. des retenſ. §. 3. nu. 1. Afflict. deciſ. 306. num. 3. Capic. deciſi. 129. num. 11. Natta conſi. 193. nume. 6. Porc. conſi. 28. num. 12. Socin. conſi. 4. num. 15. vol. 2. Fulgoſ. auth. ſed iam neceſſe. nume. 3. C. de donat. ante nupt. pro cuius opuſculi declaratio-
2 ne. Not. primo † quod prior dicitur quem nemo præcedit, licet eundem nullus ſequatur Roman. conſi. 408. num. 2. Socin. Iun. conſi. 159. num. 21. volum. 2. Albet. in procem. ff. §. diſcipuli, num. 2.
3 Secundo not. quod † allegans prioritatem illam tenetur probare Sal. l. cum hic, num. 4. ff. de don.
4 inter vir. & vxorem. Tertio not. † quod duplex eſt prioritas, & poſterioritas; nam quædam eſt ſecundum ordinem ſcripturę & intellectus, quędam eſt ſecundum ordinem ſcripturæ, non ſecundum ordinem intellectus. Vnde vbicunq; in primo contractu ſunt verba derogatoria, licet quantum ad ordinem ſcripturæ ſubſequatur poſterior contractus, tamen quantum ad ordinem intellectus nō ſubſequitur, quia deficit in ſecundo contractu cōſenſus; vnde primus contractus loquendo propriè, non eſt primus contractus, ſed ſolus, quia ſecundus eſt nullus ipſo iure deficiente conſenſu. Bal. l. pacta nouiſſima, nu. 4. C. de pact. ratio
5 huius regulæ † eſt, quia qui primo præuenit vigilantior reputatur, & lex vigilantibus non dormientibus ſuccurrit, nec non principium dicitur
6 potiſſima pars † cuioſcunq; rei, l. 1. ff. de origin. iur. Tiraq. in præf. de primogenitura, num. 64. ex quibus ita ſuppoſitis infertur ad plura.

1 Appellans primo prius agere debet, Spec. tit.
7 de reconu. §. 4. † not. c. 1. de ordine cognit. Caſſa. Catalog. de gloria mundi conſid. 99. ver. ſeptimo. Henric. cap. cum dilectus, de ordine cogn. Bella. cap. neganda, il ſecundo, 3. q. 11. Spec. lib. 2. ti. de reſcr. §. 4. num. 12.

2 Beneficium impetrans primo in Eccleſia, alius ſecundo, & ſecundus primo litteras præſentauerit, primus debet eſſe potior, c. ſi pro te. c. tibi, de reſcr. 6. Dyn. c. qui prior, de regul. iur. 6. Ampliatur etiam ſi poſteriori dicatur cum clauſula non obſtante collatione alteri facta, quia intelligitur de inualida. Crau. conſi. 93. num. 3. Ferrettus conſi. 5. num. 1. conſi. 439. num. primo, ſit igitur regula in præſenti caſu, quod tempus datæ attendatur cap. eam te, de reſcr. Clem, fin. eo. titu. cap. ſi ſuper de offic. deleg. 6. c. tibi, cap. duobus, de reſcript. 6. Fallit primo in conſiderāda habilitate impetrantis, quia attenditur tempus vacationis, cap. ei cui de præben. 6. vbi ille dicitur idoneus, qui eſt idoneus tempore collationis, non tempore datæ, gl. Clem. 2. ver. conſtitutus, de æta. & qual. vbi enim perſonæ habilitas requiritur ad certum actum ſufficit quod adſit tempore exercitij actus, in quem exercitium applicatur. Fallit ſecundo vbi agitur de cognoſcenda inobedientia, vel negligentia non adimplentis mandatum Apoſtolicū, quia attenditur dies præſentationis non datę. C. ſi cap. de conceſſ. præb. 6. not. Bart. & alij. l. ſi duas ff. de exc. tutor. l. falſus. C. de furt. Doct. comm. in procem. 6. Card. Clem. fina. de reſcript. Fallit tertio in computando anno dato ad vtendum reſcripta ad lites, non expiret per ſecundum impetratum ab aduerſario, quia non computatur à tempore datæ, ſed poſſibilitatis præſentandi. Oldra. conſi. 56. c. ſi autem, capit. plerunque, de reſcrip. Quarto fallit vbi agitur de attendenda collatione, vel reuocatione iuriſdictionis, quia inſpicitur litterarum præſentatio, not. cap. auditis, de reſtit. ſpoliat. Quinto fallit in attendenda natura, & qualitate beneficij, quia non inſpicitur tempus datæ, ſed hodiernum Oldrad. conſi. 58. quidam impetrauit dicens, quod ſi ſcribitur pro beneficio certi valoris, & tempore datæ excedebat, ſed hodie non attenditur tempus præſens, quia tunc quæritur plenum ius in beneficio, cap. fin. de conceſſio. præbend. 6. Fallit ſexto ubi litteræ ſecundæ ad beneficia habent clauſulam derogatoriam ad primas, ſicut clauſula antè ferri, quia tunc non inſpicitur data prima, capitul. ſi ſoli, de præben. 6. Felyn. conſi. 291. Felin. cap. eam te, nume. 18. de reſcript.

3 Citatio præuentionem inducit, vnde qui primo citauit, potior dicitur in iure. Doctor. comm. l. si quis postea, ff. de iudic. Bal. l. si pluribus, ff. de legatis primo, l. si pluribus, ff. de procurato. Afin. in praxi iudic. capitul. primo, numer. 17. Roman. consi. 112. num. quarto. Gracatius in additio. ad vestrium, lib. tertio, titu. de præuent. capi. vndecimo, num. quarto, vbi vestrius num. secundo, dicit hoc debere intelligi de citatione legitima, ac valida, aliàs non induceretur præuentio Cassan. decis. quinta, de rescr. Corn. consi. 57. column. quarta, volum. tertio. Afflict. decis. 295. Gomes. titu. de annali possess. q. 45. Afflict. decis. 219. num. tertio. Roland. consi. 12. num. 29. Secundo declaratur, vt præuenisse dicatur ille, qui fecit realem citationem, non autem ille qui verbalem tantum An gel. de Malef. ver. iudex commisit Guid. decisio. 202. & in sing. 705. dicam Infer. ver. præuentio. Tertio declara, vt quando fuerit facta citatio ad petitionem porrigendam, non inducitur litis pendentia, ad impediendum præuentionem, antequam porrigatur petitio decis. Neapol. 294. Maranta de ord. iud. 7. pars, numer. 71. Ideo (inquit ipse) ista practica citandi non est bona, sed melius est, quod porrigatur primo petitio, & postea super ea porrecta emaneat citatio, & ita practicatur in curijs.

4 Commissio cui primo facta est, dicitur præuenisse. Rot. decis. 801. de commiss. in antiq. vestr. lib. 3. de præuent. c. 9. num. 1.

5 Communis causa præueniendo potest, quis liberè disponere de tota, etiam cum præiudicio alterius. Bert. consi. 76. num. 59. vol. 1.

6 Creditor prior, vincit secundum agendo excipiendo, & replicando. Alber. l. creditor, nume. 1. ff. qui pot. in pign. hab. Dyn. reg. qui prior, nu. 8. de reg. iur. 6. dicam infer. ver. hypotheca.

7 Data prior præfertur secundæ not. Bal. l. 2. col. 3. C. de ed. Diu. Adr. toll. glo. & Doctor. c. licet, de probat. Cassan. de gloria mũdi, par. 12. consid. 99. pag. 328. col. a. in fine, & procedit siue sit diuersitas in diebus, siue in horis, gl. c. duobus, de rescri. 6. Euet. in loco ab ordine, num. 6.

8 Dignitatem qui primo acquisiuit debet præferri habenti in parem, vt in pluribus Doctorib. vel Canonicis. Bart. l. 1. C. de cons. lib. 12. l. secunda, §. prius ff. de vulga. l. 1. & seq. ff. de Alb. scrib. Marauta de ordine iud. in proœm. num. 9. & potest dici prior in dignitate, qui primo illam meruit Socin. sen. cons. 70. nu. 3. vol. 4.

9 Dilectus magis censetur primò nominatus Ale. l. Caius nume. 6. ff. sol. Matr. Dec. rub. ff. si cert. pet. nume. 10.

10 Donatarius primus prior titulo, tempore, & possessione porior est secundo, cui prius res tradita fuit Ripa tit. de donat. reipub. 3. numero 4. & sequens.

11 Electus primo debet in primo loco poni Baldus 1. const. C. §. quibus col. fin. vers. nota hic de ordine Cassan. de gloria mundi p. 12. consid. 99. versi. 6.

12 Executionem impedit proponens nullitatem, quo casu videtur præuenire eum, qui deinde prætendit executionem faciendam tanquam prior in tempore l. qui prior ff. de iudi. Imola consilio 130. numero 7. Socin. consilio 78. nume. 4. volumi. 3. Natta consil. 217. lib. 1. Lancellottus tractat. de attentatis nullitate pendente par. 2. ca. 17. nume. 84.

13 Feudum competit semper prioribus qui sunt eiusdem lineę c. 1. de nat. suc. feud. Papiens. de forma libelli, quo agitur ad reuocat. feudi §. nec superstitibus num. 14.

14 Fideicommissum capit. primo nominatus, qui præfertur cæteris Dec. cons. 79 nume. 1. Gozadinus consi. 4. nume. 6. Ruin. consil. 167. numero 8. volum. 2.

15 Fideiussor primò nominatus in contractu præsumitur principalis, secundus autem fideiussor. Quod est verum si secundo nominatus poterat intercedere sed si non posset tunc quilibet præsumitur principalis, nisi contrahatur super re vnius tantum, vel nisi ad vnum tantum res perueniat, vel nisi sit calor quæsitus Bal. Auth. hoc amplius C. de fideic. l. vir. vxor. §. fin. ff. ad vell. Bar. l. eos ff. de duobus reis Alex. l. moribus §. fin. nume. 15. ff. de vulgatib.

16 Fori mutationem impedit qui præuenit Albe. l. si seruus nu. 5. ff. si ex nox. causa agatur.

17 Gradatim procedendum est in cunctis rebus nempè, vt primò primi succedant, & in aliis causis præferantur not. l. vt gradatim ff. de muner. & honor.

18 Hæreditas defertur de gradu in gradũ, & proximior præfertur posteriori, & ille dicitur proximus, quem nemo præcedit l. 2. §. hæreditas ff. de suis & legit. l. 1. §. proximus ff. vnde cogn. l. proximus ff. de verbo. sign. l. 1. ff. quis ordo in bono. possess. seru. l. 1. ff. de suis & leg. §. hæreditas instit. de legat. agna. suc. l. 1. ff. de succe. l. 1. ff. de suc. ed. l. 1. ff. vnde lib. pap. in forma lib. pro hær. §. iure proximitatis nume. 1.

19 Hypotheca prior præfertur posteriori. l. creditor ff. qui pot. in pig. hab. l. si fundum C. eod. tit.

Ampliatur primò non solum habere locum in hypotheca expressa, sed etiam in tacita; vnde sicut habens expressam hypothecam anteriorem, præfertur posterioribus creditoribus habentibus tacitam, vel expressam, ita etiam habens tacitam hypothecam anteriorem, regulariter præfertur posterioribus creditoribus, non solum habentibus tacitam, sed etiam expressam Din. d. reg. qui prior l. 1. §. vt plenius C. de rei vxo. actione not. l. 1. C. de præc. l. pignori C. de remiss. pign. l. si debitor C. de distr. pig. l. siquidem C. de don. inter vir. & vxor. l. si prædium C. de euict. Ias. §. item seruia na. nu. 71. inst. de action.

Secundò ampliatur vt non solum habeat locũ in principali, sed etiam in omnibus arretagiis, quæ hodie sunt loco vsurarum Barto. l. Lucius ff. qui pot. in pig. hab. Bal. l. si generaliter C. eo. tit.

Tertiò ampliatur etiam si fiat nouatio obligationis cum expressa repetitione pignorum, quia etiam prior in tempore est potior in iure Bar. l. 3. ff. qui pot. in pign. hab.

Quartò ampliatur habere locum in pignore conuen-

conuentionali, & non prætorio Bart. l. cum vnus. ff. de bon. Auth. iud. poss.

Quinto ampliatur etiam in pignore prætorio si concurrat cum conuentionali. l. 3. vbi Bar. C. vt in poss. legat. Bologn. l. fundus. ff. de annuis legat. Bald. consi. 466. vol. 4.

Sexto ampliatur procedere in pignore iudiciali capto in causa iudicati Bart. leg. cum vnus. ff. de bon. Auth. iud. poss. leg. si & iure. ff. qui pot. in pign. hab.

Septimo ampl. etiam si prior in tempore habeat priuatam scripturam contra creditorem habentem publicam Bald. & Angel. leg. scripturas, C. qui pot. in pign. hab. Lanfrancus cap. quoniam contra de probat. dummodo, d. scriptura priuata sit munita subscritione testium, vel probetur per testes, qui fuerint præsentes quando talis debitor scripsit talem scripturam.

Octauo ampl. etiam in priuato qui est prior tempore, quia præfertur reip. posteriori l. si fundum. C. qui pot. in pign. hab.

Nono ampl. procedere etiam si egerit cum ecclesia quo casu prior priuatus præfertur posteriori etiam si sit ecclesia Ias. §. ex maleficijs inst. de actione.

Decimo ampl. in priuato priori tempore, qui præfertur fisco, leg. si pign. ff. qui pot. in pign. hab. l. fin. §. fin. eod. tit. l. si fundum. C. eod. leg. 3. C. de rem. pign.

Vndecimo ampl. etiam si posterior primo possederit rem hypothecam, dummodo alius habeat anteriorem contractum, quia hoc casu dicitur prior in data: quod intellige verum quando à non domino datur pignus duobus sed si à diuersis non dominis, tunc secus. l. si non dominus. ff. qui pot. in pign. hab.

Duodecimo ampl. vt non solum habeat locum in principali, sed etiam in re augmentata per alluuionem. l. si fundus. ff. de pign.

Decimotertio ampl. non solum habere locum in bonis iam quæsitis tempore hypothecæ, sed etiam in quæsitis post hypothecam Bart. leg. si is qui. ff. de iure fisci Bald. leg. hac edictali. §. is illud. C. de sec. nup. consi. 364. vol. 5.

Decimoquarto ampl. vt non solum procedat si habeat ius ab illo, qui prætendit ius in re secundo sed etiam si habeat ius solū ad rem, quoniam ex tempore præfertur secundo prætendenti ab eodem ius in re Bald. l. 3. §. cum ex causa. ff. qui pot. in pign. hab.

Decimoquinto ampl. habere locum in quarentigia, quoniam etiam licet ipsa principalis prior tempore sit potior alijs, ita etiam quarentigia, quæ est in ipso contractu Bart. l. cum vnus. ff. de bon. Auth. iud. poss. leg. si & iure, ff. qui pot. in pign. hab.

Sextodecimo ampl. habere locum non solum in principali, sed etiam in accessorijs. leg. pactor. §. si de futura. ff. qui pot. in pign. hab. accessorium enim naturam sequitur sui principalis. C. accessorium de reg. iur.

Decimoseptimo ampl. habere locum in hypotheca generali, quæ si sit prior tempore præfertur, etiam speciali Bart. leg. generaliter ff. qui. pot. in pign. hab. leg. si generaliter. C. eod. l. inter eos. ff. de re iud.

Decimooctano ampl. quia sicut prior tempore præfertur in hypoteca in re principali, ita etiā in melioramentis l. si fundus §. 2. ff. de pignor. quod intellige verum quando ille, qui hypotecauit rem, est ille, qui fecit melioramenta, sed si alius fecit melioramenta, forte alius, ad quem res peruenit, nō autem ille qui hypotecauit, tunc res non esset obligata cum melioramentis l. in his c. de præd. & omnibus rebus Nauic. lib. 11. Bart. & Paulus l. si conuenerit ff. de pign. act. Ias. l. creditor la s. ff. si cert. pet.

Decimo nono ampl. habere non solum locum in principali hypotheca, sed etiam in expensis factis, in prosecutione hypothecæ principalis, quoniam cum expensæ sint accessoriæ ad rem principalem, sequuntur naturam sui principalis l. cum principalis ff. de reg. iur.

Vigesimo ampliatur, vt etiam priuatus præferatur Principi in pignore maximè conuentionali Bald. l. qui fundum C. qui pot. in pign. hab.

Vigesimo primo ampliatur in dotibus, quia prior debet præferri l. assiduis §. fin. C. qui pot. in pign. hab. Din. d. c. qui prior.

Vigesimo secundo ampl. non solum habere locum illam regulam in prima obligatione, & conuentione hypothecæ, sed etiam in obligatione nouante cum secundo creditore cuius hypothecæ nouatæ prioritas iungitur cum prima.

Vigesimo tertio ampliat. vt talis prioritas hypothecæ prosit non solum agendo, sed excipiendo, & replicando leg. creditor in princ. ff. qui pot. in pign. hab.

Vigesimo quarto ampl. etiam si pecunia fuisset mutuata expresse per posteriorem creditorem debitori ad emendum tales res, quia etiam in illis empris præfertur prior creditor habens generalem hypothecam; quia secundus creditor, qui mutuauit ad res emendas ex hoc non habet hypothecam in dictis rebus; sed habet solum priuilegium in personali, quo mediante, præfertur alijs creditoribus solam personalem habentibus gl. l. quod qui ff. de priuil. cred. Bart. l. interdū ff. qui pot. in pign. hab. Bal. l. quamuis C. de pign. l. licet C. qui pot. in pign. hab. Sal. Auth. quo iure C. eod. dicit com. esse limitatur tamen hoc dictum, nisi mutuans suam pecuniam in contractu mutui accepisset hypothecam omnium bonorum ab eo, cui mutuauit; quia tunc res empta à debitore comprehenditur in d. generali obligatione, & esse hypothecata mutuanti. l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. Sal. l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab.

Vigesimo quinto ampliat. vt procedat etiam quando vnus mercator vendit merces alteri mercatori pro certo pretio, de quo fidem habuit, & sic transtulit dominium in ementem, & emptor promisit soluere precium in certis nundinis, & postea aufugit, & merces venditæ adhuc extant, & concurrunt alij creditores hypothecarij d. emptoris, & mercator, qui vendidit mer-

ces. Nam in illis mercibus præferri debent, tanquam priores, & potiores dicti creditores Doct. comm. l. si cum dotem. §. fin. ff. sol. matri. Conc. Cassan. de gloria mundi p. 12. consid. 99. column. 1. & seq. Negusant. tractat. de pign. 2. Memb. 5. p. numer. 1. & seq. Vital. & in tract. clausul. ver. & specialiter obligauit num. 1. & seq. Ripa l. priuilegia numer. 4. ff. de priuil. cred. Dyn. capit. qui prior numer. 8. de reg. iur. 6. limitatur tamen hoc dictum multis modis.

Primo fallit in casu, in quo posterior habet hypothecam specialem, & generalem, & prior pariter habet diuersam specialem, & etiam generalem, hoc casu, si possit satisfieri primo ex priori speciali, in reliquis præfertur secundus. l. 2. C. de pignor.

Secundo fallit, quando constat de credito posteriori per veram numerationem, tunc præfertur priori de cuius credito constat per solam confessionem. l. Titius. ff. quæ res pign. oblig. poss. vnde sis cautus, vt instrumenta canter de numeratione Ripa d. l. priuilegia nu. 23.

Tertio fallit quando de posteriori credito constat per publicam scripturam, tunc præfertur priori de cuius credito non constat, nisi per priuatam scripturam trium testium subscriptione minime ab notatam leg. scripturas. C. qui pot. in pign. hab. & hoc ad euitandam fraudem, quæ facilè fieri posset prælato. l. 1. §. editionem. ff. de edēdo, quod ampl. etiam si priuata scriptura, iuueniur publico documento in quo contineatur promissio de obligando bona Anch. consil. 28. fallit nisi priuata scriptura ex forma statuti habeat vim publici instrumenti; tunc præferatur prior Socin. consil. 140. volumin. 2.

Quarto fallit in priore conuento negante, se pignus possidere tunc in pœnam mendacij præfertur posterior in possessione Anth. Item possessor. C. qui pot. in pign. hab. leg. fin. ff. de rei vend. intellige priore negante per dolum, vel per latam culpam, secus si sine culpa, vt quia non crederet se possidere, cum tamen per seruum, vel filium possideret, item nisi ante litem contestatam reuocauerit negationem, vel nisi fuerit negatio in alia instantia Ripa d. l. priuilegia nu. 26.

Quinto intellige vtroque habente causam pignoris ab eodem debitore domino, vel non domino, secus si vnus habeat causam ab vno non domino, & alter ab alio, etiam non domino, tunc præfertur possessor quamuis posterior. leg. si non domino. ff. qui pot. in pign. hab.

Sexto intellige vtroque prætendente causam pignoris ab eodem; secus priore prætendente causam à non domino tunc præfertur posterior habens causam à domino, leg. si eas res. ff. de act. empti & hoc differt, à præcedenti, in quo ita demum præfertur posterior si possideat, in hac verò præfertur etiam si non possideat, item ibi præfertur si interse contendat, & non contra tertium Bart. leg. siue à te. §. si duobus. ff. de public. act.

Septimo intellige in prætorio pignore, de quo contendunt creditores diuersorum titulorum, secus si sunt omnes eiusdem tituli, tunc non præfertur prior, sed omnes simul concurrunt. l. fin. C. de bon. Auth. Ind. poss. in iudiciali tamen pignore seruanda est regula prioritatis Ripa. d. leg. priuilegia num. 28.

Octauo fallit fauore fisci, qui in quæsitis post suam obligationem præfertur omnibus anterioribus, etiam habentibus hypothecam expressam l. si is cui. ff. de iure fisci, quem gl. ibi extendit ad temp. gl. l. si fundum. C. qui pot. in pign. hab. l. si ignorante. C. de remiss. pign. Item extenditur ad mulierem pro dote, vt in postea quæsitis præferatur anterioribus habentibus expressam: similiter extenditur ad Ecclesiam, vt in quæsitis per prælatum præferatur anterioribus Doct. cap. ex literis de pignor.

Nono fallit in posteriore ex cuius pecunia fuit empta, & illi specialiter obligata, quia in illa re præfertur anterioribus. l. licet. C. qui pot. in pign. hab. Ideo sis cautus quando mutuas pecunias colono tuo ære alieno grauato pro emendis bobus facias illos tibi specialiter obligari, alioquin præferentur priores Cepolla caut. 121. Dec. l. creditor. ff. si cert. pet. quæ fallentia sub limitatur, vt non præferatur mulieri habenti priorem pro dote gl. §. his consequens Auth. de æqual. Dot.

Decimo fallit in posteriore ex cuius pecunia fuit empta militia, quæ præfertur anteriori Anth. quod obtinet. C. de pign. & differt ista à præcedenti in pluribus primo hic præfertur etiam mulieri, & non in præcedenti. Secundo hic præfertur in omnibus bonis ille in re empta tantū. Tertio in hac nō requiritur specialis hypotheca, cum sint bona debitoris facile hypothecata l. fin. C. de pign. sed in hoc vltimo videtur casus in contrarium in corpore; vnde sumitur d. Auth.

Vndecimo fallit fauore pupilli, ex cuius pecunia tutor, vel alius rem sibi emit, nam in illa re pupillus habet tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis. l. idemque. ff. qui pot. in pign. hab. & differt à præcedentibus, quia fauore pupilli non requiritur, q̄ sua pecunia fuerit ad hoc specialiter mutuata, prout requiritur in præced.

Duodecimo fallit in posteriore qui credidit, pecuniam ad rem conseruandam, & hic præfertur omnibus anterioribus in illa re l. interdum. ff. qui pot. in pign. hab. quod intellige nisi primum habeat hypothecam priuilegiatam.

Decimotertio fallit in domino soli qui pro canone ante ponitur prioribus in superficie. l. etiam ff. qui pot. in pign. hab.

Decimoquarto intellige in priore; tam respectu principalis obligationis, quàm hypothecæ, secus si sit prior in credito, & posterior in hypotheca. l. creditor. §. si primus. ff. qui pot. in pig. hab.

Decimoquinto intellige in priore respectu crediti, de quo agitur, secus in priore respectu vnius crediti, & posteriore respectu alterius, de quo contenditur. l. pen. ff. eod. tit.

Decimosexto fallit in posteriore, qui prior consensit rem obligari d. l. creditor. §. fin. qui quantum ad illum prior censetur remittere suam hypothecam leg. Paulus. ff. quibus mod. pign. vel hyp. solu.

Deci-

Decimoseptimo fallit in posteriore, qui præfertur priori creditori sub conditione potestatiua, quæ euenit post obligationem secundi. l. qui balneum. §. amplius. l. potior. ff. qui por. in pign. hab. tunc enim conditio potestatiua retro non trahitur; ideo tempus existentis conditionis non obligationis inspicitur. l. si filius. ff. de verb. oblig. l. si debitor. §. 1. ff. de fideiuss. ratio rationis est, quia cessat æquitas fingendi conditionem retro extitisse, cum in eius potestate fuerit conditionem antea implere Bart. l. si is qui pro emptore q. 5. ff. de vsucap. not. c. si ptote de rescr. 6.

Decimooctauo fallit in posteriore, qui potior è prioribus creditoribus sub conditione causali, quæ purificata fuit post obligationem posterioris, eo tempore, quo extrema non erant habilia, siue ex parte debitoris, siue ex parte creditoris, siue ex parte rei obligatæ Bald. leg. quoties. ff. de nouat. & ideo si res non erat in dominio debitoris tempore existentis conditionis, vt quod fuerit medio tempore acquisita, & alienata, talis res non cadet in obligatione prioris, quia extrema non sunt habilia, vt conditio trahi possit retro ad tempus obligationis Bald. d. l. qui balneum. §. Titia.

Decimonono fallit in creditore posteriore, qui successit in locum prioris, qui ex iure eius, qui successit prior reperitur l. si prior. §. si simpliciter. l. si prior. §. è Titio. ff. eod.

Vigesimo fallit in casu l. satis. C. in quibus caus. pign. tac. contr. leg. vtilitas. C. de primip. lib. 12. Ab. c. ex parte de conf. vbi creditores posteriores præferuntur lasciuæ & pomposæ vxori, cuius causa maritus fuit coact. cedere toro.

Vigesimoprimo fallit fauore tributorum, pro quibus fiscus in rebus tributarijs præfertur alijs anterioribus Ripa d. l. priuilegia nu. 45.

Vigesimosecundo fallit in fisco, qui habet tacitam hypothecã l. certum. C. in quibus caus. pign. tac. contr. & habet priuilegiatam, vt in ea præferatur anterioribus habentibus tacitam Bal. l. fin. C. qui put. in pign. hab. quod verum est, præter quam in pœnis fiscalibus. l. 1. C. imp. si ci cred. præfer. Doct. com. l. rescriptum. ff. de pact. l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fisci.

Vigesimotertio fallit in muliere pro dote, quæ habet tacitam hypothecam priuilegiatam, vt præferatur omnibus anterioribus l. assiduis qui pot. in pign. hab. quod declara, vt præferatur habentibus anteriorem tacitam, non autem expressam Doct. com. l. 1. ff. sol. matr. Item intellige in vxore secus in sponsa. Item in dote vera, non autem in putatiua, vel confessata l. 2. §. si sponsa. ff. de priu. cred. Item præfertur omnibus exceptis filijs primæ vxoris d. l. assiduis. §. exceptis, vel præter contra aliquem habentem hypothecam priuilegiatam leg. 2. C. de priuil. fisci. Item intellige in bonis mariti, vel soceri illius mulieris, de dote restituenda non in bonis mulieris, vel eius patris, aut alterius dotantis, pro dote promissa viro exoluenda gl. com. recepta. leg. vnica. §. sed plenius. ff. de rei vxor. act. §. fuerat inst. de act. Item intellige agente muliere pro dote restituenda, secus agentibus eius hæredibus. leg. 1. cum gl. C. de priu. dot. nisi forte cessionarius ageret ad vtilitatem mulieris, Bart. leg. facta. §. si hæres. ff. ad Trebell. Item intellige pro dote restituenda, non autem ad donationem propter nuptias d. leg. assiduis. Item intellige pro dote, & augumento consistente in rebus mobilibus Auth. sed iam necesse. C. de don. ante nupt.

Vigesimoquarto fallit in posteriore ex causa funeraria, qui præfertur anterioribus habentibus tacitam leg. pen. leg. si quis. ff. de relig. & sumpt. funer.

Vigesimoquinto fallit, si post obligationem secundam fuerit nouata obligatio prioris qua nouatione extinguuntur hypothecæ. leg. nouatione ff. de nouat. nisi in obligatione nouata sint repetita pignora, quæ intelliguntur repetita cum priuilegio prælationis. leg. creditor. leg. si prior. ff. qui pot. in pign. hab. vel nisi expresse sit actum, quòd firmæ remaneant priores hypothecæ. l. 1. C. etiam ob Chirogr. pec. pign. item verum in nouatione voluntaria, secus in necessaria, quæ fit per litis contest. l. si quis aliam. ff. de nouation.

Vigesimosexto fallit in rebus hypothecatis postea sacratis, in quibus ecclesia est potior creditoribus, & domino cap. comperimus 4. q. fin. Ecclesia tamen tenetur in subsidium ad pretium creditoribus, Socin. Sen. tractat. de oblat. in 1. libello & seq.

Vigesimoseptimo fallit in re empta ex pecunia militis, quia etiam illa est tacite hypothecata militi pro sua pecunia, cum eodem priuilegio antelationis gl. leg. quamuis. C. de pignor. vbi Doct. comm.

Vigesimooctauo fallit in hypotheca conditionali competenti pro legatis. leg. prima. C. com. delegat. quia non trahitur retro, vt ex ea legatarius præferatur habentibus hypothecam in bonis testatoris acquisitam post mortem testatoris ab hærede not. l. si filius. ff. de verb. oblig.

Vigesimonono fallit in pluribus inmissis ex primo decreto vigore rei iudicatæ, vel iuris exequibilis; quia omnes sunt æquales, & in eis nõ habet locum regula qui prior Doct. leg. si finita. §. si plures. ff. de damno infecto.

Trigesimo fallit, quãdo secũdus offert soluere primo; quia tunc confirmat sibi pignus, & dimisso priori credito, creditor ipse efficitur anterior leg. 1. C. qui pot. in pign. hab. leg. 1. C. de pignot. quibus ita ampliatis, & limitatis, ita distinguendum est; aut enim omnes creditores, prætendunt priuilegium reale, aut personale, omnes, aut quidam reale, & quidam personale, aut omnes personale tantum, alij nullum, aut omnes nullum. Primo casu, quando omnes prætendunt reale, aut conuentionale, omnes, aut omnes prætorium, aut quidam prætorium, & quidam conuentionale. Et si omnes conuentionale, vel quasi, aut omnes expressum, aut omnes tacitum, aut quidam expressum, aut omnes tacitum, & si omnes expressum, aut eiusdem temporis, aut diuersorum: si eiusdem temporis siqui dẽ simul, & codẽ actu, vtrique sit obligata res, admittitur vnusquisque pro parte dimidia, si separa-

tum, nec apparet cui primo contra extraneum possessorem potior erit conditio possessoris. leg. si fundus. §. si duo. ff. de pignor, si diuersorum habet locum regula qui prior, & l. potior. ff. qui pot. in pign. hab. cum fallentijs, & ampliat. super enae rans si omnes tacitum, similiter dic referre eiusdem temporis; vel diuersorum, & si eiusdem non referre eodem, vel diuersis actibus, si non apparet cui primo; nam semper inter se melior erit conditio possidentis contra extraneum occupantis, & si omnes simul ad agendum concurrunt admittuntur vnusquisque pro parte, l. fin. ff. de pign. si diuersorum temporum tunc qui prior est tempore potior est in iure. l. insulam. ff. qui pot. in pign. hab. siquidem expressum, & quidam tacitum, aut eiusdem temporis, aut diuersorum & si diuersorum, aut praecedit tacita, & sequitur expressa, aut praecedit expressa, & sequitur tacita, si praecedit tacita & sequitur expressa, praefertur tacita etiam fisco. l. 1. C. rem alienam gerentem, si praecedit expressa, tunc praefertur l. Titius. §. negotiatorum, ff. qui pot. in pign. hab. l. si ignotante. C. de rem. pignor. si eiusdem temporis videtur idem, quod est quando vterque profert, tacitam, vel vterque expressam eiusdem temporis, quia tacita, & expressa paribus passibus ambulant. si omnes praetorium, aut sunt omnes eiusdem tituli, aut omnes ex contractu, aut omnes ex causa legati, vel omnes ex causa damni infecti, & tunc nō prodest praeuenire ex tempore l. si finita. §. si plures, ff. de damno infecto leg. fin. C. de bon. Auth. iud. poss. l. is cui. §. qui prior. ff. vt in poss. l. & tunc qui prior est tempore potior est in iure. l. & si. §. iure. ff. qui pot. in pign. hab. l. si post quam. C. vt in poss. leg. secundo casu quando omnes personale, aut sunt eiusdem tituli, aut diuersorum, si eiusdem regulariter concurrunt, non inspecta prioritate, vel posterioritate tēporis, l. priuilegia de priuileg. cred. l. si hominem. §. quoties. ff. depositi; fallit in duabus dotibus ab eadem substantia debitis, in quibus qui prior est tempore potior est in iure l. assiduis. §. fin. C. qui pot. in pign. hab. Item fallit in fisco leg. quod quis. ff. de priuileg. cred. si diuersorum si quidem sunt paria priuilegia concurrunt, si disparia magis priuilegiati praeferuntur l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. cred. In tertio casu, quando quidam reale, quidam personale, reale praefertur l. eos. C. qui pot. in pign. hab. l. rescriptum. ff. de pact. In quarto casu quando quidam personale, alij nullum, praeferuntur priuilegiati. leg. sed an hic. ff. quod cum eo. In quinto quando omnes nullum, aut agitur ad donationem quantitatis, vel speciei, vel generis, aut ad factum. Primo casu, aut erant bona possessa, per creditores, & tunc omnium est aequa conditio, vnde si vni soluatur reuocatur pro rata per alios. l. qui autem. §. sciendum. ff. de his, quae infr. cred. si verò non erāt possessa per creditorem, si debitor soluit, aut soluit auctoritate iudicis intercedente, aut sponte, aut inuitus. Primo casu non est locus reuocationi. leg. qui autem. §. apud. ff. quae infr. credit. Secundo casu, quando soluit sponte, tunc aut omnes creditores pariter instabant, & tunc si debitor vni gratificatus soluat reuocatur pro rata per alios, l. pupillus. ff. quae in fraudem cred. si verò omnes instabant, & vni soluatur, aut soluitur à debitore sponte, aut extorquetur ab inuito, si soluitur sponte reuocatur per alios. l. qui autem. §. sciendum. ff. quae in fraud. cred. si ab inuito extorquetur, etiam reuocatur, nisi vbi mora erit periculum allatura, vt debitor cum pecunia fugiebat, nec haberi poterat iudicis copia. l. ait praetor. §. si debitorem. ff. de his, quae infr. cred. si extorsit iudicis auctoritate, non reuocatur l. qui autem. §. apud. ff. de his, quae infr. cred. si autem agatur ad factum, aut peritur, & in condemnatione deducitur factum & tunc si simul creditores concurrunt, praefertur qui primo contraxit. l. in operis. ff. locati; sed si in condemnationem deducitur interesse, idem seruatur quod dictum est seruari debere, quando agitur ad quantitatem. l. operis. ff. de verb. oblig. haec Din. d. c. qui prior ex quibus dictis eliciuntur hae conclusiones, quarum prima est, quod quando res fuit obligata duobus simul eodem tempore, si fuit dictum, & expressum quod esset obligata, vel in solidum vel pro parte illud seruandum erit. l. si fundus. §. si duo. ff. de pign. si autem nihil fuit expressum & sic sumus in dubio, & tunc si obligatio facta fuit eodem instanti duobus simul vna conceptione verborum dicendo obligo talem rem Titio, & Sempronio, tunc erit illa res pro dimidia obligata vtrique pro suo credito, & hoc siue fiat pure, siue sub conditione Bart. l. idemque. §. 1. ff. qui pot. in pign. hab. quo casu quilibet aget ad hypothecariam ad d. rem tam inter se ipsos, quam contra alium extraneum pro parte dimidia d. rei, & non ad totam. secunda sit cōclusio, quod quando eadem res fuit ab vno hypothecata duobus eadem die, tamen diuersis momentis, & tunc apparet cui primo, & cui secundo loco fuerit obligata, aut hoc non apparet. Primo casu si debitor notificauerit primam obligationem. Secundo creditori, hoc casu videtur obligasse secundo residuum eius quod restat vltra satisfactionem primi, & satisfacto primo creditore res remanebit obligata in solidum secundo l. & quae non dum. §. si res. ff. de pignor. idem erit si non certiorauit secundum. l. si quis in pignore. §. planè. ff. de pign. actione. secundo casu quando non apparet, cui primo, & cui secundo loco res fuit obligata, sed constat quod diuersis momentis, & sub diuersis conceptionibus verborum fuit duobus obligata; sed non potest constare, cui prius, & cui posterius fuit obligata, tunc illa res erit obligata cuilibet in solidum, & quilibet poterit agere in solidum contra extraneum possessorem, sed inter ipsos melior erit conditio occupantis leg. si quis à multis. ff. de noxal. Tertia sit conclusio, quod vnus ex haeredibus matris possidens praedium obligatum pro dote, tenetur illud respectu hypothecae diuidere cum alio fratre, & si illud consequorus fuerit actione hypothecaria debet illud communicare cum altera Neguś. de pign. & hypoth. 2. Memb. 5. p. numer. 48. Quarta conclusio sit quòd prior creditor praeferri debet secundo, etiam in bonis quaesitis per debitorem post obligationem gene-

generalem factam secundo, l.fin.C. quæ res pign. oblig.poss. Negusant.d.loco nume. 41. fallit in fisco, quia ex priuilegio fisci secundo loco creditor præfertur primo creditori in bonis quæsitis per debitorem post obligationem contractam cum fisco l.si is qui ff.de iure fisci, & qui dicit bona fuisse acquisita post obligationem debet illam probare. Quinta conclusio sit quod si debitor obligauit rem vni, & eodem die eandem rem alteri vendidit, & non apparet de prioritate, & posterioritate d.obligationis, & venditionis, & possessor conuenitur per creditorem hypoth. tunc onus probandi incumbit creditori agenti, aliàs non probata per eum prioritate succumbet, & vincet possessor l.de rebus C.de don.ante nupt.

21 Iuramentum primum præfertur secundo gl.c. licet de confess. 6. Cassan. de gloria mundi p.12. consi.90.vers.13.

22 Iurisdictionis causa quando illa competit in solidum cumulariuè est locus præuentioni Ber.cōs. 22.nu. 26.vol.1.consi. 76.nu.58.vol.1.consi.20. nu.4.vol.3.Anch.consi.58.nu.4.

23 Ius patronatus obtinebit primo genitus stante cōsuetudine, quod ipse succedat cæteris exclusis; Nam ius patronatus ab hęreditate gubernatur, vt qui est hæres illud obtineat, qui non est non obtineat Doct. c. cū seculum de iure patr. Innoc. rub. eod.tit.Lambert.de iure patr. 17.art.2. q. 2.p.lib. 2.Doct.com.ex insinuatione de iure patr. Tiraq. de iure prim.q.36.similiter si consuetudo extiterit, quod senior familiæ præsentet, tunc donec superestt quispiā ex huiusmodi familia is habet ius præsentandi ante alios extraneos, etiam si illis sit senior, sed si consuetudo haberet, quod senior patronatus id ius præsentandi habeat, tunc emptor, vel alius extraneus successor, si sit cæteris senior præsentabit, non autem si iunior Lambert. de iure patr.8.art.2.q.2.p.lib.1.&artic. 16. q. 5.d.2.p. lib.1. Tiraq. de tract.de primog. q. 37. præterea nota valere consuetudinem deferentem ius patronatus soli primogenito, quæ cōsuetudo debet esse pęscripta spacio saltem quadraginta annorum & ex certa scientia patriæ, & non per errorem introducta, nec vnico actu, sed pluribus introducta ita Tiraquel.d.tract.de primog.q.38.si tamen primogenitus præscripserit plura beneficia contra matres, non extenditur talis præscriptio ad alia non præscripta, quia præscriptio veluti odiosa non extenditur vltra quàm quis reperitur possedisse l. 1. §. siquis ff.de itin. actuque priu. Tira.d. tract.de primog.q.39.

24 Legatum factum duorum æquitum, quorum vnus detur fratribus minorum, alter verò fratribus prædicatoribus si vnus sit longè pretiosior altero, in dubio primò nominati tanquam potiora iura habentes eligere poterunt, Doct. com.l.si ita scriptum ff.de leg.3.Bart.l.qui duos ff. eod. ex ordine enim verborum præsumitur voluntas disponentis, & ordo intellectus c. in Christo de cons. dist.2.& quod prius est in voce, præsumitur prius esse in sensu l.si communis ff.de stip. seru.Doct.c. quoniam Abbas de offic. deleg. sicuti quod prius est scriptum, prius præsumitur esse factum Ener. in loco ab ordine nu.7. prioritas tamen litteræ nō attenditur, vbi actus annullaretur Alc.3.reg.pręs. in præs.14.nu.2.

25 Legatus præueniens ordinarium in causa procedere debet Abbas c. cum Ecclesia numer. 5. de appell.Bald.Auth. qua in prouincia numer. 6. C. vbi decrim.ager.oport. sed hodie aliter seruatur, nam dispositum est per Concil. Trid.omnes causas ventilandas esse primo in prima instantia coram ordinario capitulo causæ sess. 24.de reform. in princ.

26 Litteræ priores in data præferuntur cæteris Fel.c.capitulum col. 3. de rescr. Cassan. de gloria mūdi part, 12.consid.99.vers. quinto Dec. consil. 609.nume.10.

27 Loqui semper debet maior natus Eccl. 22. loquere maior natu Præpos.c.Episcopis 17.dist.vbi dignior primum votum dare debet Cassan.de gloria mundi p. 2.consi.19. per totam.

28 Nominatus primo magis censetur dilectus, & honoratus Bald. Auth. hoc amplius C. de fideic. not.c.siquis iusto de elect. 6. l. seruus communis ff.de stip. seru. Cassan. de gloria mundi p. 2. consid.17.Ias.leg.siquis testam. §.apud numer.4.ff.de leg.1.gl.capit.benè 96.dist.Doct.com.capitulo sedes de rescr.capit.quorundam de elect.6.not.leg. quoties ff. de vsufr. l. hæredes §. peto. ff. ad Trebell. Crau. consi. 147. Ideo ex duobus legatarijs primum nominatus, primo eliget Doct. com.leg. si ita ff.de leg.2.Tiraquell.tract.de iure primogen. q.19.numer.2.

29 Offerre debet ille, qui est primo genitus, secundo enim genitus in oblationibus, & processionibus cedere debet primogenito Cassan. de gloria mundi p. 1.consi.18.

30 Ordinarij præferuntur alijs, nam præueniunt omnes in prima instantia c. causæ sess. 24. Conc. Trid. quamuis de iure antiquo aliter disponeretur Ber.q.24.nume.4.

31 Possessio primo accepta est illa quæ præualet inter plures habentes eundem titulum eodem tempore c.si à sede de pręb. 6.& etiam in duobus habentibus diuersos titulos, quia præfertur cui primo tradita est l.quoties C.de rei vend. Cassan. de gloria mundi p.12.consid.99.ver.Decimo Ferrettus consi. 5.nu.9.consi.339.nume.6.cap.in pari de reg.iuris 6.ibi, in pari causa, vel delicto melior est conditio possidentis. Ampl. primo si duo emerunt eandem rem à diuersis non dominis, melior est cōditio possidentis l. sine autem §. duobus ff.de public.similiter, si duobus obligetur eadem res, & ignoratur, cui prius, melior est cōdirio possidētis leg. si debitor ff. de pignor. Tertio si duobus est concessum idem beneficium eadem die melior est conditio possidentis capit. si à sede de præb.6.Quarto si plures fuerint præsentati ad idē beneficium, melior erit conditio possidentis cap. quod autem cap. Pastoralis de iure patron. Quinto si duo fuerint pretensi primo geniti, & dubitatur quis fuerit primus, melior erit conditio possidentis not.l.fin.C.de rei vend. Sexto Ampl.in casu posito à gl.c.afferte de pręsumpt. quod si vtraque mater dixisset, quod altera tantum dixit scilicet

cet date huic infantem viuum,& non occidatur, tunc ei fuisset infans ad iudicandus, quæ erat in possessione, nisi alia probatio interuenisset Conc. Barb.l.in illa.ff.de verb.obligat. Septimo amplia. cum dubitatur,an bona Prælati mortui sint acquisita ex bonis Ecclesiæ, an ex bonis patrimonij, is præferendus est, qui in possessione est, nisi aliter constet,gl.c.sint manifesta, ver. probantur, t 2.q. 1.gl.& Arch.c.nulli, t 2.q.5.Abb.c. vnusquisque, de pec. cleric. Octauo diuersis testamentis eiusdem temporis hæredib. institutis præfertur possessor.Doctor.comm.l.fin.C.de edicto Diu. Adr. Toll.Bar.l.1.§.non autem,ff. de bon. poss.sec.tab. Barb.consi.35.lib.2. Nono duo sunt instrumenta,vnum scilicet liberationis apud debitorem, alterum autem cessionis apud alium, nec apparet, quod eorum prius, aut posterius sit confectum, erit potior conditio possidentis.Doct.d.l.fi.C. de ed. Diu. Adria.Toll. res enim incertas,ac dubias decidit possessio.Bal.consi.390.vol. 2. Decimo si fuerint duo eiusdem nominis, & cognominis, & vnus possideat instrumentum debiti, ille præsumitur esse creditor contentus in illo instrumento,non autem alter eiusdem nominis. Ias.l. 1.col. 2.ff.sol.matr Tiraq.de iure primogen.q.17.num. 11. Vndecimo si facta donatione inter virum, & vxorem dubium sit,vtr an vxor prior mortua fuerit, si hæredes viri vendicent adiectus hæredes vxoris,melior erit conditio possidentis, not.l.fin. C.de rei vend. Duodecimo amplia. cum dubium est,an feudum sit antiquũ, statur ab eo, qui est in possessione, siue is dicat feudum esse nouum, siue antiquum Doct.com.c.1.§.fi.de grad.succes. in feud Card.in proœm. feud. in 6. diuis. Tiraq. in tract.retr.tit.1.§.32.gl.1.num.93. Decimotertio ampl.si duo cõtendant de principatu, & ignoretur, vter verè Princeps sit, debet in dubio vasallus ei præstare fidelitatem,& homagiũ, qui principatum ipsum possidet, & ita faciens excusabitur,etiam si alter postea vincat.Guid. consi.65. & consi.91.& seqq.326.per §. oportet, de mand. princ.l.cuiuscunque,§.fi.ff.de vsufr.Decimoquarto ampl.si ignoratur, an filius sit alterutrius duarum fœminarum,& præsertur, quæ in quasi possessione est pl.q.19.Brix.q.Dom.56.Albe.rubri. C.ad Sen.Orphic.Decimoquinto ampl.si à diuersis non dominis eadem res diuersis etiam vendita est,potior est non is, cui priori res tradita fuerit,sed qui rem ipsam nunc possidet,glo.& Doct. l.siue autem.§.1.ff.de pub.in rem act.gl.in ea,§.1. ff.de act. empt. Decimosexto ea vis est possessionis, quod transferat onus probandi contrarium in non possidentem,no.l.qui accusare.C.de eden do.l.2.l.si possideris,l.matrem,C.de proba Bal.l. de rebus, C. de donat. ante nupt.& ibi ambarum partium testes sint pares pronũciabitur pro possessore,c.ad aures,de præscrip. Clem.1.vt li.penden. Decimoseptimo ampliatur procedere etiam contra piam causam,vel aliter priuilegiatam, gl. l.matrem, C. de probat. Decimo octauo procedit etiam in q. iuris nedum facti, Tiraquell. de iure primogen.17.q.in 11.opin.num.25. Decimo nono etiam si possessor sit actor. Aret.c.in nostra,de probat. Vnde regula qua habetur reum esse in dubio absoluendũ declara procedere cum reus possidet,secus si actor possideat, verum quia rei, vt plurimum possident, ideo regula posita est pro illis. Vigesimo ampliat. etiam si primæuus status naturæ repugnet, siue possessioni, siue quasi possessioni,Bal.l.Titia,col.2.ff. solut. matrim.vbi aut status quem inducit possessio, vel quasi, potest naturaliter inesse ab origine, & tunc releuat ab onere probandi,§. circa, ff. de probat. aut non potest naturaliter inesse,& tunc refert an possit inesse de iure communi,sine præiudicio tertij,an verò non possit inesse,nisi de iure speciali. Primo casu, aut deducitur incidenter, & releuat ab onere proband. di.l.sicuti,§.sed si.ff.si seru. vend. Auth.deducitur principaliter,& tunc possessio non releuat ab onere probandi.l.3.§.hoc autem.ff.de itinere actuque priu.Oldr.l.pen.ff.de condi. insti. Cyn.l.2.C.quæ sit longa consl.l.2.C.vbi causa stat.l. 2. C. de seru. & aqua. Secũdo casu quando scilicet status quem indicat, primo non potest inesse, nisi ex priuilegio cum alterius iniuria, & tunc nunquam releuat ab onere probandi, quia habet contra se præcedentem necessitatem veritatem, quæ ex præterito infert in sequentia, nisi contra probetur, c.ad decimas,de restit. spoliat. Vigesimo primo is præferri debet,qui primo possessionem hæreditatis, siue iuris primogenituræ nactus fuerit post mortem patris, etiam si is tempore litis contesta. non possideat,l.quoties.C.de rei vendic.Tiraquell.de iure primog.q.18.in concl.9.

32 Præstantiæ reddendæ sunt secũdum ordinem quo factæ sunt,vt priori mutuatarij prior reddatur.Baldus leg.vnica,§.sed vt manifestatur,C. de caduc.tolli.

33 Præsentatus primo cæteris paribus est præferendus alijs.Ioan.And.c.in re communi, de reg. iur. 6.Dec.consi.129 num.1.

34 Præuentioni,seu præoccupationi locus est cæteris paribus,l.si quis postquam.ff.de iudic.l. pluribus,l.si is qui stychum.ff.de proc.l.incola. ff. ad municipal.l.qui prior,ff.de iudic.l.si pluribus, ff. de legatis primo.l.1.§.sin autem,C. de com. seruo mao.c.non iniustè,de procurat.c.si duo,eodem titu.6.c.si quis iusto, de electio. 6 glo.l.vnum.§.si duos,ff.de leg.2.l.per agrum, C. de seru. & aqua. Vnde Bart.l.quominus.q.5.ff.de fluminibus. dicit eum esse præferendum, qui prior occupauit opus molendini, aut ductus aquæ. Vnde si duo sunt quorum quilibet habet ius efficax, melior est præuentionis conditio.Bal.l.1.nume. 43.ff.de rerum diuis.l.si cum emptore, ff. de pact. Bellam. c.vt debitus,num.8.de appellatio. Mandos.reg.3. Cancel.q.5.num. 1. & præuentio maximè locum habet inter æquales iudices Grammat.decisi.30. num.7.l.1.ff.de offic.præsid.idem Gramm. decisi. 27. numer. 11. pro declaratione huius trigesimæ quartæ ampliationis notandum est, quod præuentio inducitur pluribus modis,quandoque scilicet per citationem, quandoque per libellum, quandoque per sententiam.Bart.l.si pluribus.ff.de leg. 1.Alex.l.si Titius,ff.de verb.oblig. not.c. capitulum Sanctæ Crucis,de rescri.c. si duo,de proc.6,

quæ

quæ procedunt cum tali distinctione videlicet, aut tractatur de occupatione exercitij iurisdictionis, & tunc occupasse dicitur per citationem, quia citatio de exercitatione iurisdi. est l. vbi cęptum, ff. de iudi. quandoque tractatur de præuentione in ordine præcedendi. & ille dicitur præuenire, qui dedit libellum, quia de ordine procedendi est l. prior. l. tribus, ff. de iudic. quandoque tractatur de occupatione respectu eius effectus de quo agitur, & tunc aut plures agunt ad idem, aut ad diuersum; si ad idem, aut ex eadem causa, aut ex diuersa; si ex eadem aut non est possibile illas causas duas esse simul veras, & tunc dicitur primo occupasse, qui prius ad sententiam venit, quia pro illo ius saltem incipit præsumptiuè cōstare, quod habebat bonam causam, l. is à quo. ff. de rei vend. l. penult. ff. de petit. hæred. si verò possunt esse simul veræ illæ causæ, & sunt, & tunc habuerunt originem eodem tempore, & ille dicitur occupare, qui peruenit ad litem contestatam, l. si pluirib. ff. de legatis secundo, l. si ex duobus reis. l. fideicommissam, §. interdum ff. de legatis tertio, si verò non habuerunt originem eodem tempore, & tunc ille dicitur præuenisse, qui habet prius ius petendi, l. in operis. ff. locati, si verò non petitur idem, sed diuersum & ex diuersis causis, tunc per litis contestationem, nemo dicitur præoccupare: quandoque cuiuslibet petitio tendit ad diuersa, sed oportet quod deueniatur ad sententiam, quæ est causa mediatæ executionis, & ille in executione dicitur præuenisse, l. si quis à multis. ff. de noxalibus, alia est distinctio, quia aut quærimus de iure quærendo, aut verò de quæsito. Primo casu quo ad iuris noui quærendi exclusionem, sufficit præuentio per litis contestationem. Secundo autem casu cum agitur de iure quæsito præferendo fit occupatio per citationem. l. si quis postquam, ff. de iud. Bart. l. si pluribus. ff. de legatis secundo. Iodocus in praxi crim. tit. de remissione, num. 5. Iaf. d. l. si pluribus, num. 21. Marsi. l. fin. nu. 202. ff. de iurisdictione omnium iud. his ita suppositis declara, vt præuentioni non sit locus, quando pręuentio est procurata. Aldrob. inst. de excus. tutor. §. item num. 15. Secundo non est locus præuentioni cum vna causa est major altera. l. contra. §. is qui. ff. de re iud. Bart. l. 2. §. fin. num. 2. ff. de custo. reis. Oldr. consi. 234. Doct. c. cum parati, de appel. Menoch. de arbit. iudi. lib. secundo, Cent. 3. cas. 237. nume. 18. Tertio præuentio nimis accelerata nihil prodest, Rebuff. regu. de verisi. not. in glo. quinta. Quarto nō habet locum præuentio, quando fit maleficium in loco communi duarum ciuit. quia ad vtriusque ciuitatis potestatem cognitio spectabat, cum eorum territorium offenditur. l. 2. §. fin. ff. de his qui deiec. Quinto non habet locum præuentio, cum dubitatur in cuius territorio sit commissum delictum, nam tunc ratione dubij vtriusque ciuitatis rector procedere poterit. Bart. tract. de iurisdict. omnium iud. num. 14. l. iuris. §. cum oriundos. nu. 2. ff. de exc. tutorum. Sexto non habet locum præuentio, quando aliquis in originis loco non fuit bene punitus, quia tunc poterit puniri in loco perpetrati delicti. Bal. l. penult. C. de exec. rei iud. quæstin. septima, quod procedit quando minor pœna ordinaria delicti reo imponeretur, quia tunc puniri potest in alio loco, vsque ad supplementum illius pœnæ ordinariæ. Septimo non habet locum quando vnus iudex præuenit in citatione verbali, & alter postmodum in citatione reali capiendo reum, quia captura personaliter facta, licet sit posterior erit potentior verbali citatione. Angel. de malef. ver. iud. commissit Cepol. tractat. de seruit. rustic. præd. tit. de mari. c. 26. num. 21. & hoc fallit, nisi quis procurasset se capi, vt euitaret iudicium primi iudicis citantis. Guid. consi. 153. nume. secundo. Octauum non habet locum, quando aliquis iudex erat impeditus. Rom. sing. 141. Bar. l. si maritus, ff. de adulter. Nono præuentioni non est locus in actu nullo. Archid. c. non ita, 2. q. 6. Ang. l. si quis postea. ff. de iudic. Decimo hoc idem si citatus fuit contumax in comparendo, quia tunc vterque iudex poterit procedere. Ange. l. euidenter. ff. de exec. rei iud. Hieronym. de monte tract. defin. reg. c. 25. num. 16. Vndecimo præuentio iurisdictionis contra vnum socium non seruit quo ad alios Cyn. & Bal. l. prima. C. qui accusare non possunt. Bart. & Alexand. l. denunciasse. §. quæritur. ff. de adulter. Duodecimo præuentio in causa ciuili non inducit præuentionem in causa criminali. l. de fide. C. de fals.

35 Probatio primo facta facit aliquem præcedere in possessionibus, not. capitul. quorundam, de electio. sexto. Abb. capitul. Nicolao, de appellat. capitul. sedes, de rescript. capitul. Auar. de præb. not. cap. fin. de pact. 6. vbi glo. & glo. Clem. vnica, ver. regum de Baptismo, glo. cap. bene. 96. distin. glo. l. si fundum. §. his verbis. ff. de legat. 1. Euer. in loco ab ordine, num. 13.

36 Primogenitus cæteris paribus alijs secundogenitis, magis honorandus est Tiraq. in præf. tracta. de iure primogenitorum, num. 39. & seq. vbi latè de prius. primogenitorum, l. semper. ff. de iur. Imola, vbi semper veneranda senectus.

37 Priuilegium primum præfertur secundo Baldus consi. 279. volumin. tertio. principibus enim conuenit illud semel locutus est Deus Iob. capit. 23. & debet habere vnum calamum, & vnam linguam; vnde concessio Principis facta contra primam non valet Roman. consi. 218. Alexan. consi. tertio, volum. quinto.

38 Promissio primo adimplenda est, quæ primo fuit facta, l. in operis. ff. locati. Cass. de gloria mundi, par. 12. consid. 99. ver. 3.

39 Promotus primo prius præferri debet, c. eṗs, dist. 18. c. dictum. 23. distin. Cassan. d. loco, ver. 9.

40 Rex dicitur ille, qui nascitur primo ex priuato deinde pater factus est Rex, & alium suscepit filium, quia licet ipse sit natus ante regnum patris, interim dum pater est priuatus non dicatur filius Regis, tamen cum primum pater Rex fuerit is quoque filius Regis fuit, ita in puncto Tiraquel. de iure primog. q. 32. nu. 27.

41 Rubricarum ordo attenditur, vnde digniora censentur, quæ primo loco posita sunt Euet. in loco ab ord. rub. per totum.

42 Scriptus primo censetur magis delictus not.l.
quoties ff.de vsufr.l. generaliter §. quis ergo ff.de
fideic.lib.Ias.l.2.§.prius ff.de vulg. Fel. c. cum de
rescr.vnde si dicatur quod aliquis dabat rem ad
censum in Emphyteusim, eo quod primo diceba
tur ad censum talis contractus erit iudicandus
censualis, non Emphyteoticus Ias.l.2.q.8.C.de iu
re Emphyt.similiter quod prius est scriptũ,prius
præsumitur factum, & hoc nisi sic interpretando
actus principalis præcedens redderetur nullus,
qui si fingatur sequi erit validus, & vterq; actus
sortietur suum effectum,tunc enim debemus con
uertere ordinem scripturæ vt valeat dispositio in
utroque Euer.in loco ab ordine nume. 8.Decis.9.
nume.3. de præb. Cassan.de gloria mundi p. 12.
consid.99.vers.11.& in consu.& burg. tit.de Be-
trayct.§.10.nume.5.

43 Sedens in primo loco dicitur magis honorari
gl.§.aliam ver.altiori inst.de bon. poss. Cassan. de
gloria mundi consid. 12.par.1. Tiraquell. de iure
primog. in proœm. numer. 3. Maranta in proœm.
numero 10.

44 Sententia primo loco data præfertur secundæ
leg. iudex. ff. de re iud.gl.1. §.1.inst.quibus mod.
test.infirm.

45 Sponsalia prima per verba de præsenti derogãt
posterioribus etiam copula carnali subsecuta in
secundis c.si inter de sponsal. dummodo prima
sponsalia sunt legitima, Cassa.da gloria mundi p.
12.consid.99.vers.14.

46 Successor prior in gradu quando agitur de suc
cessione ex testam.in prælegato excludit nepotem
ex fratre Ferrettus consil. 384. numero 6. secus
si agatur de successione legali, quia tunc filius
in locum patris succedit Roland. consilio 68.
numero 2.

47 Titulus prior in possessione & posterior in tit.
priori in solo titu. præfertur Sal. l. qui tibi nu.1.
ff.de hæred.vel act. vend. prior enim in tit. etiam
ab inferiori debet præferri in possessione adipiscẽ
da,& q.petitorij, quæ requirit indaginem reserua
tur Ferrettus cons.27.nu.4.

48 Vocatus primo magis censetur dilectus Sociu.
Iun.consi.162.nu.16.vol.2.cons.100.nu.10.eod.
vol.dixi super Ampliat.28.

49 Vsura prior dicitur esse, qui primo fuit in sorte
Alber.l.Lucius nu.5.ff.qui pot.in pign.habeatur:
8 hæc † pauca dicta sufficiant pro ampliatione hu-
ius regulæ,quę procedit ĩ vniuersis ferè dispositio
nibus Portius consi.28.nume. 12. in his præcipuè
9 quorum par est causa,secus † si fuerit dispar Ca-
gnol.l.cum quid nume. 34. ff. si cert. pet. Fulgos.
Auth.Sed iam necesse C.de don.ante nupt. nu.3.
10 similiter procedit † nisi aliter constet de mente di
sponẽtis c.pen. de pręb.6.in incertis enim non in
certis locus est coniecturis l. continuus §.cum ita
11 ff. de verb. oblig. † Euer. in loco ab ordine nume.
12.qui nu.15. d. loci limitat quadrupliciter. Pri-
mo quando duo narrantur per ordinem in aliqua
12 constitutione circa honesta, & † laudabilia,seu cir
ca actus virtuosos. Tunc enim ex ordine argui-
tur prærogantia;nam dignior censetur præponi,
secus autem vbi duo enarrantur circa turpia, vel
vbi aliqui notantur de aliquo vitio, tunc enim à
vilioribus, & magis infestis est incipiendum. Se-
cundo limitatur nisi ex pręcedentibus,& sequen-
13 tibus,aut alijs † coniecturis colligi posset contra-
rium. Cepolla consi. 13.præpos.c.cum ad verum
14 96.dist. Tertio hoc procedit in dubio,secus † quã
do aliud reperiretur in iure decisum gl. cap. 1 de
15 iur.col.6. Quarto fallit † quando ordo positus es-
set gratia exempli tunc enim non curatur ordo
capit.decernimus de iudic.& sic habes quomodo
procedat regula prioritatis non solum respectu
temporis, verum etiam respectu ordinis scriptu-
ræ, siue alterius dispositionis. facit ratio de actu
16 primo, quia quod semel placuit, amplius † displi
cere non debet c. quod semel de reg.iur.6.
17 Quæ ratio limitatur primo † in appellatione se
cunda,quam siquis prosequatur videtur recede-
re à prima Ias. leg. qui bis idem ff. de verb.oblig.
Doct. l. si procurator §. si dominus ff. de oper.
18 nou.nunc.Secundo fallit in † codicillis, quia vlti-
mi tollunt priores gl.fin.l. cum proponatur & ibi
19 Bart.C.de † testam. Tertio fallit in contractibus l.
cum in plures §.locator horrei ff.locati l. 1. §.fin.
ff.de stipul. seru.l. clari C. de fideic. adeo vt in se-
cundo non sit necesse apponere clausulam cassan-
tem primum,nam tacitè intelligitur præsertim in
ter easdem partes Bald. c. 1. de transact. Quarto
20 fallit in consuetudine. quia † vltima cõsuetudo
si fuerit perfecta, seu pręscripta derogat præceden
tibus gl.l. nemo §. temporalis vbi Dec. ff. de reg.
iur.Doct.c.fin.de consuet. not.l.fin. C. de seru. &
21 aqua. Quinto declaratur vt † clausula secunda vbi
ad concordiam reduci non possit deroget primæ
22 Ias.l. pacta nouissima C. de † pact. Sexto declara-
tur, vt vltima fama tollat priorem gl.l.si mater.C.
ne de statu defunctorum Bart. l. fin. C. si seruus,
aut libertus lib. 10.l.is potest ff.de acq.hæred.Bal.
l.sacro sancta C.de sacro sanct.Eccl.l. fin.ff.de fer.
23 Septimo † limit. in secundo iuramento quod pre
24 fertur primo l. duobus §. fin. & † l. seq. ff. de iure
iur.c.tua nos eod.tit. Octauo lex secunda derogat
primæ l.sed,& posteriores ff.de legibus not.c.1.de
const.6.Alex.consi. 32.vol.4. Nono vltima legata
25 tollunt priora † leg. rem legatam ff. de adim. vel
trãsf. legat. Decimo per secundũ mandatũ dero-
26 gatur primo l. si quis cum † procuratorio ff. de
procurat.Abb.c.non iuste eod. tit.l.si quis eum §.
fin.ff. eod. tit. Vndecimo mora vltima nocet pri-
27 mæ not.gl.l. illud † ff. de peric. & com. rei vend.l.
28 seruum §.sequitur † ff.de verb.oblig. Duodecimo
certio fallit quando plures opiniones referuntur
à lege vel à gl. nam vltima eo in casu censetur ap-
probata alijs reiectis Bart.l. bona fides ff.depositi
l. qui filium §. sabinus ff. ad Trebell. nisi prima
saperet æquitatem, secunda saperet æquitatem, se
cunda verò rigorem, vel nisi prima affirmaretur
pro vera, secunda autem alij sic. Decimo quarto
29 in pactis, quæ † vltima derogant primis leg.pa-
cta nouissima C. de pact.l. 1.§.fin. ff. de stip.seru.
Bald.leg. Clari C. de fideic. Decimo quinto fallit
30 in possessione, nam vltima † possessio simpliciter
attenditur Bald.c. 1. de feudi cogn. Ioan.And.ca.
cum Ecclesia de elect.Oldr.consi.313.not.c.cum

Eccle-

Eccleſia de cauſa poſſ. & propriet. Feder. conſil.
31 234. Calder. conſ. 12. de iure patr. † Decimoſexto
fallit in poſtulatione, in qua licet variare etiam
clerico not. c. bonæ il 2. de poſt. præl. gl. & Abb. c.
32 cum cauſis, de elect. † Decimoſeptimo fallit in
præſentatione, nam ſecunda præſentatio præfer-
tur primæ not. cap. cum autem de iur. patr. gl. &
Doct. Clem. plures eod. tit. Roch. de curte tract.
33 de iure patr. ver. honorificum q. 9. † Decimoocta-
uo fallit in reſcriptis; nam primum tollitur per ſe-
cundum c. 1. c. cæterum & ibi Doct. de reſcr. De-
34 cimonono † fallit in ſententia interlocutoria, quæ
tollitur per ſecundam leg. quod iuſſit. ff. de re iud.
ſecus tamen eſt in definitiua, in qua licitum non
eſt variare. leg. 1. C. quando prov. non eſt neceſſe
Doct. l. nam & poſtea. §. ſi damnetur. ff. de iure iur.
c. cum inter de re iud. Din. c. ꝙ ſemel nume. 2. de
35 reg. iur. 6. † Vigeſimo quemadmodum ſecunda
lex derogat primę, ita primum ſtatutum tollitur
per ſecundum Bart. leg. omnes populi vlt. q. 3. q.
princ. ff. de iuſt. & iure Alex. conſi. 58. vol. 4. Rom.
36 conſ. 57. † Vigeſimoprimo fallit in vltimis volun
tatibus, nam primum teſtamentum tollitur per
ſecundum gl. & Doct. com. §. l. inſt. quibus mod.
teſt. infirm. Din. c. quod ſemel nu. 13. de reg. iur.
6. l. 2. §. pen. ff. de adim. leg. l. hæc conſultiſſima. §.
ſi quis autem l. ſancimus. §. ſin autem. C. de teſtam.
c. cum Marthæ de celeber. miſſ. gl. c. fin. 12. q. 2.
37 Vigeſimoſecundo fallit † in conſtitutione Vica-
riorum: nam per conſtitutionem ſecundi reuo-
catur primus Ioan. Andr. cap. ſua de offic. vic. c. 1.
38 eod. tit. lib. 6. † Vigeſimotertio fallit in omni ca-
ſu, in quo licitum erit variare, tunc enim ſemper
vltimus actus derogabit primo, & eſt primo va-
lidior, & excellentior not. leg. prætor ait. §. ali-
quando. ff. de nou. oper. nunc. Bart. leg. ſi ſterilis. §.
qui domum. ff. de act. empti. Et ex his ſit expedi-
tum hoc quintum opuſculum quo habetur quod
qui prior eſt tempore potior eſt in iure capit. qui
prior de reg. iur. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Natura accidenti præfertur.*
2 *Natura eſt conſtans, & perpetua, accidens verò fa-*
*cile mutatur.*
3 *Ius naturale immutabile.*
4 *Lex imitatur naturam quantum poteſt.*
5 *Iura ſanguinis nullo iure dirimi poſſunt.*
6 *Accidens non mutat naturam ſubiecti.*
7 *Naturalia non debet quis dimittere propter acci-*
*dentale.*
8 *Naturalis cauſa in dubio magis præſumitur quàm*
*accidentalis.*
9 *Naturali vitio parcitur.*
10 *Natura capitur multis modis.*
11 *Accindens quid ſit.*
12 *Idiomata plura ſi concurrant quid prævaleat.*
13 *Domicilij appellatione debet intelligi de originali.*
14 *Filiorum appellatione qui veniant.*
15 *Poſthumo inſtituto etiam ſi filius habere non poſſit*
*an tollatur primum teſtamentum.*
16 *Pupillo & furioſo ſimul datur tutor. non autem*
*curator.*
17 *Pater præſumitur amare filium ſuum.*
18 *Exhæredatio filij præſumitur iniuſta.*
19 *Auus præſumitur dotare nepotem contemplatione*
*filij.*
20 *Legatum factum rectori alicuius Eccleſiæ conſan-*
*guineo præſumitur factum intuitu ſanguinis.*
21 *Alienatio facta à prælato conſanguineo de rebus*
*Eccleſiæ præſumitur in damnum Eccleſiæ.*
22 *Prima charitas incipit à ſe ipſo.*
23 *Naturalis cauſa concurrens cum accidentali quo-*
*modo procedat.*
24 *Ratio naturalis facit præſumi cauſam finalem.*

## *Opuſculum Sextum.*



1 ATVRA † accidente præfer-
tur l. qui habent. ff. de tutelis in
in fine ibi, cũ magis ætati, quàm
dementiæ tantiſper ſit conſulen-
2 dum; vnde natura dicitur † con-
ſtans, & perpetua: accidens au-
tem facilis reſolutionis, Afflict. Deciſ. 282. nu. 11.
ſicuti dicitur ius naturale immutabile, ciuile au-
tem ſecus. §. ſed naturalia inſt. de iure nat. Gent. &
3 Ciu. ciuilis enim ratio † ciuilia iura corrumpere
poteſt, naturalia verò non vtique inſt. de leg. agn.
tut. in fine, & quod non poteſt fieri naturaliter,
4 non poteſt etiam ciuiliter Alex. leg. † poſſidere. §.
ex contraria numer. 4. vbi Bart. numer. 2. ff. de
acq. poſſ. immo lex imitatur naturam quantum
5 poteſt. §. minorem inſt. de adopt. † hinc eſt quod
dicitur iura ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſ-
ſe leg. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. accidentalia
enim non faciunt rem diferre ſpecie Iaſ. l. Marcel-
lus nu. 3. ff. ad Trebell. leg. 1. numer. 32. ff. de acq.
6 poſſ. nec mutant naturam † ſubiecti. l. natura-
lem. §. apud. ff. de acq. rerum Dom. Ber. capi. Ray-
nutius num. 300. de teſtam. vnde quis dimittere
non debet naturalia propter accidentalia. Bald.
7 leg. nec ei numer. 2. ff. de adopt. † & cum dubita-
tur an ſit cauſa naturalis, vel ciuilis, in dubio po-
tius præſumi debet naturalis, Caſſan. in con-
8 ſuet. Burg. tit. des † foreſt. §. 1. numer. 7. ſicuti ver-
ba naturaliter, non autem ciuiliter intelligi de-
bent Bert. conſi. 71. numer. 21. volumin. 1. conſi.
22. numer. 63. volumin. 2. & natura quod negat
nemo fęliciter audet. leg. amiciſſimos. §. Lucius.
ff. de exc. tutor. naturalique vitio parcitur gl. leg.
9 fluminum. §. vitium. ff. de damno † infecto Conc.
cum primo axiomate Caſſan. tract. de gloria mun
di p. 12. conſid. 50. Alex. leg. ſi quis poſthumus
num. 2. ff. delib. & poſth. Angel. l. neceſſarium nu-
mer. 8. de ord. iud. Goffredus. leg. necem numer.
19. ff. de bon. libert. Iaſ. leg. cunctos populus nu-
mer. 25. C. de ſumma Trin. & fide Cath. leg. ſi is
qui pro emptore numer. 216. ff. de vſucap. Socin.
rub. de iud. numer. 3. Natta tract. ſtat. q. 3. nu. 23.
Alciat. conſi. 93. numer. 12. Bertr. conſi. 263. nu-
10 mer. 5. volu. 10. pro declaratione † huius opuſcu-
li notandum eſt, ꝙ natura capitur multis modis.
Primo pro natura naturante, quæ Deus eſt l. ſed
etſi. §. fin. ff. de iud. Secundo pro omni eo, ꝙ natu-
ralis ratio comprehendit, ſecundum quod dicitur
hoc

hoc non eſt in rerum natura.§.1.inſt.de inut.ſtip.
Tertio modo accipitur natura pro naturali ratio-
ne, quæ noo permittit entia de non entibus prædi
cari non è coorrario, & quæ non poteſt facere en-
tia non entia, & quæ entia noo comprehendit.
Quarto modo accipitur natura pro naturali Dei
ordinatione, & ſecundum quam omnia produ-
cuntur in mundum, hoc modo monſtruoſa dicun
tur contra naturam. leg. non ſunt. ff. de ſtat.hom.
Quioto pro re humana, quæ in lucem prodijt. l.
qui in vtero.ff.de ſtat.hom. Sexto pro naturali ra-
tione, quæ excepta prima natura naturāte primo
Deo, cuius ſecreta ſunt inſcrutabilia. c. ſi quando
de reſcr. omoes comprehendit. §.quod verò inſt.
de iure nat. Gent. & Ciuil. Bellamera.c.bonæ ou.
11 55. de elect. ſecundo † notandum eſt quod acci-
deos dicitur quod abeſt, & adeſt præter ſubiecti
corruptionem, vnde circuuſtantia dicitur acci-
dens not.l.aut facta.ff.de pen. Alber.l.per ſeruum
num. 5.ff.de vſu & habit. Quibus ita ſuppoſitis
12 infertur. Primo † ſi in aliqua prouincia ſint duo
idiomata, vnum naturale, alterum autem acciden
tale, ſi quis ſciens tantum accidentale naturale au
tem noo, & impetrauit beneficium in dicta pro-
uincia an illud ipſe obtinere poſſit. Reſp. Quod
non, quia verba naturaliter, non autem accidenta
liter capi debent Bart.l.1.§.hoc interdicto de fon
te Gomeſ. per hanc reg. in reg. Cancell.de idiom.
13 q.9. Secundo cum ſit mentio † de domicilio de-
bet intelligi de domicilio originis, oon autem ha-
bitatiooís.l.libertus.§.præſcr.verſ.cum ſimil.ff.ad
Municip. gl.l. ciues. C. de incol.lib.10.l.1. C. de
Munic. & orig. lib.10.not. ſpec. tit.de comp.iud.
§. 1. verſ.42.gl.c. ex parte de foro comp. Dnm.c.
accedens, vt lite non cont. Doct.c. nullus de tem-
por.ord.6.gl.Clem. Paſtoralis verſ.orig.de re iud.
& hoc niſi ſubiecta materia aliter ſuadeat Alciat.
14 conſi. 53. num.12.& tract. † præſ.reg.1.præſ.37.
num.5. Tertio cum ſit mentio filiorum non com-
prebenduntur adoptiui, vbi ſunt verè filij nec le-
gitimati cum ſit mentio de legitimis, & naturali-
bus, quando ad ſunt verè legitimi ita Doct.l.ſi is
qui pro emptore.ff.de vſucapion. Natta tract.ſtat.
15 q.3.num.23.Alc. conſil. 53.num.13.† Quarto ſi-
quis poſthumos, quos per ætatem, aut valetudi-
nem habere fortè noo poteſt, hæredes inſtituerit
ſuperius teſtamentum rumpitur, ꝙ natura magis
in homine generandi, & conſuetudo ſpectanda
eſt, quàm temporale vitium, aut valetudo, pro-
pter quam abdicatur homo à generandi faculta-
te. l. ſi quis poſthumos, & ibi Doct.com.per hanc
16 reg. ff. de lib.& poſth. † Quinto ſiquis fuerit pu-
pillus, & furioſus, & peccet in natura, & acciden-
ti dabitur ei tutor, ſecuodum cauſam naturalem,
quæ ſolet dari pupillis, non autem curator ad
cauſam accidentalem, qui ſolet dari furioſis l. 3.
ibi Doct.ff.de offic. aſſeſſ.l.qui habent. ff. de tute-
lis Brunus tract. de rebus dubijs coocl. 5. in fine.
17 Sextu † quia pater præſumitur naturaliter amare
filium ſuum, ſi ipſum verberauerit dicetur hoc
egiſſe correctionis, & cauſa amoris, non aũt odij,
niſi atrocitas pęnæ aliud ſuadeat.l.1.C.de emend.
prop. quo caſu oó poteſt ſe defendere, nec filium
ſuum repercutere, quia vbi licita eſt offenſio red-
ditur illicita defenſio Bart. l. vt vim. ff. de inſt. &
18 iure. Septimo † exhæredatio facta de filio à patre
præſumitur ioiuſta, niſi probetur ingratitudo, ex
quo naturaliter filij ſunt grati parentibus gl.l.fin.
de his, quæ met.cauſa l.omni modo.C.de iooffic.
teſtam. & ſic attenditur quod naturaliter in eſt,
non autem quod accidentaliter extrinſecus ſequi
19 tur. Octauo † auus præſumitur dotare nepotem
cōtemplatione filij l.dedit de collat.bon.niſi con-
ſtaret ſecus de mente dotantis leg. auus. ff.de iur.
dot. in dubio enim filius naturaliter magis cenſe-
tur amari, hoc idem ſi donatio facta fuerit vxori
per conſanguineos mariti dicetur enim donatio
facta cootemplatione ipſius mariti Doct. com. l.
ſed & ſi. §. in arrogato. ff.vulg. Alciat. tract. præſ.
20 reg. 1.præſ.18.num.1. Nono † ſi quis leganerit re-
ctori alicuius Eccleſiæ affini ſuo præſumitur le-
gaſſe contemplatiooe ipſius, nō autem Eccleſiæ:
propterea poterit rector de legato diſponere ad
ſui beneplacitū Auth. licentiam. C. de ſacr.ſanct.
21 Eccl. not. c. requiſiſti de teſtam. † Decimo aliena-
tio facta per prælatum in conſanguineum præſu-
mitur eſſe in damnum Eccleſiæ Auth. quibuſcun
22 que, C. de ſacr. ſanct. Eccl. Vndecimo † quilibet
præſumitur prius res curare proprias, quàm alie-
nas, c.qui vult de pęnit.diſt.3.l.quæ ſeruendarum
ff. de præſcr. verb. à natura enim inſitum eſt ho-
mini, vt prima charitas incipiat à ſe ipſa l.præſes.
C. de ſeru. & aqua, is ita ampl. diſtinguendo di-
23 cas, quòd quandoque cauſa † accidentalis, & natu
ralis ſunt inuicem repugnantes, & tunc præualet
accidentalis, cum natura alteretur l.1.§.beſtias.ff.
de poſt. quandoque verò cauſa naturalis, & etiam
accidentalis poſſunt ſimul cōcurrere, & etiam ef-
fectus earum ſe compatiuntur, & tunc vna non
præualet alteri l. cum pater. ff.de iure dot.adden-
tes ad gl. d. l. qui habent Paulus autem in l. ſi ea-
dem numer. 5.ff.de offic.aſſeſſor.dicit, quod acci-
dens mutat naturam, & potius inſpicitur accidēs,
quàm natura, quod verum eſt in occurrentibus
poſt accidens, ſed in occurrentibus aote inſpici-
tur cauſa naturalis aliàs origo naturalis, & hoc
quando ſe non compatiuntur, aliàs in concurſu
vtriuſque potius inſpicitur cauſa naturalis, quam
accidentalis l. filiu.ff.de lib.& poſth.& d.l.qui ha-
bent, & iſta inducuntur ad quæſt.ſi conceſſæ ſint
repræſaliæ contra Florentinos, & aliquis oriun-
dus de Florentia tranſtulit domicilium ſuum Bo-
non. vtrum cootra ipſum poterint exerceri repræ
ſaliæ? Reſp. Quod non per l.ſi eadem. ff.de offic.
aſſeſſor. quia videtur deſijſſe eſſe Florentinus, &
hoc ſi poſt tranſlationem domicilij conceſſæ ſunt
repræſaliæ, vel euenit cauſa, propter quam ſunt
conceſſæ, aliàs ioſpicietur origo ſi prius eſſent con
ceſſę, vel cauſa obueniſſet arg. l. ſi quis poſtea d e
iud.l.Incola.ff.ad Munic. quid è conuerſo, ſi Bono
nienſis tranſtulit ſe Florentiam an poterunt exer-
ceri cootra eum tanquam Floreotinum? Reſp.
Quod non, quia licet videatur deſiſſe eſſe Bono-
nienſis, oon tamen incipit eſſe Florentinus, cum
non ſit oriundus, & hoc verbum non verificatur,
niſi in oriundo.l. ſed reprobari.§.hoc amplius.ff.
de exc.

de exc.tutor.vet.cominenſes, nut. l.1. ff. de tuto.
& cura.dat.ab his, l.1.ff. ad munic. Bar.l. prouin-
ciales, ff.de verb.ſign.Paulus d.l.ſi eadem, nume,
6.ff.de offi.aſſeſſ. Et ex his habes declaratum upu
ſculum præſens, quo habetur naturam accidenti
23 præferri, addas † quod ratio naturalis etiã non ex
preſſa in lege, vel alia diſpoſitione facit præſumi-
cauſam finalem. Tiraq.reg.ceſſante cauſa, limita,
1.num. 67. nut.l. cum ratio, ff.de bon.damn.l.1.
§.in prim.C.de caduc. toll.l.1.§. ſi id quod. ff. de
actio.& oblig.l.itaque.ff.ad l.Aquil.l.ſi à patre. §.
vltimo.ff.de petit.hæred.l.2.§.1.ff. de vſufruct. §.
1.inſt.de nupr.glo.l.1.de pact.l.1.ff. de leg. præſt,
l.reſcripta.C.de prec.imper.offer.l.ſi non ſortem,
§.libertus.ff.de cond.ind.

*SVMMARIVM.*

1 *Reus præfertur actori.*
2 *Actor quis dicatur.*
3 *Reus quis dicatur.*
4 *Iudex quando neutra partium velit eſſe actor, quid agere debeat.*
5 *Poſſeſſio lite pendente non poteſt auferri.*
6 *Actori præfigi poteſt terminus ad agendum.*
7 *Pronunciari debet in fauorem rei.*
8 *Reo fauetur in probationibus faciendis.*
9 *Actori fauetur, ſi fouet fauorabilem cauſam.*
10 *Actori fauetur in præparatorijs iudiciorum.*
11 *Reo non fauetur quando fauori ſuo renunciauit.*
12 *Actore non probante reus abſoluitur.*
13 *Reo fauetur etiam ſi actor ſit valde honeſta perſona.*
14 *Perſona qualitas non facit recedi à iure communi.*
15 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*
16 *Ius actoris conſideratur non autem rei.*
17 *Reus non conſideratur ex quo aſſumit onus probandi, ſi actor non probauerit.*
18 *Probationes ſi fuerint pares reo fauendum eſt.*
19 *Morientis probatio ad abſoluẽdum admittitur non autem ad condemnandum.*
20 *Actor eſt condemnandus in expenſis.*
21 *Actor ſequitur forum rei, Ampliat. & limitatur multis modis.*
22 *Actor ſi egerit rei vendicatione, & non probauerit quid ſequetur.*
23 *Actori non debet licere, quod reo non licet.*
24 *Actor difficilius moram purgat.*
25 *Actor perdit cauſam ob productionem falſi inſtrumenti.*
26 *Actori minus tempus conceditur, quàm reo.*
27 *Actor excommunicatus non auditur ſecus in reo.*
28 *Actoris contumacia dicitur maior quam rei.*
29 *Reus etiam ſi dubie probet quomodo abſoluatur.*
30 *Actor in replicatione non poteſt ſe fundare in iure tertij, ſecus eſt in reo.*
31 *Actor excluditur ſi non probet etiam quod reus nihil probet.*
32 *Actoris eſt probare negatiuam non rei.*
33 *Actor non comparens magis nocet, quàm reus.*
34 *Reus poteſt pluribus vti defenſionibus.*
35 *Actor, & reus quando à pari concurrant.*

*Opuſculum ſeptimum.*



1 EVS † præfertur actori leg.
fauorabiliores.ff.de reg.iur.c.
cum ſint de reg.iur.6. in d.l.
dicitur, fauorabiliores rei po
tius, quàm actores habentur,
& in d. cap. ibi cum ſint par-
tium iura obſcura, reo fauen
dum eſt potius quàm actori,
ratio eſt quia in poteſtate eſt actorum, quando
prouocent non in poteſtate reorum quando pro-
uocentur. l.pure.§.fin.ff.de doli exc.Din.c.nullus
nu.8.de reg.iur.6.Pro declaratione huius opuſcu
2 li ſciendum eſt, quod actor † diffinitiuè dicitur,
qui alium prouocat in iudicium c. forus.§.accuſa
tor de verb.ſign.c.ex literis de probat.l.in tribus.
ff.de iudic.l.inter. §.qui familiæ.ff.fam.hærciſc.l.
iudicium.ff.fin.reg.Fel.c.cum inter de except.nu.
11.Dec.conſi.478.nu.10.Afflict.Deciſ.268.Bart.
l.libertus.ff.de in ius voc. quod eſt verum, etiam
ſi petat dari terminum alicui ad agendum Bart.
d. loco, ſimiliter dicitur actor quicunque neceſſe
habet probare de iure ſuo Bart. leg. ſi prius. ff. de
non. oper. nunciat. Vnde etiam reus in ſuis exce-
ptionibus dicitur actor, cum eas probare debeat.
l. 1. ff.de exception.l. vnica.C.de ijs pot.non An-
gel.§.3.diuiſio de interd.vlterius actor in cauſa ap
pellationis dicitur etiam qui fuit in cauſa princ.
3 Card. Clem. 2. de cauſa poſſ. & propriet. † Reus
autem dicitur, qui principaliter in iudicium per
citationem prouocatur d. c. forus.§. reus de verb.
4 ſign.Rom.conſi. 217.num. 2.Item not. † quod ſi
neutra partium actor eſſe velit, quando contendi
tur de poſſeſſione, iudex præfigit terminum vtri-
que ad probandum de iuribus ſuis, & ei poſſeſſio-
nem adiudicat, qui melius probauerit Spec. tit.
de libell. concept. §.nunc videndum verſ. 22.In-
noc.c.cum veniſſent de inſt.Bald.& Paulus l.ordi-
narij. C. de rei vend. Cepolla caut. 186. poteſt
5 etiam iudex † ſe informare, qui poſſideat parte
non citata: poſſeſſio enim lite pẽdente non debet
auferri poſſeſſori gl. c.1. vt lite pend. c.querelam
delect. c. cum Eccleſia de cauſ. poſſ. & propriet.
Doct. c.2.de teſt.in integr.regulariter tamen acto
ri poteſt præfigi terminus ad agendum. l.diffama
ri. C. de in gen. & man. leg. ſi ea. C. qui accuſare
non poſſ. leg. Titia.ff.de accuſat. ſolus tamen ter-
minus aſſignatus nõ priuat quem actione ad agen
dum, ſed tria requiruntur. Primo quod fiat vna
monitio. Secundo quod de illa appareat in actis.
Tertio quod iud. ſuper illo interloquatur, & ſi
aliquod eorum deſit non priuabitur actione An-
gel. rubr.inſt. de act.col.25.latiſſime per Bartho-
lom.Blaretium d.l.diffamari. C.de ingen.& Man.
7 quibus ita ſuppoſitis, ampliatur † procedere pri-
mum dictum, etiam ſi probationes ex parte acto-
ris in aliquo excedãt, quia in fauorem rei pronun-
ciandũ eſt Dec.d.l.fauorabiliores.Secundo ampl.
etiam ſi reus per accidens actor efficiatur, vt quia
debitor prius compareat, & petat actori perpe-
tuũ ſilentium imponi, per hoc tamen actor nõ effi
citur abſolutè, verum iuuatur prærogatiua regulæ

huius

huius vt tanquam reus in dubio absoluatur not. l. in tribus ff. de iudic. Dec. consil. 487. Tertio amplia. etiam circa probationes faciendas, nam licet circa acta Medij iudicij pariter vtrique faueatur Alex. consi. 68. vol. 3. tamen quia respiciunt decisionem causæ ex quo actore non probante reus ab soluitur, ideo sibi fauetur eodem modo, quo in decisione causæ, Baldus l. magistratus C. quando prouoc. non est necesse Alexan. l. de die ff. qui satisd. cogatur Dec. l. non est nouum C. de edendo.

9 Fallit tamen primo hoc primum dictum, nisi actor foueat fauorabilem causam, puta matrimonij, libertatis, testamenti & similium, fauor enim causæ præfertur fauori rei, l. inter pares ff. de re iudic. c. fin. eod. titu. de quibus latius dixi superius in opusculis præcedētibus. Secūdò declaratur vt

10 procedat † in fine causæ circa decisionem, secus in princ. & in præparatoriis iudiciorum, in quibus magis fauetur actori, quàm reo Bart. l. si quis intentione ff. de iudic. in mediis autem causæ pariter fauetur vtrique. Tertio declaratur nisi reus

11 fauori suo † renunciauerit l. si cōuenerit reo ff. de reo iud. facit ratio huius opusculi, quia melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare l. absentem ff. de pœnis, ex his infertur ad

12 plura, & primo † quod actore non probante reus absoluitur l. qui accusare C. de edendo, & debet absolui ab obseruatione iudicij, si nihil fuerit actitatum, quod si fuerit actori assignatio facta ad probandum à lege, uel ab homine, tunc absoluitur diffinitiuè Baldus, d. l. qui accusare ampliatur hęc

13 prima illatio pluribus † modis, & primo etiam si actor esset persona valde honesta, & reus esset male conditionis, & famæ, honestas enim personæ non facit quod credatur in præiudicium alterius, attēditur pręsumptio bonitatis, vbi agitur de pręiudicio tertij Abb. cap. cum in iure de offic. delegat. nam propter qualitatem personæ non rece-

14 dimus à iure communi † Dec. cap. postremo de appellatio. Secundò ampl. vt maximè locum habeat in criminalibus, in quibus probationes luce meri-

15 diana clariores † requiruntur l. fin. de probation. quo casu etiam si ciuiliter fuisset mota, dato quod actor haberet præsumptionem pro se, non defertur iuramentum in defectum probationis, sed habet locum ista regula, quod actore non probante reus absoluitur Alexand. consil. 66. volumine 1.

16 Tertiò ampliatur † procedere etiam si constaret reum ius nullum penitus habere, quia solum ius actoris consideratur l. fin. ff. de rei vend. Quartò amplia. etiam si reus assumeret onus probandi, &

17 deficeret, † quia per hoc non debet reus condemnari ex quo actor non probauit glo. l. circa ff. de

18 probation. Quintò amplia. † etiā si probationes essent pares, nam in dubio in fauorem rei pronunciandum est cap. ex litteris de probation. Roma. consi. 156. Dec. d. l. qui accusare nume. 16. Sex-

19 tò amplia. † etiā in attestatione morientis, nam licet attestatio talis admittatur ad absoluendum Bald. l. 1. C. com. delegat. per l. Paulus §. 1. ff. de bono. libert. non tamen admittitur ad condemnandum. Septimò amplia. vt actor condemne-

20 tur in expensis l. eum † quem temerè ff. de iud. l. properandum §. sin autem C. eod. tit. nisi actor haberet iustam causam litigandi, de qua latè dixi in tract. de reg. iur. p. 2. reg. 7.

21 Secundò infertur quòd actor sequitur forum rei l. iuris ordinem C. de iurisd. omn. iud. l. in criminalibus eod. tit. l. fin. C. vbi in rem actio c. cum sit de foro compet. ca. si clericus eod. tit. l. 3. ff. de alien. iud. mut. causa facta. Fallit hæc secunda illatio multis modis. Primò in causis matrimonialibus, quæ licet inter laicos agirentur, tamen per iudicem suum Ecclesiasticum sunt tractandæ c. 1. dist. 10. ca. 1. de consang. & affin. c. causam de offi. deleg. c. inter de transl. immo siquis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudices Ecclesiasticos, Anathema sit Concil. Triden. sess. 24. Can. 12. de Sacram. Matrim. Secundo in causis Ecclesiasticis, vt sacrilegij c. 1. 3. q. 6. c. cum sit c. conquestus de foro compet. & hæresis c. ad abolendam de hæret. simoniæ c. 1. & seq. de simon. excommunicationis c. multi 2. q. 1. c. corripiuntur 24. q. 3. & vsuræ, cap. præterea de vsuris. Tertiò vbi agitur de pęnitentia ex quacunque causa, vel in modum denunciationis c. libero dist. 87. ca. nouit. de iud. Quarto in iure Patronatus, & in omnibus spiritualibus, & spiritualibus annexis ca. decernimus de iud. c. quanto eod. titu. Quintò ratione contractus, nam conueniri debet coram eo, sub quo contraxit, vel vbi promisit l. hæres §. 1. ff. de iudic. cap. fin. de foro compet. quod verum est si in loco contractus inuenitur, & non aliter, potest tamen decernere iudex missionem in possessionem faciendam in bonis, quæ alibi habet c. Romana §. contrahentes de foro compet. in 6. Sexto fallit ratione criminis in aliena iurisdictione cōmissi, quia ibi, vel vbi inuenitur conuenietur c. 1. 3. q. 6. c. 1. de raptor. c. postulasti de foro compet. l. 1. C. vbi de crim. agere oport. vbi enim malum contingit ibi moriatur c. si peccauerit 2. q. 1. & ibi furca figatur vbi crassatus est l. capitalium §. famosos ff. de pęn. l. 3. C. de cursu publico lib. 12. Septimò ratione rei possessionis, in alterius iurisdictione constitutæ c. sanè de foro compet. l. fin. C. vbi in rem actio l. actor ff. de iudic. l. sed & si §. fin. l. si prædiū C. de præd. Min. Octauo fallit ratione prædij, cuius quæstio sub domino feudi agitatur, si iure feudali agatur c. cæterum de iudic. c. licet de foro compet. Nono fallit ratione reconuentionis ca. cuius 3. q. 8. c. ex literis de mut. pet. Decimò fallit si partes consentiant coram non suo iudice litigare l. est receptum ff. de iurisd. omn. iud. c. significasti de foro compet. consentire autem videtur, qui sciens se nō esse subiectum alicuius iurisdictioni, in eum consentit l. 2. ff. de iudi. Vndecimo fallit ratione priuilegij, vt in mendicantibus, & scholaribus. Duodecimò in causa appellationis c. Peregrina 3. q. 6. Tertio decimo quando Pontifex id iubet ca. iudices 1 1. q. 1. Decimo quarto propter loci opportunitatem, trahitur aliquis ad aliam prouinciam c. fine 23. q. 2. Decimo quinto ratione natalium c. lator qui filij sint legit. c. tua de ordi. cogn. Decimo sexto fallit in causis decimarum tot. tit. de decimis. Decimo septimo, in causa pęnitentium quæ ad Ecclesiam pertinent c. aliud 11. q. 2. cap. aliud

aliud de pœnit.dist.1. Decimooctauo in causa adulterij, cum agitur ad separationem c.1.vt lite non contest. Decimo nono in causis miserabilium personarum, quæ saltem secundario intuitu pietatis pertinent ad Ecclesiam c.1.& sequen.77.distin.c.ex tenore de foro comp. c.nouimus de verb.sign. Vigesimo fallit vbi agitur de possessione violata l.vnica C.vbi de possess.agi oporteat l.si prædium C.de præd.minor. Vigesimo primo fallit in causis fidei.c.quoties 24.q.1. Vigesimo secundo fallit cum quis se alibi soluturum promisit c.dilecti de foro compet. nam ibi dicitur quis contrahere, vbi se constituit soluturum l.3.ff.de bonis. auth. iudi.poss. Vigesimo tertio fallit si iudex secularis fuerit negligens c.licet & c.sequ.de foro compet. Vigesimo quarto fallit quando suus iudex recusatur, vt suspectus c.siquis contra de foro compet. Vigesimo quinto fallit in compromissis cap.2.& sequen.de arbitr. Vigesimo sexto ratione vltimæ voluntatis, vnde fideicommissum petitur vbi relictum est l.vnica C.vbi fideic. pet.potest l.hæres ff.de iudic.& legatum petitur vbi est, nisi hæres dolo eum inde subduxerit, tunc enim dabitur vbi petetur. Vigesimo septimo fallit in causis rusticorum, & seruorum Ecclesiæ, quorum causæ ad Ecclesiam spectant, & idem in alijs laicis ad forum Ecclesiasticum spectantibus ca. iudicatum 89.distin.c.Ecclesiarij 12.q.2.cap. nullus de foro compet. Vigesimo octauo in causis peregrinorũ c.Innouamus de tregua & pace. cap. siquis 24. q. 1.ca.vnico de Peregr.cap. excommunicationi de raptoribus cap. significantibus de offic. delegat. Vigesimo nono cum agitur de feudo Ecclesiæ ca. verum de foro compet. Trigesimo cum clericus impetrat contra laicum c.fin.de iud.c.fin. de alienan.iudi.mut.causa fact. c.ex transmissa de foro compet. Trigesimo primo vacante Imperio cognoscit Papa, vel eius delegatus de feudo c. licet de foro compet. Trigesimo secundo cum quid imminet difficile, vel arduum, seu ambiguum recurritur ad iudicem Ecclesiasticum c.per venerabilem §.rationibus, qui filij sint legit. Trigesimo tertio si consuetudo, seu priuilegium dat iurisdictionem super familiam c.cum contingat de foro compet.cap.fin.de offic. Archid. Trigesimo quarto de causa pacis tunc enim intromittit se ecclesia c.nouit de iudic. Trigesimo quinto ratione connexitatis cognoscit Ecclesia, & committit ca.1.& sequ.de donat.inter vir.& vxor.c.ex parte de foro compet. Trigesimo sexto quando ordinarius recusat, quia tunc Episcopus associatur not. Authen.si verò C.de iud. Trigesimo septimo ratione loci. Vnde Romæ, quæ communis patria est, quilibet conuenitur l Roma ff.ad Municipal. c.si. de foro compet.c.cuncta 9.q.3. Trigesimo octauo ratione professionis l.fin. C. de aduoc. diuers. iud. Trigesimo nono ratione administrationis, vnde argentarius ibi cogitur rationem reddere vbi argentariam exercuit l.prætor §.is etiam ff.de edendo. Quadragesimo ratione domicilij l.1.C. vbi de ratione agi oportet l.1. ff. de bonis. auth. iud. poss. vbi scilicet quis habet maiorem partem fortunarum suarum, nec inde est discessurus ca. fin.de foro compet. quod si debitor vagauerit per mundum, nec habet certum domicilium, videtur quod vbique conuenietur, alioquin creditor fraudaretur l. quod nisi §.fina.ff. de oper. lib. l.ait prætor §.si debitorem ff.de his quæ in fraud. credito. Quadragesimo primo ratione manumissionis, vnde libertus sequitur forum patroni l. siquis §. nisi ff.ad Municip. Quadragesimo secundo ratione originis propriæ, vel paternæ l.1.§.1. C.de Municip.& orig.& l.sequ.lib.10. Quadragesimo tertio ratione militiæ l.Municipes §.fin. ff.ad Municip. Quadragesimo quarto mulier sequitur forum viri l.fin. C.de incol.lib.10. l. cum quædam ff.de iurisd.omn.iudi.l.exigere ff. de iudic. Quadragesimo quinto ratione cursus decennij, quo quis moratus fuerit in studio l.2.C.de incolis lib. 10. Quadragesimo sexto, si plures sint tutores diuersarum iurisdictionum omnes coram vno iudice potest pupillus cõuenire l.omnes C.de arb. tu. Quadragesimo septimo ratione consuetudinis. Quadragesimo octauo ratione actionis l.fina. C. vbi in rem actio. Quadragesimo nono ratione negociationis l.hæres §.siquis ff.de iudi. Quinquagesimo ratione constitutionis l. non, vtique ff. ad Municip. Quinquagesimo primo ratione temporis l.2.C.de incolis lib.10. Quinquagesimo secundo ratione dignitatis l.filij §.pen. ff.ad Municip. Quinquagesimo tertio scholaris conuenietur sub suo præceptore, seu Episcopo loci, vel rectori, sub quo maluerit §.& hæc omnia in proœm. ff. Doctb. Authen. habita C. ne fil. pro patre. Quinquagesimo quinto Medicus Grammaticus, & professores liberalium artium, & Doctores, legum, & vxores, & familię gaudent immunitate, vt nec in iudicium deducantur, vel exhibeantur l.Medicos C.de profes. & Med.lib.10.specul. tit. de foro comp.per totum & in tit.de reo n.5. & se.

22 Tertiò infertur † quod actor si egit rei vendicatione, & reus excipit, quod actori non competit ius, quia ipse reus est dominus, non solum iudex absoluet reum actore non probante, sed pronunciabit reum dominum si probauerit de dominio. Attamen non posset reus consequi per viam exceptionis quod actor condemnaretur ad sibi aliquid dandum, vel faciendum ipsi reo, nisi per viam æque principalis petitionis reconueniret actorem Alex. l.1.§.in operis col.2. de operis noui nunci.

23 Quartò infertur, † quòd non debet actori licere, quod reo non permittitur l.non debet ff.de regu.iur.c.non licet de reg.iur.6.immo si actor obtinuerit à Principe commissionem specialem, quod in causa ciuili reus debeat in iudicio personaliter comparere, ipse actor tenetur etiam personaliter comparere, non per procuratorem Geminia.ca.1.de dolo & cont.6.Ias.l. fin. C. de ind. vidui.tollen. glos. Clemen. sæpe ver. voluerit de verbo.signif.

24 Quintò infertur † quòd actor difficilius moram purgat Bar.l.hæc conditio l. 2. ff. de cond.& dem. Tiraquell.de retr.consang.§.8.gl. 2. nu.12. Menoch.de arb.iud.lib.2.cent. 1.q.45.nume.2.secus est quo ad actionem conseruandam Ripa l.

si in Insulam nu. 102. ff. de verb. obligationibus.

25 Sexto actor † debet perdere causam ob productionem falsi instrumenti vigore statuti, licet reus produxerit falsum instrumentum, quia in pari turpitudine potior est conditio rei Baldus in rubr. C. de fide instr. col. pen. ver. incidenter quarto.

26 Septimo reo instante, & † petente in causa prosana dabuntur quadraginta dies, actori verò nisi triginta Decis. in nouis de seques. & poss. fruct. Decis. 2. nume. 4.

27 Octauo actor excommunicatus † non potest agere in iudicio, nisi prius absoluatur, secus est in reum, qui comparere potest in iud. etiam si sit excommunicatus, & hoc agere potest se defendendo Afflict. Decis. 268. nume. 3. & constituet procuratorem ad agendum Decis. Capel. Tholos. 143, numero 1. Franc. Marc. Decis. 1233. numero 6. quod procedit in reo necessario secus autem in voluntario Abbas capitulo cum inter de except.

28 Nono maior dicitur † contumacia actoris, quam rei cap. causam de dolo, & cont cum gl. ver. praeterea c. fi. tit. de eo, qui mit. in poss. gl. 1. c. 1. de dolo, & cont. 6. Rota Decis. 48. in nouis Dec. consi. 384. Baldus leg. si ea C. qui accus. non poss. leg. cum mulier col. 6. ff. sol. matr. leg. si & per emptorem ff. de act. empti, Bert. consilio 267. numero 6. vol. 3.

29 Decimo reus † exceptionem suam probans dubie, etiam si actor probauerit plene, est absoluendus, quando dubia probatio est talis, quae potest facere actum licitum, Ias. l. non solum §. sciendum nume. 6. ff. de oper. nou. nunc. dicit hanc esse commun. Ruin. consil. 149. num. 39. & consi. 150. nu. 22. vol. 5.

30 Vndecimo actor, in replicatione † non potest se fundare in iure tertij, licet secus sit in reo in sua exceptione Ruin. consi. 48. nu. 12. vol. 4.

31 Duodecimo † actor excluditur nisi probet, etiam quod reus nihil probet Socin. Iun. consil. 47. nume. 18. vol. 2. Vnde reus in possessione tuendus est, licet in ea nullum ius habeat, si actor ius in re habere non docuerit idem consilio 45. nu. 19. vol. 1. Ias. l. Iulianus nume. 11. ff. de cond. ind.


32 Decimo tertio † actoris est probare negatiuam, non autem rei, Cuman. leg. decem nume. 11. ff. de verb. oblig. Paul. leg. actor numer. 2. C. de probat.

33 Decimo quarto † actor non veniens, magis offendit, quàm reus, nam actoris est causam ampliare & apud iudicē stare, rei autem fugere Specul. tit. de cont. §. 2. nu. 2.

34 Decimo quinto † reus potest simul & diuersis temporibus, proponere plures defensiones, quibus omnibus mediantibus, vel altera eorum excluditur intentio actoris, Item potest negare totū si actor plus debito petierit, Din. ca. nullus pluribus nu. 2. de reg. iur. 6. His ita ampliatis, & declaratis additur haec regula pro concordia eorum, quae in his discordare videntur quod in his, quae respiciunt litis ordinem, fauemus actori, in medio vtrique, in fine verò seu indecisorijs reo Bar. leg. de die in princ. ff. qui satisd. cogantur l. fluminum. §. item ff. de damno infecto Bar. l. inter stipulantem §. 1. ff. de verb. oblig. Hier. Butrig. l. §. Cato nu. 142. ff. eod. & ex his sit declaratum hoc septimum opusculum.

FINIS.

TRA-




# DE COMPENSATIONIBVS PARS PRIMA.

## SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

*SVMMARIVM.*

1 *Solutione eius quod debetur compensatio tollitur.*
2 *Compensatio species est solutionis.*
3 *Inuocatio diuini nominis in principio cuiuslibet rei est facienda.*
4 *Diuisio quelibet debet esse bimembris.*
5 *Omnis tractatus à definitione initium sumit.*
6 *Sine materia nulla efficitur species.*

### *Præfatio.*


Mnis obligatio tollitur, solutione eius, quod debetur: instit. quibus mod. toll. obliga. in prin. † Ang. l. non tantum, §. quod si, num. 3. ff. de petit.
1 hæred. & est com. Dec. l. bona fides. nu. 2. ff. de reg. iur. Verum quia inter solutionis species compensatio ponitur. l. si debitor ff. qui pot. in pign. hab. l. amplius ff. rem ratá hab. l. vel per-
2 mutauit. ff. de liber. causa; Ias. §. in † bonæfidei nume. 62. inst. de act. & ibi Doct. com. Decis. Pedam. 92. num. 11. Iacob. Menoch. in tract. de Arbitr. Iud. Cas. 14 Cent. 1. lib. 2. numer. 3. Hiero. Gig. tract. de Pens. q. 92. num. 1. Guid. Decis. 567. nu. 1. August. Ber. c. 1. no. 42. de in integr. rest. Abbas. c. cum inter, nu. 24. de except. Ruin Cons. 162. nu. 4. vol. 4. Bart. l. aufertur. §. qui compensat. nu. 2. ff. de iur. fisci: verissimum esse duxi in isto præsenti meo tractatu, omnia, quæ sparsim à doctoribus plurib. in locis de hac re dicta sunt congerere; & inuocato in primis diuino Trinitatis presidio, quod mihi prestet bonum initium, melius medium, & optimű finem iuxta not. per
3 Doct. com. Rub. ff. de † oper. nou. nunc. l. Deo nobis. C. de Episc. & cler. c. in nomine Dom. de test. dixi ego in tract. de leg. & stat. in Proœm. nu. 2. ordine isto vtar hac in re; & in primis, quia omnis bona diuisio debet esse bimẽbris Doct. Com. §. omnium inst. de act. Barb. c. quoniam. §. in alijs
4 not. 2. tit. vt lit. non † cont. Luc. de Penna. l. omnes col. 1. C. de decur. lib. x. Besut. l. re coniucti col. 1. ff. de leg. 3. Ias. in Rubr. inst. de act. Bald. l. 1. ff. de Proc. dixi ego in tract. de defi. P. 1. q. 2. nu. 1. totum istum tract. diuidam in duas partes, in quarũ Prima duo principaliter aguntur; Primo quid
5 sit compensatio. Initium † enim cuiuslibet operis à definitione rectè ducitur; Doct. Com. l. 1. ff. si. cert. pet dixi ego in d. tract. de defin. in Proœ. nu. 1. Secundo dicetur de quibus rebus compensatio fiat, sine enim materia nulla species fit leg. adeo. §. cũ quis vbi doct. Com. ff. de acq. rer. dom.
6 dixi d. tract. de leg. & stat. † in Proœ. nu. 14. In secũda verò Parte quatuor principaliter dicemus. Primo qui possint compensare. Secũdo qualiter compensatio fiat. Tertio quando in compensationem aliquid deduci possit. Quarto & vlt. ad quẽ finem compensatio fuerit introducta; quibus solutis erit impositus finis huic tractatui; cum declaratione suarum causarum, videlicet, materialis, efficientis, formalis, & finalis quo ordine visus sum ego in tract. de leg. & stat. per totum.

*SVMMARIVM.*

1 *Compensatio quid sit.*
2 *Compensari non potest debitum alterius.*
3 *Compensatio duplex est.*

### *Quest. I. Primæ partis.*


RIMO Quæro quid sit compensatio? Resp. q compensatio est debiti,
1 & crediti † inter se contributio. l. 1. ff. de cõp. & intellige debiti. i. ab vtraque parte, inter se. s. cõtrahẽtes gl. d. l. 1. vbi Doct.

com. Item dicitur inter se, quia debitum alterius in compensationem non deducitur. l. eius. C. de compens. Petr. §. in bonæfidei, num. 3. inst. de act. l. rerum. ff. de compensa. Ias. d. §. in bonæfidei, nu. 76. inst. de act. Azo. in summa. C. eo. tit. de comp.
2 nu. 8. Bart. l. si duo. ff. de duob. † reis, Aug. Ber. consi. 46. num. 7. vol. 2. & est com. vt dicetur inferius latius suo loco: & pro declarat. huius defin. no. in termin. Missing. §. in bonæfidei, nu. 8. inst. de act. Cur. l. cum fundus. §. seruum, nume. 19. ff. de reb. cred. Aret. d. §. in bonæfidei, nu. 13. Azo. in summa. C. eod. tit. nu. 1. Bell. in tract. Etym. ver. compensatio, Ber. c. 1. num. 46. de vsur. Abb. c. bonæfides, nu. 12. depositi, Bar. l. 3. nu. 2. ff. de stat. liber. Idem l. si procurator. §. 1. num. 1. ff. rem ratam haberi. l. 2. num. 3. C. de compen. Paul. l. diuortio. §. ob donationes, num. 3. ff. sol. mat. Butigella l. cum fundus. §. seruum. ff. si cert. pet. dixi ego in tracta. de defin. par. 2. defin. 63. nume. 1. Capicius decis. 167. num. 6. & est duplex, quædam est ex mutua relatione debitorum, quædam verò delictorum
3 Doct. com. l. cum † mulier. ff. solut. matrim. Bal. in tractat. stat. ver. banitus, num. 78.

*SVMMARIVM.*

1 *Generis ad genus an compensatio fiat.*
2 *Fungibiles res compensationem recipiunt.*
3 *Creditore inuito aliud pro alio non soluitur.*
4 *Generis diuersi compensatio non datur.*

## *Quæst. II. Primæ partis.*



Ecundo quæro vtrum generis ad genus compēsatio fiat? Respon. distinguendo, quod aut genus est eiusdem qualitatis, aut non. Primo casu admittitur compensatio, vt si debeo tibi frumentum, tu autem mihi etiam frumentū debes, tali casu alterum alterius compēsationem recipit, not. l. 1. §. item, ff. si pars hæred. pet. l. qui
1 non. ff. de hæred. inst. † l. vnum. §. sed si. ff. si pars hæred pet. l. ob negocium, ff. de compensa. habet enim genus functionem quandam, & res fungibilis compensationem recipit; Doct. com. l. 2. §. mu-
2 tui. ff. si cert. pet. Zas. §. in † bonæfidei, ver. super quarta, inst. de act. hoc idem est de quantitate, ratio rationis est, quia vt dixi supr. in præfat. num. 2. compensatio est imaginaria solutio, quæ inuito creditore solui non potest. Abb. c. bonæfidei, nu.
3 12. depositi, & † ini termin. quod generis ad genus admittatur compensatio, quando idem in genere debetur: tenet Tind. in tract. de compensa. art. 3. nume. 6. Doctor. com. in l. diuortio. ff. soluto matri. si verò non sit eiusdem generis, sed diuersi, tunc tali casu non admittitur compensatio, vt de frumento ad vinum. Tind. d. loco, nume. 8. Ber. c.
4 1. num. 44. † de vsur. Alc. l. diuortio, §. ob donationes, num. 4. ff. solut. matri. idem l. deducta. §. acceptis, num. 2. ff. ad Trebel. Ias. l. centum, nu. 2. ff. de ver. obl. Paul. d. l. diuortio, §. ob donationes, nu. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *Speciei ad speciem non fit compensatio.*
2 *Speciei ad quantitatem non admittitur compensatio.*
3 *Affectio in speciebus cadit.*
4 *Fructuum compensatio non fit cum quantitate.*
5 *Speciei ad genus compensatio non fit.*
6 *Specie perempta ad æstimationem peruenitur.*
7 *Species ad quantitatem deducta compensatur.*
8 *Species cum debetur, vt genus compensatur.*
9 *Speciei ad speciem compensatio fit officio iudicis.*

## *Quæst. III. Primæ partis.*



1 Ertio quæro vtrū † speciei ad speciem compensatio fiat? Respon. com. opi. esse à qua nemo discrepare videt, quod speciei ad speciem compensatio non detur. l. si conuenerit. ff. de pigno. act. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. l. si ex pecunia, C. de rei vend. l. quod dicitur. ff. de compensat. ratio est, quia aliud pro alio inuito creditore solui non potest. Tind. in tract. de compens.
2 artic. 3. nu. 5. ampl. vt nec † etiā de specie ad quantitatem fieri possit per istam rationem, d. l. si conuenerit, nisi aliter constet de mente contrahentium. Natta consi. 111. num. 8. vol. 1. Imo. l. cum pater. §. pater. ff. de leg. 2. Doct. com. auth. præterea, C. vnde vir, & vxor. Are. consi. 202. Natta consi. 109. nu. 12. vol. 1. vbi com. dicit quod compensatio fit ex præsumpta mente disponentis; alia ratio est huius reg. principalis, quare scilicet speciei
3 ad speciem compēsatio non fiat; quia † in speciebus affectio cadit, & vna dicitur preciosior altera, nec potest in ipsa æqualitas considerari, not. Dyn. §. in bonæ fidei, nu. 3. inst. de act. Petr. d. loco nu. 8. Cur. l. cum fundus. §. seruum, nu. 17. ff. si cer. pet. qui examinat hunc artic. per octo fundamenta conc. Nichas. §. in bonæ fidei, nu. 3. insti. de actio. Azo. in summ. C. de compens. nu. 1. Faber. d. loco nu. 6. gl. 1. l. fi. C. de compens. gl. l. ad negocium. ff. eod. Aret. §. in bonæfidei, nu. 4. nu. 18. inst. de act. vbi etiam gl. ver. iure aperto, glo. §. si quis, ver. compensent, inst. de non alie. aut perm. Dec. l. cum fundus. §. seruum. nu. 20. ff. si cert. pet. Dixi ego in tract. de defin. par. 2. defin. 63. num. 4. vnde
4 non potest † fieri compensatio de fructibus extantibus ad quantitatem, quia fructus sunt loco speciei. Negus. tract. de pign. & hypot. 4. memb. 5. p. nu. 11. Ber. c. 1. nu. 43. de vsur. Ias. l. diuortio. §. ob donationes, nu. 2. ff. sol. mat. idem l. huiusmodi, §. cum pater, nu. 13. ff. de leg. 1. Abb. c. cum mulier, num. 5. de conuer. coniug. c. 2. depositi item amplia, vt nec speciei ad genus compensatio fiat per
5 supradicta, † fallit tamen pluribus modis. Primo vt dictum est, nisi aliter constet de mente contrahentium, sed hæc propriè non erit compensatio,
6 sed computatio. Secundo fallit † quando species esset perempta, tunc enim deuenitur ad æstimationem, & compensatio fit Missenger. §. in bonæfidei, nu. 21. inst. de act. Ias. d. loco nu. 62. l. stipulatum. ff. de verb. oblig. gl. l. 1. ff. de rer. perm. secundo fallit

7 do fallit, quando species ad quantitatem † esset
deducta, tunc enim non vt species; sed sicuti quan
titas consideratur. l. si conuenerit. ff. de pign. act.
l. in reb. §. quod autem. ff. com. l. seruum. ff. si cert.
pet. Corn. consi. 123. volum. 4. Tertio fallit quan-
8 do species hinc inde debetur † vt genus, gl. l. fin.
C. de compes. Ias. d. §. in bonæ fidei numer. 70.
Paul. l. 1. §. item. ff. si pars. hær. pet. Quarto fallit,
quando compensatio fit officio iudicis. Quinto
9 fallit quando fit partium † pro indiuiso Bart. leg.
1. §. item nu. 1. ff. si pars hæred. pet. conc. cum su-
per dictis Paul. leg. si quid nu. 3. ff. de pet. hæredit.
Bart. l. qui iniuriæ. §. si seruus. ff. de furt. leg. si con-
uenerit la. 2. ff. de pign. act. Imol. l. si cum dotem.
§. si pater. ff. sol. matr. Bart. l. neque nume. 5. C. de
compens. Paul. l. 1. nu. 3. ff. e. d. Paul. d. l. si conue-
nerit. oo. 5. Bald. l. quoniam. ff. de inoffi. test. Paul.
l. post actionem. §. item numer. 3. ff. si pars. hæ-
red. pet. idem. l. si ex plurib. nu. 2. ff. ad l. Falc. l. fin.
nu. 6. C. de compens. Corras. l. qui liberos nu. 259.
ff. de rit. nupt. Butigella. l. cum fundus. §. seruum
nu. 51. ff. si cert. pet. Socin. consi. 95. nu. 23. volu. 1.
Paris. consi. 100. nu. 32. vol. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Indiuidua non compensantur.*
2 *Ius idem statuitur, vbi eadem militat ratio.*
3 *Genus quid sit, quidue species, & indiuiduum vide remissiue.*

## *Quæst. IIII. Primæ partis.*



Varto quæro vtrũ in indiuiduis
compensatio fiat? breuiter. Re-
sp. quod non: quia in his magis
cadit affectio, etiam quàm in spe
1 ciebus, in quibus † compẽsatio-
non datur, Ias. leg. com fundus. §.
seruum nu. 13. ff. si cert. pet. Abb. c. cum inter nu.
24. de exc. Bart. l. ob negocium de comp. Faber. §.
in bonæ fidei nu. 6. inst. de act. vbi etiam Ias. nu. 67.
2 vbi enim est eadem † ratio idem ius statui debet. l.
illud. ff. ad l. Aquil. Quid autem sit genus, quid
3 species, quid indiuiduum, vide quæ † scripsi in
tract. de defin. p. 3. Defin. 100. nu. 18. & seq.

*S V M M A R I V M.*

1 *Quantitatis ad quantitatem compensatio fit.*
2 *Pecunia in specie debita quomodo intelligatur.*
3 *Compensatio quantitatis cum quantitate recte fit.*
4 *Pecunia, numeratæ cum pecunia numerata recte compensatio fit.*
5 *Materia cum pecunia an compensetur.*
6 *Paria sunt argẽtum dare, vel pecuniã numeratam.*
7 *Pecuniæ ad corpus quomodo compensatio fit.*

## *Quæst. V. Primæ partis.*



1 Vinto quæro † vtrum compensatio fiat
quantitatis ad quantitatem? Resp. di-
stinguendo, quod aut pecunia debetur
in specie, aut non: primo caso non ad-
mittitur compensatio per rationem adductam su-
2 pra in 3. q. & not. † quòd pecunia in specie deberi
dicitur, quando ad speciem redigitur, secundum
omnium sententiam, & ad speciẽ redigitur, quan
do per locum, in quo deposita est, denotatur, vt
puta dicendo pecunia, quæ est in arca, vel in mar-
supio sigillatim, Tind. in tract. de compens. artic.
3. nu. 12. & seq. si verò secundo loco in specie reda
3 cta non est, tunc recte † quidem compensatio fiet
secundum com. opin. omnium Doct. Tind. d. loco
nu. 1. l. si constat. C. de compens. nam pecuniæ nu
meratæ cum pecunia numerata compensatio ea
4 est, qua magis vtimur † Misseng. §. in bonæ fidei
nu. 22. inst. de act. vna enim fungitur vice alterius,
Ias. dicto loco nu. 62. not. l. Cert. ff. si cert. pet. &
quatenus dictum est, quod de pecunia debita in
specie ad pecuniam debitam in quantitate non
admittitur compensatio, declaratur nisi hinc inde
præcesserit liquidatio. Doct. com. l. cum fundus. §.
seruus. ff. si cert. pet. eadem enim est ratio compen
sandi quocunque respectu pecunia debeatur,
5 Tind. d. loco nu. 10. vnde idem erit † dicendum
si materia auri, vel argenti cum pecunia compen-
sare velimus, paria enim sunt materiam auri, vel
argenti præstare, vel argenti pretium quanti com
6 parari. l. titiæ. ff. de auro, & arg. leg. † Petr. §. in bo-
næ fidei nu. 51. inst. de act. Curt. l. cum fundus. §.
seruum nu. 15. qui attestatur de com. ff. de reb.
cred. dicens pecunię ad pecuniam dari compensa
tionem, licet debeatur in specie Aret. d. §. in bonæ
fidei, Alex. l. si fundus. §. si seruus. ff. si cert. pet. di-
cit esse Com. conc. Bapt. in tract. com. opin. ver.
compensatio, Emanuel d. loco. ver. compensatio;
sed an pecuniæ ad corpus compensatio fiat? Re-
7 sp. aut corpus de facili † ad pecuniam redigi po-
test, aut non: primo casu recte compensatio fit, se-
cundo autem secus Vinc. à scala. l. filium. nu. 33.
C. fam. hærc. l. si non sortem. §. si centũ. ff. de cond.
8 indeb. sed quid si vna quantitas † est maior altera?
Resp. quod conuentus absolui debet ad cõcurren
tem quantitatem l. si constat. C. de compens. l. ve-
rum. ff. eod. in residuum verum condemnet reum
actori si plus est debitum actoris, quàm rei com-
pẽsantis, quia non inducitur plus liberatio, quàm
9 fuerit solutio facta. §. in bonæ fidei † inst. de act.
Tind. tract. de compens. art. 9. nu. 52. fit igitur reg.
quantitatis ad quantitatem compensationem ad-
mitti fallit. 1. quãdo fieret de pecunia ad corpus,
vt dictum est. Secundo fallit si actor contra quem
obijcitur compensatio deberet decem, aut homi-
nem, & esset sua electio, secus si electio esset rei,
quia alternatiua obligatio non potest compensari
cum puta, si actoris electio est, secus si rei. Zasius.
§. in bonæ fidei. no. 225. facit. c. in alternatiuis de
reg. iur. 6. Tertio fallit si actor, cui cõpensatio obij
citur haberet facultatẽ soluẽdi speciẽ pro quãtita-
te, sicut contingit in actione noxali. Quarto fallit
quãdo pecunia peteretur vt species absque liqui-
datione facta gl. l. cum fundus. §. seruum. ff. si cert.
pet. Bernard. Diaz. tract. fall. ver. cõpensatio. Quin
to fallit etiã quando essent quantitates diuersi ge-
neris, & bonitatis. l. Paul. ff. de sol. l. cum quid. ff. si
cert. pet. Doc. com. c. quãto de iur. iur. gl. 2. l. si quis
argẽtum. C. de donat. Sexto fallit quando ex vna

parte est liquidata quantitas. ex altera autem nõ, vt dicam ego latius inferius. Similiter septimo fallit quando ex vna parte deberet solui aliquo certo loco, tunc enim ad illum restringenda est. Octauo, & vltimo fallit, quando ex vna parte debetur purè, & simpliciter, ex altera autem in diem, vel sub conditione quemadmodum de singulis, latius dicam inferius not. omnia hæc in terminis. l. si debeas. C. de compens. glo. & Bart. l. si seruus. §. idem. ff. de furt. l. miles. §. 1. ff. de re iud. sed vtrum compensetur quantitas cum specie? Resp. regulariter quod non. Abb. c. bonafides, nu. 12. depo-
10 siti, Ruin. consi. 137. † num. 8. volu. 5. consi. 144. num. 13. vol. 4. sicuti nec quando quantitas petitur, vt species Bar. l. si creditor. §. si seruo. ff. de peculio. l. si cum fundus, num. 8. ff. si cer. pet. l. quod dicitur, num. 1. ff. de impens. in re dot. fact. Bart. l. si conuenerit, num. 1. ff. de pignor. act. l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matr. Bart. l. neque, num. 3. C. de compens. fallit quando species petitur actione personali. Bart. l. 4. num. 2. C. de commo. Pau. de Monte. l. cum fundus. §. seruum, num. 12. ff. si cert. pet. secundo fallit, nisi debitor quantitatis haberet potestatem soluendi speciem, no. l. miles. ff. de re iud. l. si stipulatus fuero. ff. de sol. gl. l. qui iniuriæ. ff. de furt. Bald. l. cum fundus. §. seruus. ff. si cert. pet. Iaf. §. in bonæ fidei, nu. 64. insti. de actio. Tertio declara vt quantitatis ad speciem non admittatur compensatio ex dispositione. l. secus ex dispositione hominis, argu. l. cum quæstio. C. de leg. add. ad Bart. d. l. si conuenerit, nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Qualitatis ad qualitatem compensatio fit,*
2 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*
3 *Dolus cum dolo compensatur.*

## *Quæst. VI. Primæ partis.*

1 SExto quæro vtrum † qualitatis ad qualitatem compẽsatio fiat? Resp. distinguendo, aut ipsa versatur circa idem, aut non, primo casu admittitur, secundo verò non admittitur, licet quandoque impar videatur, dummodo causa non sit dissimilis, hinc est quod per iudicem expensæ compẽsantur, licet ab vna parte maiores fierent, quàm in alia, fuit tamen causa similis, videlicet causa iusta litigandi, Zazius in terminis, §. in bonæfidei, ver. veoiamus. inst. de act. & hæc intellige vt fiat compensatio pro rata: similiter delictum
2 cum delicto compensatur. l. si † ambo, ff. de compens. Dyn. §. in bonæfidei, num. 12. insti. de act. & dolus cum dolo, Azo in summa. C. de compensa.
3 nu. 6. & dicã latius infer. † suo loco in q. 10. nu. 11.

SVMMARIVM.

1 *Locus consideratur dum obijcitur compensatio.*
2 *Compensatio obijci potest de eo, quod non debetur iure actionis, sed officio iudicis.*
3 *Argumentũ de loco ad tempus validum est in iure.*

## *Quæst. VII. Primæ partis.*

1 
Eptimo quæro, † vtrum compensatio fiat habita ratione ad locũ? Resp. quod loco certo pecunia debita potest vbicunq; compensari, vel quid aliud compensabile, habita prius ratione interesse propter locum. Bart. l. pecuniam. ff. de compensa. in qua l. tria, not. Paul. Primo quod sicut te conuenire possum in alio loco, quàm destinato, ita & tibi exceptionem compensationis obijcere possum, si alibi conueneris me ad aliud debitum, se-
2 cundo quod potest † obijci compensatio de eo, quod non debetur iure actionis, sed officio iudicis mercenatio, idem si nobili. l. si ambo. §. fin. ff. de compens. Tertio quod sicut quando agitur in alio loco de interesse actionis detrahitur interesse rei. l. 2. ff. de eo quod certo loco, ita cum excipitur de ipso interesse, ita Pan. concludit. d. l. pecuniam, dicens quod compensatio obijci potest non solum de sorte, sed etiam de interesse, quod debetur iudicis officio mercenario ratione loci in arbitrarijs, & ratio quæ habetur de loco procedit etiam
3 in tempore, arg. de vno † ad aliud Doct. l. vinum. ff. si cert. per. Bar. l. ratio. §. si per venditorem. ff. de act. empt. Doct. omnes. l. qui plures. ff. de vulgar. Bart. l. miles. §. & quia. ff. de mili. testa. & dicam in seq. quæst. conc. Tind. in tract. de compens. artic. quarto, num. 24.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad quantitatem non compensatur.*
2 *Creditor in diem ante diem compensationem non facit.*
3 *Conditio nihil in esse ponit.*
4 *Debitor in diem ante diem non compellitur.*
5 *Tempus concessum miserationis causa cõpensatur.*
6 *Pecunia soluta intra terminum quando compensetur, & num. 7.*

## *Quæst. VIII. Primæ partis.*

1 
Ctauo quæro † vtrum temporis ratio in compensatione habeatur? Resp. quòd si simpliciter fieret compensatio temporis ad quantitatem non admittitur, esset enim quædam vsurarum species. Alc. consi. 69. num. 8. volumi. quinto, si verò tempus appositum fuerit, ut quia sit debi-
2 tor in diem, ante † diem compensatio non admittitur, leg. quod in diem, ff. de compensatio. l. quæcunque. ff eodem. Ruin. consi. 106. nume. 1. volu. 4. quod dictum procedit in die conuentionali obligationi præfixo, quia conditio nihil ponit inesse.
3 l. 1. ff de cond. & † demon. & quia licet debitor in diem, vel sub conditione debitor dicatur. Ripa l. 1. num. 20. ff. si cert. pet. tamen ab eo inuito pecunia extrahi non potest. l. debitor, ff. de verbo. signi. si verò sit debitor in diem miserationis causa


con-

5 conceditur † compensatio, l. si cum militi.§. ita. ff.de compens. Tindarus in tract. de compens. artic.4.num.24. Bart.d.l.si cum militi, & l. si donaturus.§.1.ff.de cond.ob causam. Fel.c.suborta, de re iud. Ale.l.intra dies, ff.eod. Item quæro ad hoc propositum, vtrum compensatio fieri possit de
6 aliqua pecuniæ quantitate † intra terminum solu ta, vbi in termino residuo pro rata solutum erit? Resp.quod sic Ale.consi. 2. num.21. vol. 4. Item
7 quæro si promisero † tibi dare infra decem dies centum, cum hac conditione, vt donatio duret per vnum tantum annum, si distulero ad dādum tibi illa centum per integrum annum, an talis compensatio sit admittenda temporis, cuius causa quis fuit morosus? Respon.quod non, l.attillicinius.ff.de pact. Tind.io tract. de compens. artic.3.num.27. Tertio, & vltimo incidenter quæro. Promisi tibi dare centum infra vnum annum, vt mihi infra tale tempus construas domum, modo contingit quod tu non ædificasti domum, nisi post annum à die promissionis, quo facta esse debebat, an ego tenear ad solutionem faciendam primo anno? an verò possim compensare tempus per eum dilatum, & arbitror de iure compens.fieri posse per ea, quæ supra dicta sunt, not. l.attillicinius.ff.de seruit.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus quando compensentur in sortem latè discu titur.*
2 *Fructus intelliguntur deductis expensis.*
3 *Expensarum ratio habetur in æstimandis facultatibus.*
4 *Fructuum existentium cum pecunia compensatio non fit.*
5 *Fructus pignoris computantur in sortem.*
6 *Fructus pignoris, qui percipi potuerunt computantur in sortem.*
7 *Fructus compensantur in sortem, etiam si per sing. successorem fuerint ex pignore percepti.*
8 *Fructus percepti ex pignore Prætorio computantur in sortem.*
9 *Fructus pignoris computantur in sortem non obstante pacto.*
10 *Creditor retinens possessionem compensat fructus in sortem.*
11 *Fructus pensionis domus retentæ computantur in sortem.*
12 *Venditor domus quando fuit in mora, an teneatur ad pensionem.*
13 *Fructus consumpti dicuntur arbitrio iudicis.*
14 *Fructus pignoris quādo non cōputentur in sortem.*
15 *Pignoris proprietas spectans ad creditorem, facit fructus suos.*
16 *Fructus in trebellianicam compensantur.*
17 *Hæres supplet damnum ex fructibus rei casu perempta.*
18 *Fructus pendentes computantur in legitimam.*
19 *Fructus hæreditatis quomodo fideicommisso cedat.*
20 *Fructus rei legatæ compensantur in debitum.*
21 *Fructus percepti ex legato sunt hæredis, nisi in mora fuerit.*
22 *Fructus vnius anni fertilis compensantur cum fru ctibus alterius anni sterilis.*
23 *Fructus consumpti per vxorem quando compensentur in dotem.*

*Quæst. IX. Primæ partis.*



Ono quæro quando fructus compensentur in sortem? Respon. Reg. Com. esse fructus extenuare sortem in contractib. reprobatus à iure, quem admodum modo latius dicetur: Pro cuius declaratione ponam hoc in loco nonnul-
1 las quæst. † sub ista, ex quibus clare colligetur to ta materia compensationis fructuum; quarum prima sit, quod vbicunque lex, seu statutum, aut
2 quælibet etiam † alia dispositio loquitur de fructibus, intelliguntur deductis expensis: Doctor. comm. l. fructus. ff sol. matri. glo. l. in fundo, ff de rei vend. ver. deducto. Angel. §. ex diuerso, instit. de rer. diu. glo. c. cum iotra, ver. fructus, de pigno. gl. c. grauis, ver. fructus, de restit. spol. l. si à patre, ff. de petit. hære. Tiraq. tract. de vtroque retr. titu. de retr. Lignagier. §. 15. glo. 1. num. 1. & in tracta. de primog. q. 74. num. 7. Fel. cap. ad nostram, nu. 3. de iure iur. Paris. consi. 94. num. 25. vol. 2. Iass. l. cum quædam. §. quoties, num. 6. ff. de iurisdi. om. iud. vinc. l. fructus, num 8. ff. solu. matrimo. Didacus lib. 1. var. resol. c. 3. num. 3. Specul. tit. de expen sis. §. 1. ver. expensæ. Saly. c. l. si quis sciens. C. de rei veodic. l. neque. C. de compen. Roma. consi. 339. idem sing. 334. vnde lucrum dicitur deductis expensis. l. Lucios. ff. pro socio. Item iustū precium emptionis consideratur deductis expensis glo. & com. doc. l. per diuersas. C. mand. Item io æstiman
3 dis facultatibus expēsarum † ratio haberi debet, idem in æstimādo redditum, Bal. l. cohæredibus. C. fami. ercisc. idem in æstimando valorem beneficij. Bal. l. 1. C. de fruct. & lit. exp. Dec. consi. 556. Ripa. l. 1. §. si hæres, num. 27. ff. ad Trebell. Rot. decis. 702. Idem in æstimandis bonis ecclesiæ vacantis. c. præsenti. §. porrò, de offic. ord. 6. gl. c. si tibi, de præb. eod. lib.
4 Secunda conclusio sit, † quod fructuum existentium cum quantitate pecuniæ compensatio non fit, quia illi vt species reputantur, & de quantitate ad speciem non fit compensatio, vt dictum superius fuit in 4. q. facit in termin. pro hoc Ale. l. diuortio. §. ob donationes, num. 3. ff. solu. matri. glo. l. neque. l. si propter. C. de compens. Doct. c. ad nostram, il 1. ff. de iure iuran. fallit si fructus iam consumpti essent. Ale. d. §. ob donationes, num. 2. vbi etiam Ias. num. 5. Bar. num. 2. Bar. l. si propter, num. 2. vbi etiam Paul. C. de compens.
5 Tertia conclusio sit, † quod fructus percepti per creditorem ex pignore computantur in sortem, l. si domum. C. de pign. l. 2. C. de pigno. actio. c. 1. de vsur. l. si ea. C. de vsur. August. Berò. d. cap. primo, num. 14. eod. titu. de vsur. Anto. Negulan. tract. de pign. & hypot. 4. M. 5. P. nu. 1. l. quamuis, ff. quib. mod. pign. cont. l. 1. §. penul. ff. de his, quæ in frau. cred. Barr. & Doct. l. si conuenerit §. si nu-
6 da, ff. de pign. act. ampl. primo, † vt habeat locum

non ſolum in fructibus perceptis, ſed etiam in
his, qui percipi potuerunt, nam etiam illi compu-
tari debent in ſortem d. l. 2. Abb. cum gl. t. c. 1. de
vſur. Secundo ampl. vt non ſolum ſors extenuari
debeat propter fructus perceptos, & qui percipi
potuerunt, ſed etiam extenuari debeant, ſi res pi-
gnorata dolo, vel culpa creditoris fuit, quia de
dicta ſorte æſtimatio detrahi debet Doct. l. 2. C.
de rei vend. Tertio ampl. vt etiam fructus, qui ſu-
perſunt vltra ſatisfactionem ſortis ſint computan
di, ac reſtitui debent vnà cum pignore c. cum con
7 tra de pignor. Quarto ampl. † vt procedat non ſo
lum in ipſo creditore percipiente fructus, ſed
etiam in eius ſingulari ſucceſſore, Bald. l. s. C. de
8 pign. act. Quinto ampl. † vt procedat non ſolum
in pignore conuentionali, ſed etiam in prætorio,
Bart. l. Titia. ff. de ſol. l. is cui. §. quæri. ff. vti poſſ. gl.
& Bart. l. ſi is qui. ff. de pignor. Sexto ampl. etiam
ſi interceſſit pactum, quod creditor lucretur fru-
9 ctus pignoris † pro intereſſe, ſeu vſuris, quia tale
pactum noo valet, & fructus debent in ſortē com-
putari, Bald. l. 1. C. de diſtr. pign. à pari enim am-
bulat hoc pactum cum pacto vſurario. c. s. c. con
queſtus de vſur. c. quia eod. tit. Alex. conſi. 31. nu.
10 4. volu. 6. ex quibus infertur † quod creditor in-
greſſus poſſeſſionem ex primo decreto donec ſtat
in poſſeſſione tenetur rem locare, & fructus per-
cipere, & de illis curam habere, & in ſuum credi-
tum eos computare, & ſi non locauit cum potue-
rit tenetur de dolo, & computandi ſunt, ac ſi eos
percepiſſet gl. & doct. leg. in venditione. §. 1. ff. de
bon. aut. Iud. poſſ. Secundo infertur, quod ſi cre-
11 ditor immiſſus † in poſſeſſionem domus, donec
eam inhabitauerit tenetur fructus penſionis in
ſortem computare l. is qui. §. 1. ff. de pign. Alex.
12 conſi. 141. volu. 5. Tertio † infertur, quod vendi-
tor domus, qui fuerat in mora irregulari, non te-
nebatur ad penſionem ſi non habitauerat, vel al-
teri locauerat, quando. s. fuit ad hoc impeditus,
ſecus ſi potuiſſet, & non feciſſet, Socin. & alij. l. Iu-
lianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. limitatur ta-
men hæc concluſio. Primo vt procedat, quando
ſcilicet ſunt conſumpti. leg. 1. C. de diſtr. pig. ſecus
ſi dicti fructus non eſſent conſumpti, tunc enim
pro ſpecie habentur, & de ſpecie ad quantitatem
non admittitur compenſatio, ſunt tamen obliga-
ti in ea cauſa, in qua eſt obligata ipſa res, ex qua
percepti ſunt. l. 3. C. In quibus cauſ. pig. tac. contr.
Doct. comm. l. 1. C. de pign. act. leg. fi. C. eod. leg.
quamuis, C. in quibus cauſ. pign. tac. contr. l. fin.
C. de non num. pec. Anch. cap. 1. de vſur. Doct. c.
ad noſtram de iur. iur. Alex. & Iaſ. leg. diuortio.
§. 1. ff. ſol. matrim. & hoc niſi ſint fructus in pecu-
nia vt in penſione domus, & ſimilium, ſed quan-
13 do dicantur † conſumpti relinquitur hoc arbitrio
iudicis gl. Com. appro. leg. 1. C. ſi aduerſ. vſucap.
Corn. conſi. 104. volumin. 2. Secundo fallit, vt
non habeat locum, niſi in illis fructibus, qui ſu-
perſunt deductis expenſis Doct. comm. cap. 1. de
vſur, l. omnes. leg. fructus. ff. ſol. matr. Tertio fal-
14 lit quando creditor † pecuniæ mutuatæ ſubijſſet
notabilem laborem, tunc enim in compenſatio-
nem talis laboris poſſent prædicti fructus com-

penſari, non autem in ſortem Hoſt. in ſumma tit.
de vſur. §. in alijs nu. 12. Ioan. And. c. conqueſtus
eod. tit. Rom. Sing. 536. Quarto limitatur quan-
15 do res pignoratæ ſpectarent † ad creditorem iure
proprietatis, ſed iure vſusfructus ſpectarent ad
debitorem, & pignus fuiſſet conſtitutum reſpe-
ctu illius iuris vſusfructus, quia tūc cenſetur con
ſolidatus vſusfructus cum proprietate, c. conque-
ſtus de vſuris; vnde ſi emphyt. daret rem Emphy
teoticam reſpectu vtilis dominij in pignus dire-
cto Domino, tali caſu fructus percepti per dire-
ctum dominum ex dicta re Emphyt. non com-
penſabuntur in ſortem, Rom. l. diuortio. §. ob do-
nationes. ff. ſol. matr. idem eſt in feudo, quia dire-
ctum dominium reperitur penes dominum Abb.
c. at ſi clerici numer. 23. de iudic. capit. ex ſuſce-
pto numer. 16. de foro compet. Quinto limit. vt
non habeat locum quando debitor promiſit non
moleſtare creditorem in pignore, nec in fructibus
illius; donec ei fuerit ſolutum, & ita iurauit, nam
propter iuramentum non poterit debitor oppo-
nere, quod fructus compenſentur in ſortem. Bald.
& Abb. c. ad noſtram de iur. iur. cap. cum inter de
exc. c. cum dilectus de ord. cogn. doct. l. amplius.
rem ratam haberi, ſoluto tamen debito poteſt
poſtea repetere à creditore pignus vnà cum fru-
ctibus perceptis per eum, & etiam percipiendis
Abb. capit. ad noſtram de iur. iur. alioquin daretur
occaſio fœnerandi: Sexto & vlt. fallit vt non pro-
cedat in fructibus perceptis per generum ex pi-
gnore ſibi dato à Socero pro dote, ſed marito ce-
dunt loco intereſſe pro oneribus matrimonij ex
cauſa dotis non ſolutæ Abb. capit. ſalubriter de
vſur. doct. l. inſulam. §. vſuras. ff. ſol. matrim. leg.
diuortio. ff. ſol. matrim. Bart. leg. at qui. §. non tan-
tum. ff. de neg. geſt. fallit tamen hoc dictum pri-
mo vt habeat locum donec maritus viuit, & ſubſti
net onera matrimonij, ſecus autem eſt in eius hæ-
rede Abb. & Doct. comm. cap. ſalubriter de vſur.
Archiep. Anton. tract. de vſur. quæſt. 28. dos enim
ſoluto matrimonio deſinit eſſe dos, & efficitur pa-
trimonium mulieris: ſecundo modo reſtringitur,
quando maritus hoc ius Pignoris alteri cederet,
non enim hoc ius in ceſſionarium tranſit Bald.
rub. de vſur. q. 4. Alex. l. in inſulam. §. vſuras. ff. ſo-
lut. matr. Tertio reſtringitur id quod dictum eſt
de dote, vt procedat ita demum ſi fructus perce-
pti, ſeu percipiendi per maritum ex pignoribus
ſibi pro dote datis ſunt reducibiles ad intereſſe,
videlicet ſi fructus non excederent alimenta con-
ſiderata quantitate pro qua pignora data fuerunt,
ſecus autem ſi fructus multum excederent, tunc
enim in caſu, quo excederent in dotem compenſa
ri deberent, Bal. l. fin. §. præterea. C. de iur. Dot.
Ale. l. inſulam. §. vſuras. ff. ſol. matrim. conſi. 178.
numer. 10. vol. 7. ex quibus iam relatis infertur,
quod ſi mulieri ſol. matr. datum ſit pignus pro do
te ſibi reſtituenda ab hæredibus mariti, non ha-
bentibus pecuniam, & ipſa ex pignore illo fru-
ctus percepit, illi ſunt computandi in ſortem. l. in
dotem Abb. c. ſalubriter de vſu. & eſt mag. com.
Doct. l. in inſulam. §. vſuras. l. diuortio. ff. ſol. matr.
Corn. conſi. 44. vol. 2. quia licet hæredes fuerint
in mo-

in mora restituendi dotem, nihil propterea debetur mulieri pro alimentis, imputandũ est ei quia doté non exegit, ita hanc esse com. attestatur Ale. d. leg. diuortio col. 5. ff. solu. matr. ampl. hoc dictũ etiam si dictum sit, quod ei aliquid pro alimentis dari deberet, Anch. consi. 150. Ale. d. l. diuortio, col. 6. sub isto enim vocabulo blando alimentorũ sæpe in crimen vsurarum incurritur, & hæc intellige. Primo nisi heredes mariti fuissent in mora restituendi dotem, mulier autem magnum fuisset ipsa damnum passa, vt quia aliunde non haberet vnde se alimentaret, nam tali casu etiam de iure canonico vsuræ peti possunt ratione damni emergẽtis gl. l. 2. C. de vsur. doct. com. c. conquestus eod. tit. gl. l. curabit. C. de act. empti, quo casu etiam si mulier percepisset fructus non tenetur eos compensare in dotem vsque ad condecentiã sui interesse, & damni emergentis, Ale. leg. diuortio col. 6. ff. sol. matr. Bald. tract. de dote. 8. p. in 22. priuileg. Secundo modo intellige nisi mulier solita fuisset dare pecuniam mercatoribus pro honesto lucro, tunc enim ratione lucri cessantis faceret fructus suus ex re pignorata vsque ad concurrentem quantitatem, neque cogeretur compensare in sortem, iuxta not. l. 3. ff. de eo quod cert. loc. Neguſant in tract. de pignor. & Hypoth. 3. M. 5. P. nu. 17. Augu. Ber. d. c. 1. nume. 17. & nu. 51. late in termin. vbi nume. 60. concludit fructus perceptos ex re pignorata ipso iure compensari in sortẽ, quia perinde est ac si facta fuisset solutio. leg. 1. C. de distr. pignor. conc. doct. c. salubriter de vsuris. l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matr. gl. & Bald. l. si is qui. §. 1. ff. de pignor. leg. 2. C. de pign. act. l. is cui. §. quæri ff. vti possid. Bart. l. cum debitor. ff. quibus mod. pig. tac. contr. Bald. leg. 1. C. de pign. act. Cum. consil. 19. infertur primo quod hæres mariti non lucratur fructus pignoris, cum possit quandocunque restituere pignus. Abb. c. salubriter co. 3. de vsur. Sec. infertur quod fructus percepti pro equo dato pignori ad naulum, quatenus supra sumptus factus est locupletior compẽsantur Bal. leg. 2. C. de pacto. pig. Ale. leg. si ser. ff. de pign. act. cõc. l. quamuis. ff. quib. mod. pig. tac. contr. & not. quod ad hoc vt admittatur compensatio debet dici in libello fructus esse consumptos, venditos, atque commistos, alioquin reus absolueretur: & not. in termin. doct. l. 2. §. pen. ff. de his, quæ infr. cred. docto. leg. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. act. leg. rescriptum, vbi Bart. ff. de distr. pign. leg. titia ff. solu. matr. Baldus leg. fin. præterea. C. de Iur. dot. Bartolus leg. 1. §. cum prædium ff. de pignor. Aret. leg. quod pignori ff. de acqu. poss. Baldus leg. ex prædio. C. de vsur. Ioan. And. capit. conquestus de vsur. Cum. consil. 19. Ias. leg. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matr. sed an fructus computentur in expensis factis? not. doct. leg. insulam. §. fructus. ff. sol. mat. Bartolus leg. cum quæritur. §. prædijs. ff. de leg. 2. doc. leg. in fundo. ff. de rei vend. gl. & Alex. l. emptor. ff. eod. Bart. l. si maritus ff. de don. causa mort. vnum scias qd fructus in sortem cõputari non debent quãdo creditor proprietatẽ habet rei pignoratæ, quasi consolidetur tũc vsus fructus cum proprietate, vt de Emphy. dictũ est.

16 Quarta conclusio, † sit, quod fructus computantur in trebellianicam, Bald. l. 2. C. ad trebel. nisi simus in filijs primi gradus doct. com. l. iubemus. C. eod. l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill. Bart. l. Papinianus. §. vnde. ff. de inof. test. Ang. l. qui de bonis. §. qui auus ff. ad l. Fal. nepotibus tamen imputari debent. l. in fideicommissariam ff. ad Trebell. non tamen computantur per cepti negligentia non petentis. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Trebel. ampl. vt imputentur etiã in quartam, Bald. d. l. iubemus Paul. cons. 90. specul. tit. de testam. §. 1. ver. an fructus Aret. l. cum filio. ff. de leg. 1. Angeli cons. 286. ampl. etiam vt imputẽtur parentibus primi gradus institutis a filijs. leg. fili. fami. §. qui militis. ff. ad. l. fac. l. qui de bonis. §. qui auus. ff. eod. tit. qua in re plures referam casus ad hoc, vt melius discutiatur hæc præsens conclusio, ex mente Socin. l. cum filio nu. 173. ff. de leg. 1. Picus l. in quartam nu. 109. ff. ad l. falc. primo cum ante aditam hæreditatem & viuente adhuc ipso testatore fructus percepti fuerint reconditi in horreo, hos absque dubio hęres grauatus tenetur restituere l. quod his ff. de leg. 3. Ripa. l. fidei commissariam nu. 3. vbi etiam Laur. nu. 18. ff. ad Trebell. quia fructus ex corpore hæreditatis esse dicuntur, unde non solum imputari, sed etiam computari debent ad detractionem quartæ Trebellianicæ, ampl. etiam si essent fructus pẽdentes Ripa. d. loco nu. 12. Ang. cons. 33. Ioha. in tract. de fruct. c. 3. nu. 1. quia fructus pendentes pars fundi dicuntur l. fructus. ff. de rei vend. l. in lege. ff. ad. l. falc. l. si seruus. §. locari. ff. de furt. l. si filius. §. cum fundum. ff. de verb. sign. & hæreditatem augent l. quæsitum. §. pen. ff. de l. 1. item ampl. procedere etiam hęreditate iacente doct. com. d. l. in fidei commissariam l. ita. §. 1. ff. ad Trebell. Secundus casus est quãdo fructus ab hærede fuerunt seminati, & percepti post aditam hæreditatem, tales non restituuntur, neque compensantur, sed suos facit hæres, cum sit dominus hæreditatis. l. si quis bonorum. ff. de leg. 1. l. postulante §. sed si ff. ad Trebel. l. Herennius ff. de vsu. nec hæreditarij dicuntur; quia hæreditas adita non est hęreditas, sed patrimonium adeuntis, Ias. leg. 1. §. veteres. num. 14. ff. de acq. poss. Ripa d. l. in fidei commissariam num. 4. Ioan. in tit. de fruct. tit. 2. c. 1. num. 4. Boer. q. 44. num. 16. quod procedit etiam si testator diceret restituat quicquid ad eum peruenerit, nam perinde esset ac si dixisset restituat, omnia bona. Ripa d. loco num. 15. vbi Laur. num. 30. & frustratoria fuisset hæredis institutio, Ang. con. 331. Tiraq. l. si vnquam ver. reuertatur nu. 287. C. de reuoc. don. Soc. l. cum filio nu. 178. ff. de leg. 2. Boer. q. 44. num. 16. fallit tamen primo nisi testator dixerit expresse omnes fructus ab hærede restitui, Ripa d. loco num. 6. Ang. cons. 331. Ioan. tit. de fruct. tit. 2. c. 1. num. 6. l. si ita. §. Pegasus. ff. de leg. 2. idem si testator diceret restituat quantamcunque pecuniam ad eũ peruenerit, nam pecuniæ verbum etiam fructus comprehendit leg. pecuniæ verbum ff. de verb. sign. doct. com. leg. Balista. ff. de Trebell, Ripa. d. leg. in fidei commissariam nu. 15. Alciat. cons. 648.

leg.

Litem. §. redactæ. ff. de pet. hære. l. venditio. ff. de hæred. vend. Socin. l. cum filio num. 176. ff. de leg. 1. præsertim quando coniecturata mens testatoris apparet. l. si seruus. §. fin. de leg. 1. quæ coniectura maxime videtur ex illa geminatione quantamcunque l. 2. de exc. tutor. Afflict. decis. 13. nu. 24. Soci. l. centurio numer. 300. ff. de vulg. dixi ego in tract. de reg. iur. reg. 3. nu. 1. Secundo fallit, quando hæres fuit grauatus, vltra vires hæreditarias, tunc tenetur restituere fructus deducta quarta, vt suppleat fideicommissi diminutionem. factam ad legatorum solutionem, Ripa. l. in fideicommissariam nu. 17. vbi Laur. nu. 35. ff. ad Trebell. l. ita tamen. §. hæres. ff. eod. picus l. in quartam nu. 110. ff. ad l. Falc. Boer. q. 44. nu. 16.
17 Tertio † fallit quando ante diem restitutionis res aliqua perijt casu, tunc hæres supplet damnum ex fructibus, Ripa d. loco nu. 18. Socin. consi. 57. num. 18. vol. 3. Socin. Sen. in tract. fall. reg. 172. fall. 1. Quarto non procedit quando hæres grauatus fuisset creditor ipsius hæreditatis tunc enim fructus suos facit, sed debet cum ipso credito compensare, Rip. d. lo. num. 19. Laur. nu. 35. Ang. consi. 331. colum. 2. Paris. consi. 25. nu. 65. vol. 2. Socin. consi. 57. num. 13. vol. 3. Alciat. consi. 638. Rom. Sing. 36. Boer. q. 44. nu. 16. Quinto non procedit quando hæres grauatus fuisset restituere proprio filio. Ripa, d. loco nu. 21. vide tamen Socin. l. cum filio num. 184. ff. de leg. 1. Sexto non procedit quo ad fætus pecorum, qui cum loco gregis demortui sint non restituuntur l. deducta. §. hæreditatem. ff. ad Trebell. Ripa. d. loco nu. 22. vbi Laur. nu. 40. Septimo, & vlt. declaratur vt non procedat in fructibus ciuilibus vt in lucro vsurarum, & pensionibus domorum Ripa d. loco. nu. 23. Angel. consi. 131. ver. 6. Tertius casus est in fructibus perceptis post aditam hæreditatem, & cõditionis euentum hos enim hæres omnino restituere tenetur fideicommissario Doct. com. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebell. quod procedit primo etiam si fideicommissarius ob propriam absentiam non petit hæreditatem sibi restitui, quia tunc fructus percepti sunt omnino restituendi Docto. com. d. loco vbi Ripa nu. 10. Secundo ampliatur etiam in fructibus perceptis post solam verbalem restitutionem. Ripa. d. loco numer. 14. com. hoc idem ante Laur. d. loco numer. 29. fallit quando fructus percepti essent ex ipsamet. Quarta Trebellia. leg. quod de bonis. §. fructus. ff. ad l. Falci. leg. mulier. §. si hære. ff. ad Trebell. Ripa l. in fideicommissariam numer. 24. vbi Laur. num. 46. ff. eod. Quartus casus est quãdo testator instituit hæredes proprios filios, & illos grauauit restituere vel adinuicem si moriantur sine filijs, vel grauauit restituere alijs descendentibus, vel agnatis tali casu filij non imputant fructus in quartam, sed quartam ipsam ex prædijs hæreditatis detrahere possunt Doct. com. l. in fideicommissariam vbi Ripa numer. 28. ff. ad Trebell. Pic. leg. in quartam numer. 111. ff. ad l. Falcid. hoc enim filijs primi gradus in priuilegium tributum est docto. leg. iubemus. C. ad Trebell. quod procedit etiam si testator iussisset his filijs vt in suam quartam fructus imputarent, quia ad hæc non possunt cogi docto. l. balista ff. ad Trebell. Ripa. l. in fideicommissariã nume. 33. ff. ad Trebell. ampl. secundo etiam si grauati essent restituere extraneis glo. & docto. l. in fideicommissariam ff. ad Trebell. l. quod de bonis §. quod auus ff. ad l. Falc. Corne. consil. 108. volum. 4. Bertrand. consi. 106. vol. 2. Ruin. consil. 163. nume. 15. volum. 2. Tertio ampl. etiam si sub conditione fuissent restituere grauati, tali enim casu duas quartas detrahunt vnam pro legitima, alteram pro Trebellianica docto. l. quod de bonis §. quod auus ff. ad l. Falcid. vbi Alexand. dicit com. esse Ange. consi. 131. Corne. consil. 108. col. 7. volum. 4. Pic. l. in quartam nu. 111. ff. ad l. Falc. Ripa d. l. in fideicommissariam nu. 30. vbi Laur. nume. 61. Rol. consi. 12. nu. 8. vol. 1. Neuiz. consi. 1. nu. 5. & est mag. com. licet contrarium sentiat Paul. l. mulier. §. cum proponeretur vbi Alexand. ff. ad Trebell. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. test. Curt. consi. 52. Dec. consi. 480. num. 13. Ias. consi. 221. vol. 2. Gozad. consi. 45. Quarto ampl. etiam quando isti filij loco quartæ Trebellianicæ maiorem portionem a statuto consequerentur. Ripa d. loco nu. 38. Doct. l. scimus. C. de inoffi. testamen. fallit tamen primo in filijs naturalibus l. iubemus C. ad Trebell. Ripa d. l. in fideicom. num. 32. vbi Laur. nu. 77. nisi essent legitimati, Alexã. consi. 2. vol. 1. Ruin. consi. 91. nu. 6. vol. 3. Secundo non procedit quo ad supplendum diminutionem rerum hæreditariarum, si casu aliquo perierunt Ripa d. loco nume. 34. Tertio non procedit in his fructibus, qui loco proprietatis habẽtur, vt in fructibus extantibus in borreo iam reconditis tempore mortis testatoris, vel cum eo tempore pendent, tales enim pars fundi dicuntur, ac etiã in quartam computantur Ripa d. l. in fideicommissariam n. 56. vbi Laur. num. 87. ff. ad Trebell. Bald. l. scimus C. de inofficio. test. Salic. l. iubemus C. ad Trebell. Curt. consi. 72. Quarto non procedit quo ad imputationem in creditum, Ripa d. loco nume. 35. Quintus casus est quando pater a filio fuit institutus, & grauatus restituere hæreditatem sub conditione, tunc is pater fructus hos non lucratur ex toto, sed in quartam Trebellianicam tanquam extraneus alter imputare debet Ripa l. in fideicommissariam nume. 31. Laur. d. loco nume. 69. com. d. Sextus, & vlt. casus est quando instituitur hæres extraneus, videlicet vltra filium primi gradus, ita enim extraneus hoc loco sumitur, an omnino cogatur fructus in quartam imputare? Respon. distinguendo aut fructus adhuc extant, aut non, primo casu imputari eo reluctante non debent. Secundo verò casu omnino imputandi sunt doct. com. l. in fideicommissariam vbi Ripa. nume. 26. ff. ad Trebell. Laur. nume. 49. fallit primo in fructibus perceptis negligentia fideicommissarij, quia hos absolutè hæres lucratur, Ripa d. loco nume. 26. Secundo non procedit in fructibus perceptis post moram commissam ab ipso hærede in non restituendo, hos enim imputet si placet ipsi fideicommissario, Ripa d. loco n. 27. Tertio non procedit quando isti tales instituti omnino æquiparantur filijs primi gradus a statuto,

quia tunc militaret eadem ratio docto.com.l.1.ff. de leg.1.ex quibus omnibus concludas ex mente Iacobi Menoch. in tracta. de arbitr. iudi. lib. 2. Cent.3. Cas.356. nume.1. fructus perceptos ab hærede grauato restituere hæreditatem in quartam Trebellianicam imputari iudicis arbitrio Bartolus l.ita §.hæres ff. ad Trebellianicam doct.l.filiusfamilias l.quod de bonis §.fructus ff.ad l.Falcid.l.in fideicommissariam l. mulier §. si hæres ff. ad Trebell. docto.l.in quartam ff.ad l.Falcid. Bartol.l.2.C.ad Trebell.doct.l.cohæredi. §.cum filiæ ff.de vulg. Ange.l.3.ff.ad l.Falcid.l.mulier §.si hæres.ff.ad Trebell.l.cohęredi.§.cum filiæ ff.ad Trebellian.Alex.consi.82. volum.1. l.ita §. ex asse ff. ad Trebell.

18 Quinta conclu. sit quod † fructus pendentes computantur filio in legitimam, secus si consumpti fuerint doct.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg. Iubemus C.ad Trebell.Bal.authen. nouiss. C.de inoffic.testam.l.cum scimus §.illud eod.titu. l.filium quem ff. famil. hærcisc. docto. l. fructus de rei vend. Bald.l.non est C. famil. ercisc. Barto.l. Papinianus §.vnde ff.de inoffi.testam.not. c.si pater de test.6.conc. quæ dixi super in prox. Præc. Concl.

19 Sexta conclusio sit quod † fructus hæreditatis fideicommisso subiectæ non veniunt in fideicommisso regulariter, sed cedunt lucro hæredis l. in fideicommissariam ff.ad Trebell. fallit primò nisi hæres grauatus sit eos restituere. Secundo quando grauatus est restituere vltra vires hæreditatis l.ita §.ex asse. ff.eodem titulo. Tertio quando restitutio fideicommissi fuit delata in aliquod tempus mero fauore fideicommissi Bartolus l. Liberto §.filium.ff.de ann.leg.l.qui fructus ff. de vsufr. legat.l.ex asse l.Lucius §.hæredum ff. ad Trebell. Quarto quando grauatus est restituere quantamcunque pecuniam ad eum peruenerit Bartolus l. Balista ff. ad Trebellianicam. Quintò quando grauatus est restituere quicquid ad ipsum peruenit ex hæreditate l. cum filio. ff. de legat. 1. Sexto quando fructus sunt percepti ante aditam hæreditatem quia illam augent. Septimo hoc idem si hæres fuit in mora adeundi docto. com. l. ita §. si seruum ff. ad Trebellianicam Cin. l. iubemus C. eod. Octauo hoc idem si fuerit in mora restituendi; nam moræ tempore fructus suos non facit. Nono hoc idem in fructibus gregis, qui mortuorum loco cedunt l.deducta §.hæreditas ff.ad Trebellianic. Decimo fallit quando hæreditas est diminuta casu fortuito, quia ex fructibus suppletur l.scribit ff.ad Trebell. Vndecimo quando fructus quæsiti sunt mandato testatoris hæredi antequam esset hæres, vt quia testator habens centum dedit ea mercatori ad vsuras, deinde fecit illum hæredem, & grauauit restituere, debet enim restituere etiam vsuras l. postulante §. sed in huiusmodi vbi Bartolus ff. ad Trebellianic. Duodecimo fallit in hærede extraneo docto. l. quod de bonis §.quod anus ff. ad leg. Falcidiam. Decimo tertio quando grauatus est hæres restituere quicquid superest ex bonis, secus si dictum sit quicquid superest ex hęreditate, Bartolus l. Titio. ff. ad Trebell.Conc.quæ dixi super in 4. conc. ex quibus infertur. Primo quod fructus percepti ex negligentia fideicommissarij non petentis hæreditatem sibi restitui non veniunt in fideicommisso leg.mulier.§.si hæres.ff.ad Trebellian. ampl.1.etiam si fuisset absens Cyn.leg.iubemus. C. eod. tit. Secundo ampl. etiam si fuerint percepti post aditam hęreditatem ab hærede coacto adiri, si fideicommissarius fuit in mora petendi fideicommissum Ang.leg.ita tamen.§.si seruus. ff.ad Trebell.Secundo infertur,quod fructus consumpti per vxorem computantur sibi in dotem, si malitiose consumpsit Paul. consi. 128. fructus tamen rei fideicommisso subiectæ non computantur in dotem Bart. leg.mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.

20 Septima conclusio sit, † quod fructus rei legatæ compensantur in debitum, ad quod testator tenebatur legatario.l.quod de bonis.§.quod auus & ibi Doct. ff.ad l. Falcid. ampl. etiam si sit naturale debitum tantum.l.mulier.§.cum quæritur.ff. ad Trebell. sed an fructus rei legatæ pure percepti ante aditam hæreditatem sint hæredis, vel

21 legatarij † not.glo.l.quod seruus. ff.de lega.2.leg. Herennius, de vsuris.Cyn.& Bal.l.fin.C.de vsur. l.balista.ff. ad Trebell.l.si quis bonorum.ff.de leg. 1.l.cum pater.§.filia.ff.de leg. 2.l. omnia. ff. eod.l. 1.C.com.de leg.vbi not.quod sunt hæredis & l.1. C. de vsufr. leg. gl. l. 1. §. in nouissimo.C.de Cad. toll. nisi sit facta traditio per testatorem, vel nisi legatario data fuerit licentia capiendi rem legatam propria auctoritate Corn.consil.187.volu.2. ex qua concl.not.1.quod fructus rei legatæ ex certo fundo annuatim, si vno anno non nascantur,

22 suppleantur ex eodem fundo † alijs annis,& sic isto casu compensatur sterilitas cum fertilitate doct. leg.inter stipulantem. §. sacram.ff.de verb.oblig. conc.leg.legatum.§.vini vbi Bart.ff.de annuis leg. leg.Lucius. ff.de alim.leg.Cyn.leg. si quis argentum. C.de donat. Bar.leg. si seruus. §.quicunque. ff.de leg.1.fallit nisi in contemplatione illius fundi alimenta essent relicta, quia ea præstari debent secundum quantitatem facultatem, non autem pro eis fundus vendi debet, Bart. leg. cum alimenta.ff.de alim. leg. leg. Imperator.ff.ad Trebell. doct. leg. fructus. ff.sol.matrimon.Sed quomodo legatum dicatur factum animo compensandi dicemus inferius latius suo loco, q.31. huius 1. p.& in 2.p. q.29.

23 Octaua & vlt.Concl. sit, † quod fructus cõsumpti per vxorem malitiose compensantur in dotem Paul.consi.128.& dicam ego latius inferius.q.17. huius 2.p.& quando in dote dicatur compensatio facta not. August.Ber.consil.46.numer.8.volu.2. consi.41. numer. 40.volum.1. Alex.l.rei iudicatæ numer. 2. ff. sol. matrim. Bart.l.1.numer. 9.ff.sol. matr. leg. si filio num. 8.ff.eod.l.neque nu. 3.C.de Compens. Bart. l. 1.C.eod.Paul. leg.neque. C.eod. Ioan. Annibal. rubr.ff.sol.matr. num. 425.Socin. consi.85.numer.8.vol.4.vbi attestatur mag.com. esse opi. quòd scilicet in restitutione dotis admittatur compensatio gl. & doct. leg. vnica. §.taceat. C. de rei vxor. act. Paris. consil. 121. numer. 19. vol.

vol. 1. dicens contra instrumentum dotale opponi posse exceptionem compensationis.

*SUMMARIUM.*

1 *Expensa cõpensantur cum fructibus late discutitur.*
2 *Expensa facta in cultura compensantur cum fruct.*
3 *Lucrum quomodo intelligatur.*
4 *Expensa computantur in æstimatione beneficij.*
5 *Expensa facta in lite fideicom. an compensentur.*
6 *Expensa rei recuperata cui debeantur.*
7 *Expensa facta in venditione, cui imputentur.*
8 *Expensa extrinsecus facta cum fructibus compensantur.*
9 *Expensa non compensantur cum fructibus quando facta sunt à Domino.*
10 *Expensarum compensatio fit ipso iure.*
11 *Expensa cum expensis compensantur.*
12 *Expensę facta à patre pro filio, quando non computantur in legitimam.*
13 *Expensa facta pro filio non computantur in legitimam.*
14 *Expensa facta pro doctoratu filij non computantur in legitimam.*
15 *Libri dicuntur aduocatorum arma.*
16 *Expensa pro doctoratu, mortuo patre, de quibus fiant.*
17 *Expensa facta à patre pro filio fideiussore, vel condemnato, an computentur in legitimam.*
18 *Expensę in dotem factę quando compensentur in dotem.*
19 *Expensa non minuunt dotem quando fructus supplent.*
20 *Expensa facta per emphyt. pro intratura quando compensentur cum fructibus.*
21 *Expensa quando compensentur cum fructibus à bonæfidei poss.*
22 *Expensa facta per vasallũ, quando compensentur.*
23 *Emptor, quando compenset pretium cum fructib.*
24 *Emptor agens ad fructus tenetur.*
25 *Venditor quando pretium cum fructibus habeat.*
26 *Fructus rei empta restituuntur non seruata conditione.*
27 *Melioramenta cum fructibus qualiter compensentur.*
28 *Errans in iure probabili facit fructus suos.*
29 *Error iuris a possessore debet probari.*
30 *Melioramentorum triplex est genus.*
31 *Fructuum genus triplex dicitur esse.*

## *Quæst. X. Primæ partis.*



Ecimo quæro, an in causa expensarum compensatio detur? Respond. dicendum quod cum expensæ aliæ fiant à principio, vt est precium in emptione, & intratura in contractu emphyt. aliæ rei conseruandæ causæ, aliæ in lite, aliæ in melioramentis, de singulis dicemus modo, nam expensæ aliæ compensantur cum alijs expensis, aliæ cum fructibus, aliæ cum sorte principali, ideo pro clara scientia, colligam hic nonnullas conclusiones.

1 Quarum Prima est quòd † expensæ compensantur cum fructibus ex re perceptis Bal. l. in insulam §. fructus ff. sol. matr. ampl. etiam si factæ sint causa Culturæ Bartol. l. cum quæritur §. Prædiis ff. de legatis tertio, secundo ampl. etiam si factæ fuissent per possessorem bonæ fidei. l. in fundo. ff. de rei vend. Baldus leg. super. C. de euict. Baldus leg. in insulam. §. fructus. ff. sol. matr. Bartolus leg. si mortis. ff. de don. Causa mort. fallit si essent factæ per hæredem in re legata doct. com. l. domus. ff. de lega. 1. Secundo fallit si factæ essent in re subiecta fideicommisso Alex. leg. emptor. ff. de rei ven. quod autem † expensæ factæ in lucra compensentur cum fructibus not. Doct. §. ex diuerso inst. de rerum diuis. gl. cap. cum antea ver. fructus de pignor. Spec. tit. de expensis §. 1. ver. expensæ Sal. l. si quis C. de rei vend. Bal. l. neque. C. de compens. gl. c. ad nostram de iure iur. Paul. cons. 259. vol. 1. Aret. consi. 17. Fel. d. c. ad nostram l. si à domino ff. de pet. hæred. Roma. sing. 334. l. diuortio §. impendia. ff. solu. matr. l. fundi. ff. de vsu. & vsuf. Tertio fallit quando possessor soluit annuam pensionem in compensationem fructuum, tunc eo casu fructus suos industriales ex melioramentis facit, vt dicetur.

3 Secunda conclusio sit † quod lucrum tantum dicitur quatenus superest compensatis expensis l. Lucius ff. pro socio con. gl. l. illud ver. lucrum vbi Bal. C. de collat. gl. & doct. com. l. per diuersas C. mandati Saly. l. 1. C. ne liceat pot. glo. c. cum contra de pigno. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vend. q. 5. in princ. ita æstimantur etiam facultates deductis expensis doct. l. cohæredibus C. fam. ercisc. Bald. l. neque C. de comp. l. 1. §. exercitorem ff. de exerc. act. ita donatio iudicatur deductis expensis, Bart. l. quoties ff. ad leg. Falc. Roma. sing. 202. Alex. l. quoties ff. ad l. Falcid. l. vbi ff. ad Trebell. Aret. l. fructus ff. sol. matr. Item precium rei venditæ respectu solutionis gabellæ intelligi debet computatis expensis factis in proxenetas, & proclamata. l. si vir. §. cuidam ff. de condi. & demonst. Bart. l. quantitas ff. ad l. Fal. Imol. consi. 138 dixi in q. præc. nu. 2.

4 Tertia conclusio sit quòd † expensæ computandæ sunt in æstimatione, quæ fit de beneficio Ecclesiastico in pensione constituenda Bald. l. 1. C. de fruct. & lit. exp. l. sed si §. cuidam ff. de Cond. & demonst. doct. l non amplius ff. de leg. 1. Fel. c. ad aures de rescr. c. causam eo. tit. Dec. consil. 156. Rebuff. in tract. nomin. q. 9. nu. 35. c. postulastis. num. 150. de cler. exco. Ripa. l. 1. §. si hæres. nu. 37. ff. ad Trebell. c. præsenti. §. porrò de offic. ord. 6. gl. c. si tibi ver. fructus eod. tit. 6.

5 Quarta conclusio sit, quòd † expensæ factæ in litigando pro fideicommisso detrahuntur, & non compensantur cum fructibus, Grat. consi. 9. num. 17. Bal. consi. 255. volum. 3. not. l. fi. §. in computatione C. de iur. deliber. vbi Bal. num. 3. Bal. consil. 271. vol. 1. Ang. consi. 245. col. 3. gl. fin. c. cupientes de elect. 6. Feder. consi. 119. Soc. consi. 13. consil. 15. num. 28. Gem. consi. 48. nume. 12. Gozadin. consi. 94. nume. 38. ubi de vsufructuario litigante Calder. consil. 3. titul. de censib. Oldr. consil. 27.

Barb.

Barb. consi. 46. vol. 4. Pauin. in tract. de offic. & pot. iud. deleg. q. 8. 2. p. nu. 22. Bertach. de tracta. Episc. 2. p. nu. 27. gl. auth. nunc si hæres. C. de litig. Soc. consi. fin. vol. 1. nu. 40. Æmil. consi. 15. dicit hanc esse com. Not. franc. Marz. in epith. de fidei-com. q. 67. in terminis.

6 Quinta concl. sit † quod expensæ debent reddi ei qui eas facit in re ab ipso recuperata. l. intra. §. 1. ff. de minor. gl. & Bart. l. in fundo. ff. de rei vẽd. l. vtiles. ff. de pet. hær. leg. si seruos. ff. de pign. act. Fabian. in tract. de empt. & vend. q. 8. col. 2. l. si fine. §. interposito. ff. de adm. tutor. l. Imperator. ff. de in diem adiect. & istæ impensæ integræ recipiuntur absque compensatione fructuum gl. & doct. l. emptor. ff. de rei vend. Tiraq. l. si vnquam vet. reuertatur nu. 235. C. de reuoc. don. Salyc. l. dote. C. de rei vend. Alex. consi. 154. vol. 6. si verò fiunt expensæ pertinentes ad fructus cum fructibus compensantur gl. l. fructus. l. diuortio. §. impendia. ff. sol. matr. si verò expensæ adeo magnæ sunt cogatur venditor eas relinquere, l. si seruos. ff. de pign. act. leg. vtilium. ff. de impens. in re dot. fact. l. impensæ. §. vtiles. ff. de verb. sign. quod si absque detrimento rei possint haberi, qui expendit propria auctoritate eas tollere poterit. l. vtiles. ff. de pet. hæred. l. Iulianus. ff. de rei vend. l. pro voluntarijs. ff. de impens. in reb. dot. fact. Gorne consi. 86. volum. 4.

7 Sexta concl. sit † quod si emptor rem restituat integram venditori, aut consanguineo, non deductis, aut solutis expensis factis in ea, potest tamen eas deducere, nec ei obijcitur compensatio fructuum, nisi in mora fuerit constitutus. l. quod dicitur. §. si dos. ff. de impens. in reb. dot. fact. leg. qui exceptionem. §. si pars. ff. de cond. indeb. l. si quis rem. ff. de acq. poss. l. in reb. §. possunt. ff. com. cogitur ille, qui restituit rem reficere expensas in eo tantum, quo res melior facta est gl. leg. in fundo vet. plus. ff. de rei vend. Paul. consi. 270. volum. 2. doct. l. si quos. C. de rescrip. vend. & hæc restituuntur, licet perierint casu, vel sine culpa eius, qui expendit, leg. sed an vltro. §. 1. ff. de neg. gest. leg. necessarias. ff. de pign. act. Paul. consi. 425. volum. 1. Barbat. consi. 71. lib. 1.

8 Septima conclusio sit, † quod expensæ, quæ extrinsecus fiunt non reficiuntur, sed bene compensantur cum fructibus Bal. l. 1. C. de fruct. lit. exp. Crem. not. 133. leg. 1. §. necessarijs. l. quod dicitur. ff. de impens. in reb. dot. fact. & not. plures casus ad hoc, primo quod in solutione decimarum non deducuntur expensæ c. tua. c. pastoralis, de decimis, vt d. cam ego latius infer. quæst. 24. huius, 3. p. Secundo ex legato non deducuntur, quando legatum redditur inutile si deducerentur expensæ gl. l. qui concubinam. §. qui ortos. ff. de leg. 3. Bart. leg. his verbis. §. fin. ff. eod. Tertio, de fructibus certæ mensuræ non deducuntur impensæ. leg. si debitor. §. versimiliter. ff. de contr. empt. Bart. leg. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. oblig. cap. tua de decim. leg. cum delationis. §. Asinam. ff. de fund. instru. Doct. com. l. fructus. ff. sol. matrim.

9 Octaua conclusio sit, † quod in casibus in quibus quis interim erat dominus percepit fructus, non tenetur compensare expensas, quæ secus in bonis cum fructibus, gl. l. emptor. ff. de rei vend. doct. l. in insulam. §. fructus. ff. sol. matr. not. cap. grauis de rest. spol. vbi. Bald. idem consi. 303. vol. 1. Salyc. l. dote. C. de rei vend. Alexan. consi. 123. volum. 1. consi. 153. vol. 6. Crem. sing. 105. Fel. c. cum causam de re iud. Bertr. consil. 285. volum. 1. Afflict. Decis. 87. & hoc procedit in expensis factis ad perpetuam vtilitatem, secus in expensis, quæ ad fructuum collectionem spectant, tales enim semper compensantur, Bald. consil. 167. lib. 1. leg. fructus, leg. diuortio. §. impendia. ff. sol. matrim. Tiraq. leg. si vnquam vet. reuertatur numer. 290. C. de reuoc. don. & in tract. de retr. tit. 1. §. 15. gl. 1. nu. 1. & seq.

10 Nona conc. sit, † quod expensarum compensatio fit ipso iure, pluribus ex causis, primo quando iudex in iudicio ambas partes absoluit, vel condemnauit ab expensis, Bald. auth. generaliter. C. de Episc. & cleric. Pet. §. in bonæ fidei numer. 28. inst. de action. secundo expensæ alimentorum compensantur cum operibus. leg. in rebus. §. Possunt. ff. com. Tertio expensæ factæ gratia fructuum. l. fundus. §. 1. ff. fam. herc. Quarto expensæ factæ causa eruditionis pueri. leg. quod si. ff. de rei vend. Quinto expensæ factæ in dotem minuunt ipso iure dotem, Aret. §. in bonæ fidei numer. 9. inst. de act. & compensantur etiam si sunt factæ in dotem putatiuam cum fructibus perceptis per virum Bart. l. in insulam. §. fructus num. 3. ff. solut. matrimon. Sexto compensantur cum fructibus quando sunt factæ auctoritate iudicis in re alterius bona fide possessa. l. fructus. l. emptor. ff. de rei vendic. Aret. d. §. in bonæ fidei nu. 8.

11 Decima conclusio sit, † quod expensæ cum expensis compensantur, quando scilicet quis obtinuit in prima instantia, & in secunda succubuit ex eodem articulo add. ad decis. Capellæ Tholos. q. 223. nume. 6. Alex. consi. 54. vol. 5. in fine, quia vterque victor, & victus est Innoc. cap. finem litibus, de dolo & cont. Specul. titu. de expẽsis. §. fin. in fine. Bart. auth. Sed nouo. C. de iudicijs, Bald. leg. eos. §. cautione numer. 5. C. de Episc. & Cler. Doct. com. leg. properandum. §. sin autem. C. de iudic. Alex. consi. 212. numer. 5. volumin. 7. & fit compensatio tantum pro rata victoriæ vtriusque. Immol. l. qui solidum. ff. de leg. 2. conc. Bertrand. consil. 20. num. 1. volum. 2. dixi super in quæst. 6. Lanfranc. titu. de expens. numer. 12. Ias. §. in bonæfidei. v. Memb. inst. de act. nam licet quantitas non sit æqualis, est tamen æqualis qualitas. Mis seng. d. §. in bonæfidei numer. 35. Alex. leg. qui Romæ. §. duo fratres numer. 25. ff. de verb. oblig. quod tamen intellige, Primo quando sententia reuocatur ex nouis deductis, secus si ex veteribus ijsdem actis, quia victus victori tunc tam ex prima, quàm ex secunda instantia in expensis condemnabitur ita Decis. Capellæ Tholos. super cit. 223. in terminis add. in 3. not. Mathes. Gomes. super Reg. canc. tit. de Annali poss. quæst. 1. num. 7. Angel. leg. generaliter numer. 7. C. de reb. cred. Secundo limit. quando actor in prima sententia diffini-

diffinitiua obtinuit, reus verò in ſententia interlocutoria, tunc enim litis expenſæ compenſandæ non ſunt, Ange.l.damni la 2.nume.2.ff.de damn. infecto, ſed an expenſas, quando ille, qui ſuccubuit, non ſolum non reficiat, ſed etiam cum eo, quod debet, & ad quod condemnatus eſt compenſentur not.glo. l.properandum §. ſi quidem. C.de iudic.Iaſ.d.l.properandum §. ſinautem nume. 10.eo.tit.Abb.c.calumniam nume.3. de pœni. Corrad.tit.de offi.Præt.c.9.§.3.Aſio. in praxi iudi.§.32. limit. 11.nu.3.

12 Vndecima ſit conc. Quod † expenſæ, quæ pro filio factæ ſunt, extra patrimonium patris, non compenſantur ei in legitimam, Ripa.leg.in quartam nume.134.ff.ad l.Falc.Ampl. primo etiam ſi capiantur ex diſpoſitione patris. Secundo amp. in eo quod capitur ex fideicommiſſo, vt ſi pater grauatus fuerit reſtituere filijs ſuis leg.cohæredi §.cum filiæ.ff.de vulg. Tertio Ampl. in legato facto per patrem filijs de eo, quod matri debebat, Baldus conſil.57.volum.1.Quarto Ampl. in omne dato cauſa cōditionis implendę Bartolus leg. filium quem fam.hærc. fallit tamen quando contemplatione patris aliquid acciperet; nam dos data à patruo contemplatione patris data dicitur,& compenſari poteſt in legitimam filiæ. Alex. conſil. 179. volu. 5. dicitur enim profectitium, quo contemplatione patris acquirit filius leg. ſi plures.§.in arrogato.ff. de vulgar. Ripa. d.leg.in Quartam nu.139.

13 Duodecima concl.ſit, quod † expenſæ, quas facit pater pro filio ad proſequendum beneficium nō compenſantur in legitimam; quia beneficium nec vendi, neque tranſmitti poteſt: filius enim poſſidet beneficium iure quaſi Caſtrenſis peculij Ripa d.leg.in quartam numer. 166.Item nec expenſæ factæ pro doctoratu filij, vel pro militia

14 Hieroloſimitana non ſunt imputandæ; † dignitates enim vendibiles non ſunt; ſimiliter equi & arma empta pro filio non ſunt in legitimam computanda, quando pater ea filio militi tradidit l.1. C.de Caſtr.pec.idem videtur dicendum de libris

15 qui ſunt † ſcholarium arma l.aduocati. C.de aduo.diuerſ.iud.gl.l.nepos proculo ff.de verborum ſignif. & pater eos cenſetur donaſſe glo.l.filiæ.C. famil.erciſc. & pater tenetur filio ſtudenti neceſſaria miniſtrare.l.Macedoniani. C.ad Macedoni. pro ſolutione huius diſtinguendum eſt; aut libri empti a patre per filium fuerunt traditi, & non donati, aut donati ſimpliciter; primò caſu imputantur in legitimam, præſertim quando apparet patrem noluiſſe donare, vt ſi in libro ſuarum rationum ſcripſerit illos accommodaſſe filio, Paul. conſil.184. fallit in libris modici valoris; not.l. filiæ ff.de leg.3.Ange.l.filiæ. C.de Collat. ſi verò eos donauit,aut filius erat emancipatus, aut non, primo caſu valet donatio. Secundo autem, aut filius erat ſcholaris, aut doctor. Primo caſu imputantur in legitimam, quia donatio inter patrē, & filium non valet. Secundo autem non, quia habet eos præcipuos, vt peculium Caſtrenſe hoc idem in Clerico, Ripa d. l.in quartam num.176. & ſequ.& de iſtis expenſis factis per patrem ſtudiorum cauſa Iaſ.l.filiæ.C.de Collat.glo. l.qui pater.ff.famil.erciſc.Barto.l. Neſennius ff. de nego. geſt.l.1.§.nec Caſtrenſe ff.de Caſtr.pec. Bald.authen.ex teſtamento C.de Collat. l.pactum. q.11.

16 C.eod.titu. & not. quod † expenſæ in doctoratu filij mortuo patre non fiunt de communibus bonis fratrum etiam ſi viuo patre fuerit inchoatum ſtudium, Bartol. l.filiam.§.idem. ff. famil. erciſc. ſecus ſi factæ ſunt per patrem viuum, Bald. authen. ex teſta. colum.10. C. de collat. Item not. quando pater expenſas fecit pro filio; vel quia pro eo fideiuſſit, vel pro eo condemnationem ſol

17 uit, † vel quid aliud ſimile egit an computentur in ſortem, ſeu legit.not.Ripa.d.l.in quartam nu. 186.& ſequen. ſed huiuſmodi concluſiones magis pertinent ad materiam collationis, quàm compenſationis ideo eas cum breuitate tetigi; vtrum autem expenſæ computentur filio in legitimam, vide omnino Ripam, & doct.com. d.l. in quartam nu.168.& ſeq.

18 Decimatertia concluſio ſit, † quòd expenſæ in dote exigenda à debitoribus in dotem factæ non computantur in dotem; quia ad eum pertinent, glo.Bartol. & docto.l.1.§.1.ff.de impenſ. in reb. dot.fact. Bald.l.3.C. de falſa cauſa adiecta leg. l. 1.C.de bono.mat.doct.l.2.C.de action.& oblig. Sed compenſantur cum fructibus nominis, qui ſi nulli ſunt repetuntur ab vxore per actionem negociorum geſtorum, ſed quid in legato dotis? not.Barto.l.Mæuio.§.fin.ff.de leg.2. & l.3. C. de falſa cauſa adiecta leg.expenſæ enim magnæ non minuunt dotem ſi fructus dotis ſuperabundent oneribus matrimonij, docto. com.l.neque. ff. de impenſ.in reb.dot.fact.not.l.domos. ff. de leg.1. Bald.l.1.C.de bon. Mater. l.per diuerſas q. 6. C. mandati & in addi.ad ſpecul.titu.de expen. verſ. ceſſionarius.

19 Decimaquarta concluſio ſit, † quòd expenſæ factæ per emphyt.pro intratura rei compenſantur cum fructibus, quando contractus declaratus eſt nullus, propter non ſeruatam ſolennitatem debitam, & hæc procedit in rebus Eccleſiæ, in quibus non eſt præſumenda iuris ignorantia, nec minus admittenda ad effectum, vt conductor fructus lucretur Aretin. conſil.17. Bartol. l. ſed & ſi. §.ſcire.ff.de pet.hæred.Abb.cap. dilecto de præben.cap.ad noſtram de rebus eccleſi. non alienan.cap.grauis ver. item de reſtit.ſpol.Felyn. cap.de quarta ver.tertia reſtitutio de præſcript.&c. cum cauſam de re iudic. vbi atteſtatur hanc eſſe com.Aret.l.quod uxor.ff.de acqu.poſſ.Curt. conſil.70.l.iubemus §.prædia.C.de ſacroſanct.Eccle. c.non liceat 12.quæſt.2. c.ſi quis presbyterorum de reb.Eccleſi.non alienan. Amplia. ut procedat etiam ſi interuenerint ſolennitates, ſed abſque debita forma, ac etiam non ſeruato iuris ordine, paria enim ſunt nullum eſſe, vel minus eſſe ſolenne cap.dilecta de reſcrip. c.examinatā de confeſ. vti. vel inut.Dec.cap.Prudentiam de offic. deleg. actus enim eſt nullus dum forma non ſeruatur, dixi ego latè in tracta.de regu.iur.reg.7.nume.2. in term. huius q. Bald.l.fin. C.de edic. diu. Adr. toll. & l.2.ff.de ſeru. & aqua Affl.c. Deciſio. 118.

Grammaticus decis. 79. numer. 9. & numer. 12.
Ampl. vt expensæ factæ in melioramentis com-
pensentur cum fructibus, quando de his oppo-
nitur, licet possessor esset in bona fide, Negus. in
tractar. de pign. & hyp. 4. M. v. p. numer. 12. Boer.
q. 44. numer. 15. Tiraq. l. si vnquam ver. reuerta-
tur num. 288. C. de reuoc. don. sed nu. seq. contr.
tenet. i.. casu vt ibi Capic. decis. 93. num. 12. & di
cam in vlt. concl. huius. q.
## *Quæst. XXIIII. Primæ partis.*



IGESIMO QVARTO
Quæro vtrum decimæ recipiãt
compensationem? Resp. absolu
te quod non secundum com.
opin.gl.c. decimæ 16.quæs.c.tua
decimas Tind.in tract. de com-
pens.ar.5.nu.33.Ias.§.in bonæfidei nu.12.inst.de
act.c.oẽs, 17.q. 7.Fab. d.§.in bonæfidei nu.16.c.
vt super de rebus Eccl.non alien. Abb. ca.tua nu.
10.de decim.l.4.C.de cõpẽs.c.decimas 16. q.7.c.
frequẽs de rest.spo.6.gl.c.decimę 1.1.q.1.Ro. sin.

545. add. ad Bart. in rub. de comp. ratio est quia
2 sunt loco tributi quæ † Deo debentur, quę cum
pacto hominis compensari non debent d. c. tua
3 ampl. hoc idē esse † in oblationibus gl. c. quam fit
15. q. 1. Tind. d. loco nu. 33. secundo Ampl. vt in
solutione decimarum, quæ habentur ex fructibus
non possit opponi exceptio cōpensationis expen
4 sarum culturæ, vel † collectionis. c. pastoralis. c.
nō est de Decim. gl. & doct. l. si à Domino. §. fin.
ver. impensis. ff. de pet. hęred. l. fructus. ff. solut. ma
tr. Alber. l. fundus ff. fam. hærc. & est hoc speciale
in decimis gl. c. pastoralis ver. credimus de deci-
mis, fallit tamen primo in decima personali, quæ
soluitur ex aliqua negociatione, nam ex ea dedu-
cuntur expensæ doc. d. c. pastoralis. l. si à domino.
5 §. fin. ff. de pet. hær. † Bald. & Ang. l. 1. colu. 1. C.
de fruct. & lit. exp. quia decimæ prædiales, & rea-
les percipiuntur Dei beneficio, sed personales ho
minis ingenio, quamuis totum procedat à Deo,
tāquam à prima causa. & radice omnium entium
d. c. tua Bald. d. l. 1. secundo fallit in decimis præ-
6 dialibus, quæ † dantur Pontifici ex quibus com-
pensantur expensæ in eis factæ gl. Clem. 2. ver. ta-
xationem vbi etiā doct. com. tit. de decim. Franç.
Aret. l. fructus col. 3. ff. sol. marr. Tira. in tract. d.
retr. Lignagier gl. 1. §. 11. nu. 15. vbi dicit nu. 12.
quod decima est tributum animarum egentium,
7 ideo est super omnia † fauorabilis. l. sancimus. C.
de Sacr. Sanct. Ecc. cum simil.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iuratum debitum vtrum compensationem recipiat.*
2 *Iurans soluere non adimplet compensare volens.*
3 *Iuramentum omnino est seruandum.*
4 *Iuramentū auctoritate propria non potest mutari.*
5 *Iuramentum in forma specifica est seruandum.*
6 *Iuramentum cum sententia æquiparatur.*
7 *Soluere condemnatus tenetur pracise soluere.*
8 *Iuratum debitum quare a nō nullis compensari pos-
se dicatur?*
9 *Iuramentum, & res iudicata pari passu ambulant.*
10 *Executio sententiæ impediri potest per compen-
sationem.*
11 *Iuramentum per æquipollens impleri potest.*
12 *Iurans adimplet Iuramentum si ab eo, cui Iurauit
fuerit impeditus.*
13 *Iuramentum regulatur secundum actum, cui in-
terponitur.*
14 *Iuramentum non auget obligationem.*
15 *Iuramentum recipit interpretationem a Iure com.*
16 *Iuramentum in casu ficto adimpletur.*
17 *Compensatio ficta solutio dicitur.*
18 *Fictio operatur in casu ficto, sicut veritas in casu
vero.*
19 *Statutum loquens de solutione habet locum in com
pensatione.*
20 *Exceptio compensationis est exceptio solutionis.*
21 *Excipere proprie non dicitur, qui compensare in-
tendit.*
22 *Obligatio pracedens Iuramentum non compēsatur.*
23 *Actus factus post obligationem dicitur factus ani-
mo compensandi.*
24 *Iuramentum intelligi debet rebus sic stantibus.*
25 *Pauper opponere potest compensationem non ob-
stante Iuramento.*
26 *Debitum iuratum cum altero debito iurato recte
compensatur.*
27 *Ipso iure compensatio fit quo ad euitandam pænā.*
28 *Iuramentum soluitur morte.*

## *Quest. X X V. Primæ Partis.*



IGESIMOQVINTO Quero,
vtrum debitum iuratum admittat
compensationem cum eo quod
iuratum nō est? Res. quod in hoc
articulo duæ sunt com. opin. vna
legistarum, altera autem Canoni-
starum, sed mag. com. opin. est Can. ideo videa-
1 mus modo † auctoritates, & rationes vtriusque
opin. & primo pro mag. cōm. opin. facit text. c.
ad nostram de iur. iūr. cōc. Ias. l. cum qui. §. si iura
uero num. 2. ff. de iur. iur. Tiraq. in tract. de retr.
ver. à payer. §. 3. gl. 3. nu. 6. & in tract. de leg. Con-
nub. ver. epres. gl. num. 182. Alex. cons. 37. numer.
23. vol. 5. Ias. cons. 9 num. 10. vol. 1. Abb. c. veniēs
de iur. iur. Bald. l. generaliter col. 2. C. de Episc. &
cleric. Neuiz. cons. 62. num. 26. Rol. cons. 6. nu.
32. Paris. cons. 121. nu. 39. vol. 1. Crot. cons. 139.
num. 6. Aret. cons. 99. Mathes. sing. 36. num. 13.
Corset. tract. de iur. iur. q. 8. Crem. sing. 117. Viu.
in com. opin. ver. compēsatio. Bapt. d. loco in ver.
compensatio Abb. c. cum inter numer. 24. de exc.
2 Hier. Gig. in tract. † de pens. q. 92. num. 2. Aug.
Ber. c. 1. num. 65. de vsuris Afflic. Decis. 381. Ce
phal. consi. 47. numer. 50. vol. 1. Tin. in tract. de
Compens. artic. 7. nu. 14. Misseng. §. in bonæ fide
numer. 15. inst. de act. Secundo facit ratio, quia
propter iuramentum, potest quis cogi præcise ad
factum. c. querelam vbi Anton. ne prælu. vices
suas, Brunus. consi. 89. nume. 4. etiam si conti-
neat turpitudinem ex parte recipientis, gl. l. si pe-
3 cuniam † ver. necesse. ff. de cond. causa data Ias. §.
actionum num. 47. inst. de act. Fel. c. cæterum nu.
5. de Iudic. c. fin. col. 9. de foro comp. doct. com.
d. c. ad nostram de Iur. Iur. c. fin. ne præl. vices
suas. c. breui de Iur. Iur. Tertio quia nemo aucto
ritate propria potest sibi iuramētum etiam in me-
4 lius † commutare. c. peruenit il 2. vbi Fel. nu. 1. de
Iur. Iur. Natta cons. 368. numer. 5. sed compensa
re volens formam impedit, & immutat: ergo non
est admittenda: Quarto quia Iuramentum in for-
5 ma specifica † seruari debet. c. cum contingat de
Iur. Iur. c. 2. de pact. 6. c. licet de Iur. Iur. 6. Brun.
consi. 86. nu. 6. Quinto sententia, & Iuramentum
æquiparantur. l. 2. l. sed & si. §. si cum hæreditate.
ff. de Iur. Iur. sed cōdemnatus ad factum tenetur
præcise ad factum, nec liberatur si velit soluere in
6 teresse gl. l. quod restituetur ver. † condemnādus.
ff. de rei vend. Ias. §. actionum nu. 48. inst. de act.
& condemnatus soluere tenetur præcise soluere.
7 i. numerare † cum soluta pecunia proprie dicatur,
si naturaliter fuerit numerata. l. solutam. ff. de so-
lut. Ias. cons. 9. vol. 1.

8 Contrariam tamen partem tenuerunt non nul-
li Bart.

li Bart.l.amplius.ff. rem ratam haberi Ang.Paul.
& Fulg.Faber.§. in bonæ fidei nu. 4. inst. de act.
Alex.cons.12.vol. 2.Barb.cons. 43. col. 10. vol.
2.Anch.cap.statutum.§.si quidē de resc.6.Rom.
leg.eum qui.§.1.ff. de Iur.Iur. Decis.ca.Tholos.
139.Afflict.Decis.121.nu.4.Imol.l.2.§.pen. ff.
de donat.Tind.d.tract.de comp.artic.7.num.15.
Capic. Decis.167.Alciat.consil.393.nu.3.Ias.§.
in bonæ fidei num. 85. inst.de act.Decis.Pedem.
1.nu.27.Grat.consi.121.nu. 12.vol. 1.quæ opin.
8 licet videatur † cō. est tamen superior mag.com.
corroboratur tamen opinio legistarum hasce ra-
tionibus, primo quia iuramentum,& res iud.equi
9 parantur.l.post.rem.ff.de † re iud.l.2.l.admonen-
di.ff.de Iur. Iur.Bart. d.l.2. Gomes.§. item nu.2.
inst.de act.Tiraq. l. si vnquam ver. donationi nu.
104.C.de reuoc.don.sed condemnatus ad soluen
dum potest compensare etiam in executione.l.2.
10 C.de compens.vbi doct. com. † Ale.cons. 95.nu.
2. vol. 4. ergo idem in iuramento, secundo quia
vbi per actum æquipollentem inducitur idem ef-
fectus ipso iure, tunc iuramentum,& alia quæ re-
quirunt implementum in forma specifica possunt
11 impleri per æquipollens, sed † exceptio compen-
sationis est talis,ideo potest admitti,nihil enim in
terest soluere vel compensare. l.si debitor. ff. qui
pot.in pign.hab.Cagn.l. si quis obligatione nu. 4.
ff.de reg.iur. leg. si mulier. ff. de cond.causa data
Aret.consi. 84.col. 1. Tir.leg. si vnquam ver. re-
uertatur nu.353.C.de reuoc. donat. §.in bonæ fi-
dei inst.de act. vbi Ias.numer.77. Afflict. Decis.
121.nume.4.Iaco.Menoch.tract.de arb.iud.Cas.
14.Cent.1.lib.2.nume. 3.Guid.decis.567.nume.
1.Aug.Ber.c.1. nume. 42.de vsuris. Ruin.consil.
12 102.nume.4.vol. 4. Tertio, quia † iurans dicitur
adimplere promissionem,si per eum, cui dandū,
vel soluendum est, stet quominus detur,vel solua
tur.l.iure ciuili ff.de cond.& dem.sed per eum sta
re dicitur, quando in aliquo ei tenetur à quo re-
ceptus est,& eidem non soluit.l.3. §. 1 .ff.de stat.
lib.l. Iulianus ff.de cond.& Dem. Bart. l. amplius
ff. rem ratam hab. Quarto iuramentum semper
13 habet in se † illam tacitam conditionem,quam ha
bet actus, seu obligatio, cui interponitur gl.cap.
quemadmodum ver. Conclusio de iur. iur. leg. si.
C.de non.nume.pecu.leg.si vnquam.C.de reuoc.
don. non enim auget obligationem sed tantum
14 addit vinculum † religionis Dec.consil. 350. nu.
2.Aret.consil.408.nume. 7.Ber. consi. 28.nume.
10. Paris.consi.95 nume.35.vol. 3.sed promissio
dandi siue soluendi habet à iure tacitam condi-
tionem vt promittens liberetur,siue soluendo si-
ue compensando,ergo eandem qualitatem habe-
bit iuramentum super huiusmodi promissione in
terpositum, Bart. l. sed etsi. §. quæsitum ff. si quis
cau. Soc. consi. 70. nume .6.vol.3.Dec. leg. non
omnis nume.11.ff.si cert.pet. Tiraq.leg .si vnquā
in præfat.nume. 149.C.de reuoc. donat. Quinto,
15 & vlt. facit ratio quia † iuramentum recipit inter
pretationem à iure com. Barbat. consi. 43.col.9.
vol.2.c.ex parte de cler. non resid.vbi iurans resi-
16 dere satisfaciat † iuramento, si resideat ficte, vt si
causa reipubl.abest fingitur adesse.c.ad audientiam
17 eo.tit.conc.l. scit.§. † Pamphilæ ff.de fund.instr.
Rom.cōs.263.ita in casu nostro iurans soluere sa
tisfacit compensando cum compensatio sit ficta
solutio.l.si debitor. ff.qui pot. in pign.hab.l.si pe-
culium.§.1.ff.de stat.lib. Paris.cons. 121. nu. 19.
vol.1.& quando à iure æquiparantur casus verus,
& casus fictus, dispositio loquens in illa materia,
sic interpretatur in casu vero sicut in casu ficto
18 Felinus.c.at si clerici † col.3.de iud.sed solutio ve
ra cum compensatione æquiparatur vt dictum
est; ideo debet admitti, facit etiam quod si statu-
19 tum deberet stricte † intelligi,& in casu vero non
autem in ficto.l.3.§ .hæc verba ff.de neg.gest. Ias.
l.Gallus.§. quod si is nu. 15. ff.de liber. & posth.
Ro.cons.405.nihilominus si dicat nullam oppo-
ni posse exceptionem nisi solutionis, poterit ta-
20 men poni exceptio † compensationis, Alex. cons.
12.nume. 15.vol.2.Fel.c.suborta col. 2.de re iud.
Angel.consi.130. Ias.l.si vnus §.pactus col.6.ff.de
pact. Ant.leg.1.effect.18.ff.de iur.iuran.Bauer.de
virt.iuram.vers.33.ratio est quia compensatio nō
est proprie exceptio Bart. l. 2. numer. 3.ff.de exc.
Fel c.cum Ioannes de fid.instr. con.l. vel permu-
tauit ff. de liberali causa Tind. in tract. de com-
pens.artic.7.nume.20.Ias.§. in bonæ fidei nume.
73.instr.de act.ita in iuram. Alex.cons.12.nume.
13.volu.2.Bart.leg. qui inuicem nu. 3.ff.de cond.
indeb. quid igitur tenendum ? Resp. distinguen-
do quod si tempore iuramenti præcesserit obliga-
tio tunc absque periurio non potest illam obijce-
re, si verò nouiter se obligauerit tunc liberatur à
21 iuramēto qa ex quo † iurans nouiter se obligauit
dicitur solutus Tind. in tract. de compens.arti.7.
nume.14.Missing.§. in bonæ fidei num. 15. inst.
de act.Didac. c. quamuis de pact.in 6. in 1. p. re-
22 lect.§.4.nume.9.Abb.c. ad † nostram nume.3.de
iur.iur.Afflic.decis.381. numer. 3.Paris.consilio
121.nume. 40.vol.1.Capic.Decis. 167.veron.in
add.ad Mates.Sing.36.num. 13. Viu. in com.opi.
ver.Iuramentum Neuiz.cons.40.nume. 23.& qui
facit actum post obligationem videtur facere ani
23 mō compensandi † seu soluendi Afflict. decis.
391.nume.4. iuramentum enim intelligi debet re
24 bus sic stantibus † c. quemadmodum de iur.iur
Secundo modo distinguendum est,aut loquimur
de rigore iuris,aut de æquitate,seu sola facti veri-
tate inspecta: primo casu non procedit, secundo
autem sic poterit compensare Grat.cons.121.nu.
25 12.Paris. d. cons. 121. Tertio, † distinguendum
est, aut ille qui soluere debet est diues aut verò
pauper.primo casu stante iuramento compensa-
re non potest. Secundo autem sic, Afflict. decis.
163.Paris. d. cons.121. Corsett.in tract.iuram.q.
26 8.nu. 40. Quarto † aut quod compensatur iura-
tum est,aut non,primo casu compensatio opponi
tur , secundo autem secus Viu. in com.opin. ver.
compens.Decis. Pedem.92.nume.35.Sexto mo-
do distinguendo aut loquimur an ille qui com-
pensat euitet pœnam, periurij, aut liberetur ab o-
27 bligatione † primo casu cōpensatio prodest, quia
quo ad euitandam, pœnam compensatio prodest
ipso iure Fel.c.ad nostram nu. 2.de iur.iur.Secun
do autem non Paris.cons. 121.nu.39.vol.1.Septi
mo &

mo & vlt, disting. aut debitum iuratum fuit per
eum, qui compensare vult, aut vero per eius ante-
cessorem, primo casu non potest nisi contrarium
pactum interuenerit, cum declar. super relatis, se-
cundo autem quidem bene poterit, quia iuramen-
tum non afficit successorem, sed soluitur morte
28 doct. com. c. veritatis † de iur. iur. Ruin. cons. 71.
nu. 11. vol. 3. Afflict. decis. 81. Alba cons. 77. nu.
28. Corn. cons. 27. col. 4. vol. 4. Dec. cons. 203. Pa
ris. cons. 64. nu. 93. vol. 1. cons. 56. num. 66. vol. 1.
Ruin. cons. 20. nu. 2. vol. 4.

*SVMMARIVM.*

1 *Moram non committit, qui compensare potest.*
2 *Morosus non est, qui se exceptione tueri potest.*
3 *Morosus est, qui iurauit, & compensare vult.*
4 *Pœna ipso iure euitatur compensando.*

## *Quæst. XXVI. Primæ partis:*



IGESIMO Sexto quæro
vtrum mora purgetur cũ ex-
1 ceptio † compensationis op-
ponitur? Resp. qđ sic, Ampl.
quod ipsa fit ipso iure isto
in casu absque eo, quod op-
ponatur ab homine, gl. l. si cõ
stat. ff. de compens. nõ enim
dicitur in mora, qui non cogitur iudicium cum ef
2 fectũ pati † cum legitima exceptione se tueri po-
test. leg. lecta ff. si cert. pet. Bart. l. Gerit q. 4. ff. de
acq. hæred. Ias. §. in bonę fidei nu. 82. inst. de act.
vnde res Emphyt. non cadit in commissum per
cessationem solutionis census, si Dominus debet
tantum emphyt. Specul. in tit. loc. §. nunc aliqua
nume. 89. Alber. l. cum aliter. ff. de compens. Fulg.
l. si constat. ff. eod. Abb. c. bona fides de deposito
3 Ias. d. §. in † bonæ fidei, nu. 83. fallit quando ex
parte morosi adesset iuramentum Aug. Ber cons.
155. vol. 1. nume. 31. Paris. consil. 122. numer. 20.
vol. 1. Ale. cons. 12. volu. 2. dixi super in prox. q.
& de emphy. super q. 22. in term. facit ratio huius
q. quia ad euitandam pœnam ipso iure compen-
satio fit Salye. leg. etiam. C. de compens. not. doct.
§. quadrupli. inst. de act. Curt. Iun. l. cum fundus
4 §. seruum numer. 16. ff. si † cert. pet. Ioan. Faber.
§. in bonæ fidei nume. 15. inst. de act. Rol. consil.
87. nume. 28. vol. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio an censeatur facta animo compensandi.*
2 *Traditio tantũ facta nõ dicitur animo cõpensandi.*
3 *Verbum concedo inducit donationem.*
4 *Donatio speciei facta non censetur facta animo compensandi.*

## *Quæst XXVII. Primæ Partis.*



IGESIMOSEPTIMO Quæro vtrũ
donatio dicatur facta animo compen
sandi? Resp. quod quando donatio
inter viuos valet in uita non imputa-
tatur in partem legitimæ debitam, nisi hoc fuerit
1 expressum. l. si † non mortis. ff. de inoffic. test. l. si
quando §. generaliter. C. eod. Bart. & doct. com. l.
in quartam. ff. ad l. Falc. Bald. l. sancimus C. de in-
offic. test. Bart. l. Ped. ff. de leg. 2. Socin. consil. 92.
nume. 21. com. dicit, auth. præterea. C. vnde vir, &
vxor. leg. huiusmodi §. com. pater. ff. de leg. 1. leg.
si cum dotem. §. si Pater. ff. sol. matr. fallit hoc
2 quando filio fuisset † res tradita tantum leg. cum
quo. §. fin. ff. ad leg. Falc. Bart. leg. 1. §. vel parens ff.
si quis à Par. fuer. man. Imol. leg. Titio centum. §.
Titio genero. ff. de condit. & dem. Paul. l. in quar-
tam. ff. ad leg. Falc. Saly. leg. si donatio. C. de col-
lat. secus si donata esset, vel concessa, nam verbum
concedo inducit donationem Bart. leg. vxori. §.
3 fi. ff. de leg. 3. Secundo † fallit quando donatũ es-
set in legato, nam legatum in dubio censetur fa-
ctũ animo compensandi quod secus est in dona-
tione inter viuos. leg. etiam. §. si debita. ff. de bon.
libert. leg. si verò. ff. eod. tit. Tertio declaratur vt
procedat hoc dictum maxime quando debita est
4 quantitas, & donatur † species. leg. fin. C. de com-
pens. Bald. cap. quoniam C. de inoffic. test. Doct.
com. leg. quoniam C. de inoffic. test. Rom. auth.
præterea C. vnde vir, & vxor. conc. Ripa leg. in
quartam nume. 170. ff. ad leg. Falc. Socin. d. consil.
92. numero 23.

*SVMMARIVM.*

1 *Charitatiuum subsidium vtrum compensationem admittat.*
2 *Alimenta negans dicitur necare.*
3 *Annonæ causa vtrum compensetur.*
4 *Expensarum causa retentio datur.*

## *Quæstio XXVIII. Primæ partis.*



IGESIMO OCTAVO
Quæro vtrum charitatiuum sub-
sidium possit compensari? Resp.
distinguendo aut obijcitur à præ
lato petenti, aut contra ipsum, pri
mo casu compensari potest, se-
1 cundo † autem non. Bellenc. in tract. de subsid.
Car. q. 53. præsertim quando prælatus illud petit
ratione alimentorum, contra quæ compensatio
nõ admittitur, quia qui denegat & differt alimen-
ta necare dicitur Bart. l. necare. C. de liber. Ang.
2 Hie. Glg. in tract. de † Pens. q. 92. num. 5. quid au-
tem in Annona? Resp. quod Annonæ causa ex-
pensum est per ministerium compensatur in eo,
3 quod eius causę † condemnatus fuit, gl. §. in bonæ
fidei inst. de act. ver. depositi, Bar. leg. Ideo. ff. de
compens. Paul. d. l. ideo, expensæ enim in re factę,
regulariter compensantur, pro quibus quidem
etiam retentio datur, Ang. consi. 245. col. 3. gl. c.
cupientes de elec. 6. Feder. consi. 119. Gemin. con
sil. 48. nume. 12. Gozad. consil. 94. nume. 38. Cal-
4 der. consi. 3. de † Cens. & consi. 2. de solut. Oldr.
consi. 27. Barb. consi. 46. vol. 4. gl. auth. nunc si hæ-
res C. de litig. Aemil. consil. 15. Doct. com. leg.
fi. §. in computatione C. de iure deliber. vbi etiam
Bald. nume. 3.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Emptionis contractus, an admittat compenſationem.*
2 *Emptori opponi poteſt exceptio compenſationis.*
3 *Emptor in mora non facit fructus ſuos.*
4 *Mora irregularis, facit quod quis non facit fructus ſuos.*

## *Quæſt. XXIX. Primæ partis.*

Vigeſimonono quæro vtrum in contractu
venditionis compenſatio detur? Reſp.
quod ſic, exempl. emptor ſoluit creditori
1 venditoris pro luenda † re vendita iſtud
ſolutum compenſabit cum pretio. l. quoniam. C.
de conpenſ. dummodo natura rei, cauſæ & for-
mæ non repugnet. Tind. in tract. de compenſ. ar-
tic. 7. nu. 2. item exceptio compenſationis poteſt,
2 opponi emptori per venditorem † Cagnol. leg. in
omnibus. §. non debeo nu. 1. ff. de reg. iur. vbi om
nis exceptio rei cohærens quæ opponi poteſt ven
ditori, pariter. & emptori opponi poterit. l. 2. leg.
omnes. ff. de exc. Sed vtrum emptor, cui fuit res
tradita abſque dilatione data ad ſoluendum, ſi in
vera, & regulari mora per interpellationem fuit
3 conſtitutus, vtroque iure † ad intereſſe tenetur?
& augere debet fructus cum pretio. l. in initio in
2. Reſp. C. de pact. inter empt. & vend. l. fin. ff. de
per. & com. rei vend. Bald. l. 1. C. de bon. Mat. not.
l. ſi ex legati. ff. de verb. oblig. l. fructus. C. de vſu-
4 ris Ampl. † hoc etiam eſſe in quaſi mora. i. in mo-
ra irregulari. l. Iulianus. §. idemque, ff. de act. em-
pti. Augu. Ber. c. 1. num. 120. & ſeq. de vſuris.

*SVMMARIVM.*

1 *Aeſtimatio rei vtrum debeatur.*
2 *Quantitas cum ſpecie non compenſatur.*
3 *Specie perempta debetur æſtimatio eius.*
4 *Fructus conſumpti vtrum compenſentur.*
5 *Pecunia ſubrogatur in locum ſpeciei quomodo intelligatur.*

## *Quæſt. XXX. Primæ partis.*

1 TRigeſimo quæro † vtrum æſti-
matio rei peremptæ compen-
ſetur cum ea? Reſp. quod
ſic, quia licet ſpecies ad ſpe-
ciem regulariter non compen
ſetur, Curt. l. cum fundus. §.
ſeruum num. 17. ff. ſi cert. pet.
vbi Dec. numer. 10. Neguſ. in
tractat. de pign. & Hyp. v. M. v. P. princ. nume. 11.
Aug. Ber. cap. 1. numer. 43. de vſuris, dixi ego in
tractat. defin. p. 2. defin. 63. numer. 4. Abb. capit.
mulier numer. 5. de conuerſ. coniug. Corn. conſil.
223. volum. 4. Miſſeng. §. in bonæ fidei numer. 21.
inſt. de act. vbi etiam Iaſ. numer. 70. & Pet. num. 8.
tamen quando ſpecies eſt perempta æſtimatio
3 debetur, † & compẽſatur cum debito, quod aliàs
non compenſaretur, ſicut dicitur, quod fructus
conſumpti æſtimantur extantes autem ſecus, Ni-
chaſ. §. in bonæfidei numer. 8. inſt. de act. Azo. in
4 ſumma. C. de compenſ. † numer. 1. l. promiſſor.
ff. de conſt. pec. gl. 1. l. fin. in fine. C. de compenſ.
Faber. §. in bonæfidei numer. 10. inſt. de act. leg. ſi
propter de compenſ. nec obſtat ſi dicatur, quod
pecunia ſit ſubrogata in locum ſpeciei, & per con
5 ſequens, vt ſpecies iuſtificari † deberet, quia hoc
procedit quo ad effectum an debeatur nec ne, ſe-
cus quo ad effectum compenſandi doct. leg. diuor
tio. §. ob donationes. ff. ſol. matrimon. Tind. in tra-
ctat. de compenſ. artic. 3. nume. 5. not. leg. fructus.
ff. ſol. matr. cum ſimil.

*SVMMARIVM.*

1 *Vltima voluntas vtrum admittat compenſ.*
2 *Legatum compenſationem recipit factum etiam pio loco.*
3 *Legatum dotis poteſt compenſari.*
4 *Legatum dotis quando non perimatur.*
5 *Compenſatio non fit de debito alterius.*
6 *Auus in dubio cenſetur dotare contemplatione filij, quando dotet neptem.*
7 *Auus in diuerſa ſumma dotans, talis dos non compenſatur.*
8 *Principem decet liberalitate vti.*
9 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus.*
10 *Dos data cum dote legata compenſatur.*
11 *Legatum factum de debito neceſſario quomodo compenſetur.*
12 *Legatum factum de debito voluntario non compenſatur.*
13 *Legatum petenti obijcitur compenſatio de debito fructuum.*
14 *Legatum factum filiæ de dote non compenſatur tum dote genero promiſſa.*
15 *Reſtitutio, quando fieri debet de legato, non compenſ.*
16 *Dos quomodo computetur in legitimam.*
17 *Diſtinctio notabilis, qualiter compenſetur legatum.*
18 *Debitum ex diſpoſitione legis compenſatur, tum legato.*
19 *Donatio non præſumitur.*
20 *Hæres grauari dicitur minus, quàm poſſit.*

## *Quæſt. XXXI. Primæ partis.*

1 TRigeſimoprimo quæro, † poſt-
quam viſum eſt ſuperius cõpen-
ſationem habere locum in con-
tractibus, quid erit dicendum in
vlt. vol. Reſp. quod idem dicitur
in his, vnde legatum admitti
compenſationẽ etiam ſi eſſet factum Pio loco Di-
dac. c. offic. num. 12. de teſtam. Salyc. l. etiam. C. de
compenſ. Miſſeng. §. in bonæfidei nu. 33. inſt. de
2 act. vbi etiam † Zaſius d. loco verſi. vnde nec inci
dit in pœnam dupli, de qua. §. quadrupli inſt. eod.
gl. 1. d. l. etiam. C. de compenſ. l. ſi propter. C. eod.
gl. l. Titia. §. ſic autẽ † ver. cõpenſatio eod. tit. ampl.
3 Secundo hoc idem in legato dotis, fallit tamen
quãdo aliquid in legato relictũ eſt ex legis diſpo-
ſitio-

sitione debitum, August . cons. 46. num.10.vol.
2. In dubio tamen quod datur per viam legati videtur
factum animo compensandi indebitum necessarium,
secus est, tamen quando aliquid inter
viuos donatur, quia tunc nunquam fit cum debito
necessario Soci. cons. 92. nu. 20. vol.1. Secundo
not. quod legatum dotis non perimitur compensatione
dotis ab alio promissa, Aug. Ber.cons.46.
nu.6. vol. 2. non enim fit compensatio de debito
inter alios acto l. 1. & 2. l.in rem ff. de Compens.
Rom.Sing.567.Petr.in §.in bonæ fidei nu.3.inst.
5 de act.vbi † Ias.nu.79.Azo in summa.C.de compens.nu.8.
Bart.l.si duo. ff.de duobus reis l. si cum
filio nu.3.ff.de compens.Pau.l.in rem nu.2.ff.eod.
fallit quando dos esset prius a patre legata, deinde
ab auo soluta, quia per viam compensationis soluta
dicetur esse, vnde filiæ interdictum erit pete-
6 re legatum † patris; quia auus in dubio censetur
dotare neptem contemplatione filij l. filia C.de legatis.
l. huiusmodi. §. cum pater.ff.de leg.1.l.si cũ
dotem.§.si pater.ff. sol.matr.gl.l.Profectitia.ff.de
iur.dot.l.qui liberos.ff.de ritu nupt.l. Lucius ff.de
leg.2.Doct.com.l.in quartam ff.ad l.Falc.quę dos
sic data patris profectitia censetur. l. sed si plures.
§.in arrogato ff. de vulg.l.fideicommissa.§. interdum.
ff.de leg.3.l.filio familias.ff. de cond.& dem.
videtur enim hæc dos prius data patri, deinde per
patrem filiæ. leg. 3. §. fin. ff.de don. inter vir. &
vxor.Imol.d.l.in quartam, Bald auth.res, quæ. C.
com.de leg. fin. C.de dot.prom.& hoc nisi ex indicijs
contrarium constet auum dedisse contemplatione
neptis non filij, Alex. d.l.in quartam col.
pen.leg.auus.ff.de iur.dot.Ang.cons.78.leg.illam.
7 C.de collat. quorum † primum est, quando auus
in diuersa summa dotasset leg. cum centum ff. de
adim.leg Secundum est quando auus in dote à se
data apposuisset pacta, quæ in dote à patre legata
non apposuisset leg. Quoties. C. de donat.
Quæ sub modo, Tertio quando auus affectionem
habuerit particularem nepoti. Quarto quando
de legato paterno auus nullam mentionem fecerit,
Quinto quando auus voluntarie dotauit,
ex quo essemus in casu, in quo non tenebatur,
cum eius filius diues esset, & prius pro dote legasset.
Bald. d. auth. res quæ Sal; c. leg. si filius. ff.ad
Maced. Sextum qualitas, & amplitudo aui cum
deceat summos Principes maximè erga suos li-
8 beralitate vti.leg.Sancimus.§.exceptis † C. de donat.
leg.donationes. C. de don. inter vir. & vxo.l.
cum multa. C.de bon.quæ liber.Septimo cessante
ratione qua moueretur auus ad dotãdam neptem
9 contemplatione filij, vt cum filius † esset mortuus
facit.leg.adigere.§.quamuis ff. de Iur. patr.c.cum
cessante de appell.leg. quod dictum.ff.de pact.leg.
ita ff.de adue.tutor.leg.illud ff.ad l. Aquil.leg.1.§.
hoc interdictum.ff.de fonte Doct. com leg.fin.C.
de ed.diu. Adr.toll.gl.leg.cum tale.§.falsam. ff.de
cond. & dem.leg. 2. §.pen.ff.de don. Ang.leg. si
certis annis. C.de pact.not.leg.1. C.de fideic. dicas
igitur dotem datam cum dote legata compen-
10 sandam esse, quando † data est a patre vel ab alio,
qui dotare cogitur. leg. fin. C. de dot. Prom.auus
autem quando pater est diues neptem dotare non

cogitur ita Ber.cons.46.num.10. vol.2.conc.hoc
Crau.cons.167.nu.1.in term.Alba cons.17.nu.9.
Natta cons.110. nu.15. vol. 1. fit igitur com.reg.
quòd legatum factum a debitore creditori censetur
in dubio factum animo cõpensandi, si ipsum
11 debitum erat † necessarium, & appello ego debitũ
necessarium quando non habuit originem ab ipso
debitore, sed prouenit aliunde Ias.d.auth.præterea
num. 18. vt ex dispositione legis disponentis
legitimã deberi, seu dotem, vel alimenta & similia,
Alba d. cons. 17. numer. 6. quod procedit
etiam si nõ fuerit dictum quod fieri debuisset animo
compensandi leg. cum pater.§. qui dotale. ff.
de leg.2.Alex.leg huiusmodi. ff. de leg.1.l. Titia.
§.qui inuita ff. de leg. 2.si verò debitum est volun
12 tarium. † tunc si non apparet expresse, quod voluit
compẽsare non præsumitur animus compen
sandi leg. vnica §. sciendum de rei vxor. act. leg.
creditorem ff.de leg.2.leg pecuniæ.ff. de alim. &
cib.l.Ang.auth.præterea.C.vnde vir, & vxor.vnde
legatum factum per maritum vxori non intelligitur
factum animo compensandi cum dote l.
si compensandi.C. de hæred. inst. Bald. cons.58.
vol. 2. Paul.cons. 247. Capra cons. 72. Gram. in
add.ad Decis.44.Afflict. nu.9. Tertio not. quod
legatum petenti obijcitur compensatio de debito
13 occasione fructuum, † Bart. leg. si propter. C.de
compensat.Crau.leg.cum filio numer. 156. ff. de
leg. 1. Quarto si legatum fuerit factum filiæ, dos
autem fuerit genero promissa non inducitur com
pensatio leg. si pater. ff. de colla.dot.Natta cons.
109.num.9.vol.1.qui d.loco dicit hanc esse com.
14 & not. † quod quãdo alicui aliquid debetur, cui
etiam ex dispositione legis quippiam debetur, cen
setur id legatum factum animo compẽsandi, hoc
procedit cum legatum debet manere apud legatarium,
secus si autem sit restituendum.tunc enim
non habet locum compensatio l. si cum dotem.
§.si pater vbi Doct.com. ff.sol.matr auth præterea.
C.vnde vir,& vxo. Capr. cons. 143.l.cogi.§.
hi qui.ff.ad Trebell.leg. sed & si § item.ff.de leg.
præst.l.fin.§.fin. C.de bon. quæ lib.l.Sulpitius.ff.
de do.inter vir.& vx.l. vxorem.§. Pater. ff.de leg.
15 3. quod intelligunt † omnes quando restitutio fit
incontinenti, ita vt is, cui fuit factum legatum nul
lum ex eo sit habiturum commodum, secus si ex
interuallo, nam commodum illius modici tempo
ris imputaretur, siue compensaretur.leg in lege ff.
ad leg. Falc. leg. in quantitate. §. magna. ff. eod.
16 Quinto not. † quòd pater instituens filiam iam
dotatam in legitimam debet intelligi de dote com
putata, Bald.l.quoniam C.de inoffic.test.l. omnino
§. imputari.eod.tit.fallit hoc nisi dos fuerit restituenda
Tiraq. leg. si vnquam, ver. susceperit.
numero 174. C. de reuoc. donat. pro clariori intelligentia
huius quæst. not. est. Sexto loco hanc
optimam distinctionem, quam facit Afflict. De-
17 cis. 43. in tit. de fructibus † bonorum numero 9.
dicens, aut debitor legat animo compensandi,
tunc creditor alterũ tantum petet l. si cõpensandi
C. de hæred. inst.l. si ab vno ff. de leg. 2.aut legauit
animo non compensandi, & hoc constat, &
creditor petit vtrumque, aut est dubium, & tunc
aut

18 aut est debitor ex † dispositione legali, & tali casu intelligitur relinquere animo compensandi, ut dictum est, aut verò est debitor ex oblig. contracta. & non intelligitur relictum animo compensandi.l.creditorem. ff.de lega.2. quia nemo legat rem alterius Imol.§.officij de testam. ratio autem
19 primi dicti est, † quia testator censetur grauare minus hæredem, quàm fieri possit, item quia quã do potest dari alia coniectura, quàm donatio cesset
20 sat donationis † præsumptio. l.si cum aurum. ff. de sol.l.cum de indebito.ff.de prob. Afflict.decis. 44. per totum in termin.

*S V M M A R I V M.*

1 *Quarta, quæ debetur vxori an compensetur.*
2 *Compensatio in vlt.vol est impropria.*
3 *Compensatio præsumitur in foro conscientiæ.*
4 *Necessitatis causa nullus liberalis est.*
5 *Pactum facit debitum, quod est necessarium voluntarium.*

## *Quæst. XXXII. Primæ Partis.*



Rigesimo secundo, Quæro vtrum, qoarta quæ debetur ex dispositione authentica præterea. C. vnde vir, & vxor: compensetur? Respon.
1 quod sic, † vnde legatum imputatur in eam, etiam si esset legatum in specie, nam licet compensatio fieri non debeat de specie ad qoantitatem l.fina. C. de compens.l.si conuenerit la 2.ff. de Pign. actio. hoc procedit in compensatione, quæ fieri debet in iudicio parte inuita, secus est in ista compensatione, quæ fieri debet ex præsumpta voluntate testatoris. Imol.l.si cum dotem. §.si pater ff.solu. matr.in vlt.enim voluntatibus compensatio non
2 regulatur† secundum naturam compensationis contractuum, quæ fit de specie ad quantitatem.l. qui non militabat.§.1.cum gl. ff.de hæred.instit.l. creditorem.l.cum ab vno.l.cum pater. ff.de lega. 2.l.si compensandi.C.de hæred.inst. vnde in vlt. vol.compensatio impropria est gl. l.vnum. §. sed si ff.de leg.2.ampl.vt etiam habeat locum in foro
3 cõscientię, † quia præsumitur factum animo compensandi ad exonerationem conscientiæ pro salute animæ, Aret.consi.92.& seq. fallit tamen Primo hæc q.in debito voluntario vt dixi in proxima præcedenti q.l.1. §.sciendum. ff. de rei vxor.
4 act.l.si cum dotem.§.si pater † vbi Bar.ff.sol.mat. quia in necessitatibus nemo liberalis existit.l.rem legatam.ff.de alim.lega. secundo fallit si factum fuisset pactum inter maritum & vxorem de lucrando quartam, tunc enim cum legato compensari non potest, quia ratione pacti debitum videtur esse voluntarium l.creditorem.ff.de leg.2. Tertio fallit in legato facto alteri restituendum Bart. l.si cum dotem.§.si pater.ff.solu matr.l.cogi.§.qui solidum.ff.ad Trebel.l.sed & si §. item ff.de lega. præst.l.fin.§.fi.ff.de bo.quæ libe.l.Sulpitius.ff.de don.inter virum,& vxorem,& præsertim quando in continenti fieri deberet, secus si ex interuallo, Quarto fallit, quando testator dixisset se legare de bonis suis, Bal.l.si cum dotem.§.si pater ff.sol. matr. Quinto fallit, quãdo esset debitum alterius. Sexto, & vlt.fallit, si pater filiæ exhęredatæ, pro qua dotem promiserit, legatum reliquit tunc eo casu non fit compensatio, Dec. auth.præterea nu. 13.C. vnde vi, & vxor.

*S V M M A R I V M.*

1 *Legitima non computatur cum legato vsusfructus.*
2 *Expensæ voluntariæ non computãtur in legitimam*
3 *Donatio facta inter viuos censetur facta in legitimam compensandam.*
4 *Compensatio ex coniecturis præsumitur.*

## *Quæst. XXXIII. Primæ Partis.*



Rigesimo tertio qoæro, vtrum legitima compensationem admittat? Resp. † quod si legatum
1 est de vsufructu filio factum nõ computatur in legitimam, debitam iure naturæ. l.scimus.§. repletionem.C.de inoffi.test.Aug.Ber.consi.41.nu. 40.vol.1.Secundo not. quod expensæ factæ per patrem voluntarie pro filio non computantur ei
2 in legitimam, † Bal.l.omnimodo §. imputari. C. de inoffi.testamento Bar.l.Stichus. ff.de pec.leg. & est com.vt attestatur Alex.l.in quartam, nu.24.
3 ff.ad l.Fal. Tertio no. † quod prædium datum inter viuos filio censetur datum animo compensandi cum legitima, auth.præterea vbi doct.com. C. vnde vir,& vxor. Anch.consi.26.conc.sim.Iohã. de An.consi.3.col.2.dummodo ex coniecturis aliter non appareat, † Paul.consil.193.vol.2. Abb.
4 consi.81.vol.1.Capra consi.164.Dec.auth.præterea col.7.C. vnde vir, & vxor. Corn.consil.115. vol.4.Crau.consi.131.nu.17.Quarto no.quòd licet pater instituat filiam iam dotatam in legitimã deber intelligi de dote computata l.omnino.§.imputari C.de inoffi.test Bal.l.quoniam. C.eod.fallit nisi pater stipulatus fuerit dotem sibi reddi Titaq.l.si vnquam, ver. susceperit nu.174. C. de reuoc.don.quando autem Trebellianica compensetur dixi super in q.9.de fructibus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Compensatio vtrum habeat locum in delictis.*
2 *Delicta paria mutua compensatione tolluntur.*
3 *Delicta non compensantur in praiudicium fisci.*
4 *Delictum absolutum non compensatur.*
5 *Delicta compens. licet a partibus non opponantur.*

## *Quæst. XXXIIII. Primæ Partis.*



Rigesimo quarto Quæro, post quã dictum est compensationem locum habere in contractibus ac e-
1 tiam in vlt.volunt. vtrum in iudicijs compensatio detur? Respon. quod sic, præsertim in criminalibus: nam delictum cum delicto compẽsatur, dicitur enim

enim solet pariã delicta mutua cõpensatione tol-
2 luntur l. si ambo. ff. de compens. † Dyn. §. in bonæ
fidei nu. 14. inst. de act. vbi etiam Petr. num. 10.
Papiensis in sua praxi in tract. de Synd. Fol. 40. ver.
3 compensatio l. viro. ff. sol. mat. † Inno. c. sicut. il. 32.
de iur. iur. c. intelleximus de adult. fallit quando,
criminaliter agitur quo casu ambo puniuntur pro-
pter pœnam, quæ applicatur fisco l. 2. §. 1. ff. de
sep. viol. l. 2. §. si publicæ. ff. ad l. Iul. de adult. Petr.
§. in bonæ fidei nu. 7. inst. de act. Missing. d. loco
nu. 32. Innoc. d. c. sicut. Secundo fallit in delicto à
4 quo quis † est absolutus. Cyn. leg. ex causa. C. de
compens. l. quæcumque. ff. eodem. Paul. l. si ambo.
ff. de compensa. ampl. 1. vt debitum cum delicto
compensetur. Bart. l. cum alter. ff. de compens. Se-
cundo ampl. procedere, etiam si à partibus non
5 apponatur. † Felic. d. lecti. de except. l. si duo. ff. de
dolo Dyn. c. in pari de reg. iur. 6. Imol. l. viro. ff.
solut. matr. Bart. l. fin. C. vnde vi. Ias. §. in bonæ fi-
dei nu. 82. inst. de act. Azo in summa. C. de com-
pens. nu. 5. Ias. l. transigere nu. 4. C. de transact. Ce-
phalus cons. 35. nu. 32. vol. 1. vt dicam in seq. q.

*S V M M A R I V M.*

1 *Culpa cum culpa quomodo compensetur.*
2 *Culpa in correlatiuis compensatur.*
3 *Culpa cum culpa compensatur in paribus.*

## *Quæst. XXXV. Primæ partis.*

1 TRigesimoquinto. quæro † vtrũ culpa cum
culpa compensetur? Resp. quod sic. Doct.
com. l. si ambo. ff. de compens. præsertim
in correlatiuis culpis, Bald. tract. stat. vers.
statutum nu. 3. vnde reus, & actor culpam parem
compensat d. l. si ambo. l. viro. ff. sol. matr. l. in are-
2 nam. C. de inoffic. testamento Corn. † consil. 51.
col. 2. vol. 2. Crau. in consi. pro genero nu. 18. fal-
lit. Primo vt culpa lata cum leui non compense-
tur, quia vna præponderat alteri. leg. quod nerua.
ff. depositi. Secundo fallit cum compensatur cul-
pa leuis cum leuissima. l. 1. §. non autem. ff. si quis
test. lib. esse iussus fuer. Tertio fallit vt non com-
pensetur leuissima in faciendo, cum leuissima in
omittendo. leg. si mora ff. sol. matrimon. Tind. in
tractat. de compens. artic. 5. num. 36. de pari enim
3 culpa ad parem † compensatur, aliàs secus. l. si mu-
lier. ff. sol. matr. add. ad Bart. d. l. si amb. ff. de com-
pensat. Specul. tit. de exc. §. fin. Boer. in add. ad
Dyn. cap. in pari nu. 6. de reg. iur. 6. Abb. c. intelle-
ximus numer. 5. post. Innoc. & glos. ver. Paria de
adulter. idem c. 1. numer. 1. de iniurijs. Socinus
in tract. Fall. reg. 86. Signorol. consil. 50. & consil.
70. add. ad Dyn. d. cap. pari num. 6. de reg. 6. & di-
cam latius in seq. q.

*S V M M A R I V M.*

1 *Negligentia cum negligentia mutuum compense-*
*tur.*
2 *Socij inter se negligentiam compensant.*
3 *Iudicium noxale compensationem admittat.*

## *Quæst. XXXVI. Primæ partis.*

1 TRigesimosexto quæro † vtrum negligentia
cum negligentia compensetur? Respons.
quod sic; vnde si ambo fuerit socij negli-
2 gẽtes in societate ipso iure inter † eos com
pensatio datur Doct. comm. l. si ambo. ff. de com-
pens. declaratur hoc procedere, quando ambo pa-
riter negligentes fuerint, adeo vt amborum negli-
gentia par attulerit damnum Dyn. l. viro. ff. solut.
matr. Tindar. in tract. de compens. artic. 5. numer.
30. Bart. d. l. si ambo, regula enim consistit in mate-
ria compensationis ea quæ compensantur paria
esse, D. Ant. cons. l. 1. §. mutui. ff. si cert. pet. Abb. c.
mulier nu. 5. de conuers. coniug. Nichas in §. in
bonæ fidei numero institut. de actionib. Abb. cap.
bonæ fidei nu. 12. de deposito August. c. 1. nu. 44.
de viur. Alex. l. diuortio. §. ob donationes num. 4.
ff. sol. matr. Alex. l. deducta. §. acceptis. ff. ad Treb.
Lasl. centum nu. 2. ff. de verb. oblig. d. §. ob dona-
tiones nu. 5. Bart. l. mulier. ff. rerum amot. Petr. §.
in bonæ fidei nu. 7. inst. de act. Dec. c. dilecti nu. 6.
de exc. sed an noxale iudicium hoc ipso compensatio-
3 nem admittat? Resp. † quod sic Doct. d. l. si am-
bo. Tind. tract. de compens. art. 5. nu. 31.

*S V M M A R I V M.*

1 *Dolus cum dolo quomodo compensetur.*
2 *Dolosius doloso nihil est.*
3 *Dolus oppositus in modum exceptionis compensa-*
*tur.*
4 *Dolus oppositus per modum accusationis, quomodo*
*compensetur.*
5 *Dolus de pari oppositus, vel de minori an audiatur.*
6 *Dolus cum dolo recte compensatur, cum est in pa-*
*ri gradu.*
7 *Dolus cum culpa circa idem non compensatur.*
8 *Doli replicatio admittitur ne excipiens cum damno*
*alterius lucretur.*
9 *Doli replicatio circa personam non admittitur, nec*
*etiam replicatio culpæ.*
10 *Replicatio tollere debet exceptionem.*
11 *Doli replicatio seu criminis reijcitur, ne actor in præ-*
*iudicium rei lucretur.*

## *Quæst. XXXVII. Primæ partis.*

1 TRigesimoseptimo quæro † vtrum dolus
cum dolo compensetur? Resp. distin-
guendo aut pro puniendo dolum, vel
culpam agitur criminaliter, vel ciuili-
ter; si criminaliter aut est idem delictum accusa-
toris, & accusati, aut diuersum, si idem repellitur
accusator, quia nihil dolosius doloso. l. filium. C.
2 de † liber. causa. l. quoniam. C. de hæret. si diuer-
sum, aut opponitur in modum accusationis, aut
in modum exceptionis, & si in modum exceptio-
nis, tunc auditur opponens ante quã nomen eius
3 inter eos fuerit receptum, postea † vero non audi-
tur, etiam si maius crimen opponatur: l. 2. §. qui
hoc. ff. de adulter. Bart. d. leg. 2. §. si publico. Doct.
com. l. si magnum. C. qui accus. non poss. Bal. l. fin.
C. de fid. inst. not. l. 2. ff. de exc. l. notandum. ff. ad l.
Aquil.

Aquil.Abb.c.cum dilectus nu.18.de ord.cogn.si
verò fuerit per modum accusationis, aut est de
pari aut minori, vel maiori, si de maiori auditur
4 antequam † nomen suum sit scriptum inter reos,
l.1.C.qui accus.non poss. quando autem dicatur
nomen fuisse inter reos receptum not.gl.& Bart.
l.adulterij.C.de adult.docto.l.neganda. C.qui ac
cus.non poss.l.cum mulier.ff.solu.matr.docto.l.is
quo.ff.de publ.iud.Bal.l.1. C.qui accu. non poss.
postea verò nullo modo auditur etiam de maiori
l.is qui ff.de publ.iud. si verò de pari vel minori
non auditur, nisi suam, vel suorum iniuriam pro
sequatur l.neganda.C.qui acc.non poss.quid au-
tem dicendum est cum ciuiliter agitur? Respon.
quòd aut vterque est in dolo, aut vterque est in
pari culpa,& tunc hinc inde bene compẽsantur,
siue circa idem, siue circa diuersa reperiatur do-
6 lus, † siue culpa l.viro ff.solu. matrim.l.cum mu-
lier.ff.sol.matr.l.si duo ff.de dolo l.fina. §. sed & si
ff.de eo per quem factum erit.l.domum ff.de cõt.
empt.l.2.§.idem ff.ne quid in loco publ. l.si alius
§.bellissime.ff.quod vi, aut Clam.l.fin.§.si ad ia-
nuam ff.de dol.excu.l.apud. §.Marcellus. ff. eod.
Abb.c.intelleximus de adult.docto.com.ca.dile-
cti de exc.Duct.l is qui.ff.de publ.iud.l.neganda.
7 C.qui acc.non poss. † si verò vnus est in dolo, &
alius in culpa,tunc si circa idem, non fit compen
satio quia dolus præponderat culpæ. l.si putator.
l.fin.ff.ad l. Aquil.si circa diuersa fit compensatio
cum teneatur vterque ad quantitatem docto. l.si
ambo.ff.de compens.si vnus in lata, alius in leui,
præponderat lata,quæ æquiparatur dolo. l.quod
nerua.ff.de pos.si alius in leui alius in leuissima,
præponderat leuis circa idem, secus si circa diuer
sa, item si vnus in leui in faciendo, alter in negli-
gendo præponderat leuis in faciendo & ideo non
compensatur, ita more solito docte distinguit
Din.cap.in pari nume.4. & sequen. de regu. iur.
6. Tindarus in tracta.de compensat.articu. 5.nu-
me.30.Din.§.in bonæfidei nume.12.insti.de act.
Azo in summa C.de compens.nume.6. Petr.d.§.
in bonæfidei nume.7.fit igitur compensatio deli-
cti cum delicto, culpæ cum culpa, negligentiæ
cum negligentia, doli cum dolo glo.l.fin.§.penul.
ff.de eo per quem fact.erit.l.si domum.ff.de cõtr.
empt.August.Ber.consi.57.nu.42.vol.3.Ias.l.trã-
sigere nu.3. C. de trans.l.si quis C. ad l. Iul. de vi
add.ad Bart.l.si ambo. ff.de compens.Afflict.De-
ci.150.nu.29. Ex quibus iam superius præmissis
8 duæ elici debent † conclusiones, quarum prima
est, quod replicatio doli, vel criminis admittitur,
ne excipiens cum damno actoris lucretur. l. cum
mulier.ff.sol.matr.c. intelleximus de adulter. fallit
quando in replicatione illud idem dicitur, quod
in prima petitione continetur, quia tunc replica-
tio reijcitur Bart.d.l.cum mulier per l.3.& l.Mer
9 calem.C.de cond.† ob turpem causam, Ale.d.l.cũ
mulier, Secundo d.concl. limit, procedere quan-
do replicatio agentis de damno euitando respice
ret merita causæ, secus si ad personam referatur,
quia tunc replicatio indistinctè non admittitur
quia ex quo actor vocauit reum videtur reus ha-
bilitatus, ideo per replicationem excommunica-
10 tionis non repellitur; Item † quia replicatio debet
directe tollere exceptionem, quod non esset quia
dato quod persona rei esset criminosa eius exce-
ptio non perimitur, Bal.c.1.de stat. contra libert.
Eccl.Bart.l.ser.ff.de acc. Bal.l.si creditorib. C. de
com.ser.pig.dato.c.intelleximus de iud. Secunda
concl.sit quod replicatio doli, vel criminis reijci-
tur, ne actor in præiudicium rei lucretur. l.apud
11 Celsum §.Marcell.ff.de dol.exce. † quo casu præ
fertur reo.l.fauorabiliores ff de reg.iur.nisi actor
tractet de damno euitando, quia tunc ille præfer
tur.l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb.oblig.l.si per
emptorem.ff.de act.empt.l.verum §. fin.vbi Bar.
ff.de minor.Anch.consi.36.Paul.consi.37. vol.2.
Deci.c.dilecti nu.7. de excep.

*S V M M A R I V M.*

1 *Fiscalis causa vtrum compensetur.*
2 *Terminus ad liquidandum.*
3 *Tributum non compensatur.*
4 *Precium rei venditæ non compensatur in fisco.*
5 *Stationes diuersæ non admittunt compensationem.*
6 *Pœna concernens vtilitatem publicam non compensatur.*
7 *Fisco non opponitur creditum tertij.*
8 *Expensæ deducuntur, ex fructibus, qui debentur Fisco.*

## *Quæst. XXXVIII. Primæ partis.*

1 TRigesimo octauo, Quæro † vtrũ
in causa publica admittatur cõ-
pensatio; pro vt est fiscus, vel
respub.Resp.quod sic: datur ta-
2 men terminus † duorum men-
sium ad liquidandum. l. aufer-
tur.§.qui compensationem vbi docto. com. ff.de
iur.fisci, Ias.§.in bonæfidei num.72.instit.de act.
fallit Primo quando fiscus petat tributum l.4. C.
3 de compens.† Abb.c.tua nu.10.de decimis.c.san-
cimus 1.q.7.Tind.in tract.de compens. articu.5.
num.33. Secundo fallit si petat pecuniam Anno
næ docto.l.ideo.ff.de compens. Tertio fallit si pe-
4 tierit † precium rei venditæ Zasius §. in bonæfi-
dei infine inst.de action.Nichas.d.loco.n.8. Azo.
in summa.C.de compens.n.10. quarto fallit si ex
5 diuersa statione † creditum fuerit. l.1. C.de com-
pen.ratio est ne ex huiusmodi compensatione cõ
fusio oriatur in illis diuersis officiis.d.l.1.ver.hoc
iuris.l.3.C.eo.l.idem iuris.ff. de compens.l.fin.ff.
eo.gl.§.in bonæfidei ver.depositi inst. de act. Affli.
decis.192.tit.de compens. intermin. Quinto de-
claratur vt in pœnis concernẽtibus vtilitatem pri-
6 uatam fiat † compensatio. concernentibus autem
vtilitatem publicam, & commodum fisci nequa-
quam Abb.c.fin.num.12.de deposito, Paul.l.iusi-
sit.ff.de compens. nisi cum pœna pecuniaria con-
curreret, pœna corporalis, vt si extaret statutum,
quod non soluens cameræ infra mensem amputa-
tur ei manus, non incurrit in pœnam condemna-
tus, si nõ soluerit, quia creditor erat ex alia causa
cameræ fiscalis, Tindarus in tract.de compẽs.art.
5.n.39.Petrus §.in bonæfidei n.13.inst.de action.

vbi etiã Ant.nu. 21. Ant.verius in Rub. C.nou.ve
ctig.non poſſe Bal.l. 1.col.3.C. de hæred. vel act.
vend.l.in ea.C.de compenſ. doct.l. Iulianus ff.de
cond.& dem. Bart. l. ideo de compenſ. Angel. in
tract.Maleſ.ver.ſoluat,fallit ſi ſtatutum dicat nul-
lam interpretationem in eo eſſe faciendam, Ioan.
de Prato.d.l.Iulianus. Sexto fallit quando quis op
poneret aduerſus fiſcum de eo, quod fiſcus alte-
7 ri debet, niſi ceſsio fuerit † facta contra fiſcum
per creditorem fiſci ipſi condemnato, Bald.l.eius
C.de compenſ.Sed quæro vtrum expenſæ ſint de
8 ducendæ ex fructibus † qui fiſcò ſolui debent ?
Reſp.quod ſic Bal.l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ.
doct.com.l.fructus.ff.ſol.matr.Fel. c.ad noſtram
de iur.iur. Tiraq.in tract.de retr.Lign. §.15.gl.1.
nu.12. Tertio not. quod de publico ad priuatum
9 non admittitur † compẽſatio Afflic.Deciſ.19.nu.
4.ampliatur etiam ſi eſſet debitum officialis per-
ſonæ, quæ vt priuata debitrix fuiſſet l. ſi velut. C.
de compenſ.l.in ea C.eod. vbi Bart.nu.3.l.ob ne-
gocium ff.de compenſ.fauor enim publicus præ-
fertur priuato, Zaſius §.in bonæfidei, ver.hoc de
10 facto inſt.de † action.

*SVMMARIVM.*

1 *Officio iudicis quod debetur an poſſit compen-
ſari.*
2 *Fiediuſſor dari poteſt pro eo, quod debetur officio
iudicis.*
3 *Acceſſoria uenient in compenſationem pro eo quod
debetur etiam officio Iudicis.*

## *Quæſtio XXXIX. Prima Partis.*



RIGESIMO Nono quę
ro vtrum id quod officio iu-
dicis debetur cõpenſari poſ-
1 ſit? Reſp. quod † ſic l. ſi am-
bo. §.in ſtipulationibus ff.de
cõpenſ. quod intelligitur de
debito officio iudicis, in quo
nullum in medio eſt obſtaculum, aliàs ſecus, Bart.
l.fi.§.fi.ff.de cond. inde.l. fin. C. de compenſ.Iaſ.
§.in bonæ fidei nu. 86. inſtit. de act. Aret.d.loco
nu.11.l. ſi ſeruus ff. de furt. Bart.l.Stichus. §. Lu-
cius nume. 4.de cond. indeb. l.etiam numer.1.de
compenſ.l.fi.nu.2.C.eod. Paulus l.ſi ambo.§.quo
ties numer.3.ff.de compenſ. ubi declarat hoc pro
cedere, quando competit ad rem, vel pecu-
niam, ſecus ſi ad remouendum obſtaculum, vt
2 eſt officium † iudicis, quando petitur reſtitutio,
quæ antequam ſit conceſſa non poteſt obijci com
penſatio de illo leg. fin.in fine. ff.de cond.inde.&
ita accedere poſsit fideiuſſor non ſolum pro quo
debetur iure actionis vel obligationis, ſed etiam
officio iudicis, etiam ſi ad reſcindendũ competat.
l.cum quis.§.ſi quis.ff.de ſol.Paul.l.pecuniam nu.
3.de compenſ.l.etiam vbi Paul.ponit exempl. hu-
ius,q.C.de compenſ. Ampl. hęc quæſtio etiam in
3 acceſſorijs procedere; † puta in fructibus Bald.l.ſi
conſtat, col. 2. C. de compenſat. fallit ſecundum
Bart.l.fin.ff.de cond.indeb.quando debetur ſcili-
cet officio iudicis nobili, ſed quib.modis fiat com
penſatio officio Iudicis dicam in ſeq. P. q.27.

*SVMMARIVM.*

1 *Operarum compenſatio cum quantitate quomo-
do fiat.*
2 *Artificiales res compenſantur ad inuicem.*
3 *Redditus compenſantur ad inuicem.*

## *Quæſtio XL. Primæ partis.*



VADRAGESIMO
Quæro vtrũ operarum com-
penſatio cum quantitate debi
ta fieri poſsit? Reſp.quod ſic.
l.fin.C.de Alex.l. 1.§.ſed etſi
ff.de var.cogn ampl. procede
1 re etiam † in quantitate mu-
tuata, Alex.d.loco ac item ar-
tificialis res cũ artificiali, com
penſatur, quando tanta eſt ſimilitudo artificij in
2 rebus quanta † eſt naturæ, doct. com.l. 2.§.mutui
ff.vt ſi peto à te decem panes, tu obijcias mihi de
alijs decem, admittitur, ita Zaſius in termin. §. in
bonæfidei ver.hoc loco inſt.de act. Tertio reddi-
3 tus cum † redditibus compẽſatio fit, niſi ſit diuer-
ſitas loci, vel bonitatis, loca enim recipiunt fun-
ctionem Ioan. Faber. §. in bonæfidei numero 9.
inſt.de act.

*SVMMARIVM.*

1 *Pars crediti an poſſit compenſari dic quod ſic.*
2 *Solutio pro parte fieri non poteſt inuito credi-
tore.*

## *Quæſtio XLI Primæ partis.*



VADRAGESIMO Pri-
mo Quæro, vtrum particularis
1 compẽſatio fieri † poſsit, cum
ſolutione vniuerſali ? Reſp. qđ
ſic Bart.l.etiam C.de compenſ.
Neg.in tract.de pign. & hyp. 3.
M.v.p.nu.24.Hier.Butig. l. quidam num.17.ff.ſi
2 cert. pet. vbi † dicit quod compenſatio ideo fieri
poteſt pro parte, quia in ea aut adeſt voluntas par
tis; aut culpa, ideo nimirum fieri poteſt etiam cõ
tra inuitum, quia ex quo nõ mihi ſolues quod de
bes in culpa es, alia ratio eſt, quia compenſatio fit
ipſo iure hominis miniſterio leg. fin. C.de com-
penſ. ſed quæ eſt maxima ratio differentiæ quod
ſolutio fieri non poſsit pro parte, & tamen com-
penſatio locum ſolutionis obtinet? l.ſi debitæ ff.
quib.mod.pign.vel hypoth.ſolu.Petr. §.in bonæ-
fidei Inſt.de act. vbi Iaſ.num.62. l.amplius ff.rem
ratam haberi, Dec.Ped.92. nume. 11.Iacob.Me-
noch.in tract.de arb.iud.Caſ.14.numer.3.cent.1.
lib.2.Hieron.Gigan. in tract.de penſ.q.92.nume.
1.Guid.Deciſ.567.nume. 1.Aug. Bero.c.1.num.
42.de in integ.reſt.Abb.c.cum inter de exc.num.
24.Ruin.conſ.102.nume.4.vol.4.Paul.l.ſi cum fi
lio nume.5.ff.de compenſ. Bart. l. aufertur §. qui
compenſationem nu.2.ff. de iur. fiſci Reſp. quod
ratio differentiæ eſt quia compenſatio fit per viã
reten-

retentionis, solutiò vero per viā nouę dationis, & multa valent ad retinēdū, quæ nō valēt ad agēdū. l.si in area.ff.de cond.& dem.l.3.C. de vsuris,alia & melior ratio est,quia nostra interest potius non soluere, quàm solutum repetere, quæ ratio cessat in simplici solutione.l.fin. C. de compens. Tind. in tract.de compens.artic.2.nu.2.Petrus.§.in bonę fidei nu.5.inst.de act.Curt.Iun.l.cū fundus.§. seruū.nu.19.ff.de reb.cred.dixi ego in tract.de de fin.P.2.defin.63.nu.2.Paul.de Mōte.l.cū fundus. §.seruū nu.13.ff.si cert.pet.vbi Butig.nu.52.Portius cōs.47.nu.2.quod autē solutio fieri nō posśit pro parte inuito creditore est com.opi. de qua attestatur Hier. Butigel.l. quidā.nu. 18. vbi lim.3.mod. ff.si certum pet.Neguf.d.loco cit. ponit. 12. lim.

*SVMMARIVM.*

1 *Naturale debitum vtrum compensetur.*
2 *Obligatio qualiter elisa dicatur per sententiam.*
3 *Naturale debitum obijcitur contra petentem, non contra repetentem.*
4 *Naturale debitum licet peti non possit potest tamen compensari.*
5 *Naturalis obligatio per sententiam tollitur.*
6 *Naturale debitum non compensatur quando debitum remanet propter pœnam creditoris.*
7 *Ciuile debitum compensari non potest.*

## *Quæst. XLII. Primæ partis.*

1 QVadragesimo quęro vtrū naturale debitum compēsari posśit? Resp.quod † licet naturalis obligatio remaneat post sentētiam iniuste latam,est tamen inefficax vt compēsari non posśit id quod iniuste fuerit condemnatum secūdum com.opin.da qua per Tind.in tract.de compens. artic. 4.num.23.Non enim quod debetur per restitutionē in integrum compensari potest Bald.l.fin. nu. 13. C. de compensat.nisi restitutio sit iam concessa leg. fin. ff.de cond.ind.Riminald.cons.69. num.9. vol. 1.Bella mera c.super.nu.5.v.de ordine cogna.quia natura le debitum in compensatione deduci non potest, dummodo nō elidatur per exceptionem. l. etiam.
2 ff.de compens.Aret.§.in † bonæ fidei nu. 15. inst. de act. Elisa enim dicitur obligatio per sententiā, licet in to tum non fuerit sublata l. quæcumque ff. de compens.Aret.§. in bonæ fidei nu. 16. inst. de act. succurretur tamen ei per restitutionē in integrum Azo in summa C. de compens. num. 3. l.2. C.eod.gl.pen. l. fin.ff.si pars hæred. pet. Secundo
3 declara vt compensatio fieri † posśit de debito naturali contra petētem non contra repetentem gl. leg.interdum.ff.de cond.indeb.Bart.leg.nunc videndum nu.18.ff.de cond.indeb. l. interdum nu. 5.ff.eod.l.procurator §. 1. nu. 3. ff. rem ratam haberi leg. 5. C.de compens. vbi optime distinguit, idem l.2.numer.2.C.si adu. sol. Tertio declara vt
4 compensatio † admittatur, quando erat naturaliter debitum licet ex eo petere quis non posset Paul.l.ex causa num. 2. C. de compens. quarto declara vt per exceptionem debitum non dicatur elisum quando nunquam fuit coniunctum cum
5 ciuili, vt si aliquis per pactum † nudum promisisset, si verò aliquando coniunctum fuit cum ciuili,& sic peperit actionem, sed ex aliquo postea superueniente effectum fuit inane puta per præscriptionem, vel sententiam absolutoriam per quam tollitur ciuilis obligatio: tūc naturalis remanet ad agendum,& eodem modo quantum ad compensandum quia qui compensat agere videtur.l.quæcunque ff.de compens. vbi Paul. nu. 2.ff.de compens. idem l.quod in diem. §. etiam ff. eodem Signorol.l.cum quis nu.17.C.de iuris & fact.ignor. Socin.cons.55.nu.8.vol 4.l. naturalis ff. de act.& oblig. Quinto fallit si opponatur contra debitum naturale,& ciuile iuratum,Bald.l.2. col. 68. ff. de Iur.Iur. Sexto declaratur vt non admittatur quan
6 do debitum remanet † post liberationem debitoris factam propter pœnam creditoris, Bart.l.si pœnæ.ff. de cond. indebiti gl. & Bald. l. quæcunque. ff. de comp. Bart. l. Procurator.ff.ad exhib. Hieron.verius, in rub. ff.de verb.oblig.nu.124.Ias.in add.ad Port.inst.de oblig.in princ.sed quęro vtrū habens tantum ciuilem actionem admittatur ad
7 compensationem? Resp. quod † non l. neque. C. de compens. exempl.est in Chirographo ad tempus nam ante tempus nihil operatur l.in contractibus.C.de non nu.pecu. Bald. l.fin. C. de compen. Tind.in tract. de compens.artic.4.nu.23.Missenger.§.in bonæ fidei nu.9.vbi Aret.nu.15. inst. de act.l.quæcunque ff. de act.& oblig.vbi gl.l.2. ff.de const.pec.Azo in summa.C.de compens.nu.4.

*SVMMARIVM.*

1 *Cessum debitum an compensari possit.*
2 *Alterius debitum compensari non potest.*
3 *Res transit cum sua causa.*
4 *Cessio ex causa facta non sinit compensari.*
5 *Exceptio cohærens rei potest opponi cedenti, & cessionario.*

## *Quæst. XLIII. Primæ Partis.*

1 QVadragesimo Tertio Quærō vtrum debiti, & crediti cesśi in personam alterius † compensatio fiat? Resp.quod sic, quia per cesśionē desinit debitum alienum,seu creditum dici,quod regulariter prohibetur compensari l. eius C. de compēs.Petr.§.in bonæ fidei nu.3.inst. de act.vbi
2 Misseng. nu. † 12.Ias.nu. 76.Azo in summa. C.de compens.nu.8.l.in rem.§.creditor.ff.de compens. Paul.leg. si cum filio nu. 3. ff. de compens.Augu. Ber.cons.46.num.7.vol.2. sed proprium dici potest cesśionarij, & hoc procedit quādo cesśio rite sit sequuta Tind.in tract. de compēs. Artic.7.nu.
3 3.vbi nu. 4. dicit hanc † esse com. opin.transit.n, actio cum sua causa l. in venditione. ff. de contr. empt.conc.cum hac q.Paul. l. eius numer.2. C.de compens. l.si quis rem ff.de Proc.doct. c.is qui de reg. Iur. 6. Doct. com.d.l.eius, Bart.l.si quis rem ff. de Proc. leg. qui duos. ff. de leg.2.Guid, decis.

467.in term.addentes ad decis.capellæ Tholos.q. 93.num.3.Guid.Decis.567.nu. 1.in term. Spec. tit.de Proc. §. fin. fallit si ex causa fuisset facta, ex quo non intelligitur creditori satisfactum a debi-
4 tore † Bald. l. 1. C. de act. & oblig.add.ad Decis. Guid.567.nu.2.Doct. l. seruum. §. si quis in rem de procurato. Bart. l. doli. ff. de nouat. vbi dicit, quod compensatio obstans creditori cedenti, obstat etiam cessionario, August.Ber.cons.187.vol. 1.nu.25. vbi cessionarius repelli potest exceptione compensationis, quando est liquida & de materia cessionis iurium lite pend.not.d.cons.late in termin. Alex.cons.54. vol. 2.nu.6.vbi add.testantur de com.num.7.Not.hanc quæst.in term. Ang. cons.288.addentes ad Bar.in rub.C.de compens.
5 ratio ē quia † omnis exceptio, potest opponi, quæ cohæret rei Saly c.l.quę stipendia de procur. add. ad Din.c. is qui nu. 17.de reg. Iur. 6.docto.l.iam mandator.C.de non nu.pec. Alex. cons.66.vol.4. Paul.cons. 87.vol. 1.Bald.l.1.C.ad vell.Alex.cōs. 54.vol.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Facti obligatio vtrum recipiat compensationem.*
2 *Industria personæ vbi electa est non compensatur.*
3 *Facti compensatio fit cum ad interesse agitur.*

## *Quæst. XLIIII. Primæ partis.*



Vadragesimo Quarto Quæro vtrū facti obligatio hinc inde ad-
1 mittat † compēsationem? Resp. quod non exemplum. Teneor ti bi edificare in tali loco;tu autem mihi teneris ad tantūdem in alio loco, vel ad aliquid aliud agendum, tali casu non admittitur compensatio, ratione industriæ perso-
2 næ electæ, ratione loci, † & ratione rei non fungibilis in genere suo l.2. §.item ff. de eo, quod certo loco, Zasius §. in bonæ fidei ver. super quarto instit.de actio.fallit si ageretur ad interesse l.quod
3 dicitur. ff. de † impens. in reb.dot.fact. Ioan. Faber.d.§.in bonæ fidei nu.8.

*SVMMARIVM.*

1 *Commodum cum incommodo Compensatur.*
2 *Onus meretur honorem.*
3 *Emptori cedit cōmodum, & incōmodum rei emptę.*
4 *Minuta parte hæredis scripti minuitur legatorum onus.*
5 *Socius particeps est lucri, & damni.*
6 *Forensis, qui non ligatur statuto ciuitatis non gaudet eius priuilegio.*
7 *Hæres viri tenetur præstare vxori alimenta ob dotem retentam.*
8 *Hæres succedens in honorem, succedit etiā in onus.*
9 *Sterilitas compensatur cum fertilitate.*
10 *Fertilitas cum sterilitate cuius anni compensatio fiat.*
11 *Sterilitas compensatur quando anni continentur sub eadem locat.*
12 *Sterilitas proueniens ex casu insolito non compensatur cum fertilitate, sed fit remissio mercedis pro eo anno.*
13 *Contrariorum eadem disciplina.*

## *Quæstio XLV. Primæ partis.*



Vadragesimo Quinto Quæro vtrum commodum cum incommodo compensari debeat? Resp: qd sic ita in ter-
1 min. † Paul.l.1.§.deniq. nu. 2. ff. de aqua Pl. arc. l. si vsu fructu.ff. de nouat.l. secundum naturam ff. de reg. iur. c.qui sentit eod.tit.6.cōc.illud dictum onus mere
2 tur honorem, † Bart. & Bald. l.amicissimos. ff. de except.tutor. Doct.l.si is qui. §. si quem ff.com. Ang. cons. 85.Secundo quemadmodum commo
3 dū cedit † emptori rei emptæ ita etiā & periculū. l.post perfectam.C.de per.& com.rei vēd.l.id qd. ff. eod. Tertio queādmodum minuta parte hæredis scripti per contra tabulas, diminuitur & lega-
4 torum onus, ita & aucta parte † hæredis scripti l.
5 & si contra. ff.de † vulg.l.fin.ff.de leg.3.quarto socius particeps lucri, & damni particeps dicetur.c. ratione de reg.iur.6.l.si igitur ff. pro socio.Quinto incolis onera subeūtibus cōmunicāda sunt iura cōmunitatis:& forenses,qui nō ligātur statutis, nō gaudēt beneficijs statutorum Soci. cons. 253.
6 lib.2. Bar. in tract.de † repres.1.q.5.q.Princ.Sexto contractus debent acceptari cum cōmodis, & incommodis l.cum quæritur ff.de adm.tutor.Bal. cons.357.lib.2.Anch. cons.207.col.2.Paul.cons.
7 139 Socin. cons. 125.lib.3.Septimo † hæres viri ob dotem retētam tenetur præstare alimenta vxori defuncti intra annum luctus propter cōmodū quod sentit de ipsa retentione dotis Guid. Papæ. Decis.296 Docto.l.diuortio ff. sol.matr.Octauo
8 hæres succedens in honore, † succedit etiā in ono re.l.filium §.si a legato ff. de leg.Præst.l.licet.ff.de
9 l.1.l.si Titio ff.de l.2.l.cū † pater.§.ab instituto ff. eod. Nono conductor compensat fertilitatem cū sterilitate, nam in tantum debet lucrari si esset vbertas, in quantum sustineret damnum si esset exiguitas:quod enim vltra pēsionem percipitur compensatur cum sterilitate anni Præcedentis Cin.l. ad comparandas C. mand. Paulus. l.ex conducto §. si vis nu. 6.ff.loc.& cond.in term. Doct.com.c.
10 propter de loc.sed an fiat compensatio † sterilitatis cū fertilitate, præcedētis, vel sequētis anni proximi, & immediati, an verò mediati, siue interpolati ? & vera opinio est, quòd fiat compensatio sterilitatis, cum vbertate anni mediati & interpolati Host.in summa de loc.& cond. ver.quę actio
11 nes,ver.fit aūt Imola † d.c.propter, & est com. vt attestatur Capra,reg.88.nu. 52.declaratur procedere quando ambo anni continentur sub vna, ac eadē locatione,Bald.l.licet.C.locati,Capra in vol. cōmu.opin. ver. compēsatio dicit hanc esse com.
12 opin. Secūdo declaratur † nisi sterilitas prouenisset ex casu insolito, quia tunc conductor non cōpelleretur compensare cum fertilitate alterius anni sed ei fieret remissio mercedis Ægid. Boss. in tracta.

tracta.de remiss.merced.numero.8.& seq.Neuiz. conf.91.num.5. Alba conf.1.num.4. Doct.com.l. sed & si.§.quæsitum vbi rub. Alex.numer.51.ff.si quis Caut.Ripa in tract.pest.tit. de priuileg.contr.
13 nu.97. fundatur ratio huius. q. quia † contrariorū est eadem disciplina l. fin. ff. de leg. 3. conc.cum hac q. Abbas.c.nihl nu.16.de elect.

*S V M M A R I V M.*

1 *Certum cum incerto non compensatur.*
2 *Singuli ad singulum compensatio non datur.*
3 *Species ad speciem non compensatur.*
4 *Liquidi ad non liquidum compensatio non datur.*
5 *Generis ad genus compensatio fit.*

## Quæst. XLVI. Primæ partis.



Vadragesimo Sexto Quæro vtrum certi ad incertum compensatio fiat? Resp. quod non exemplum; tu teneris mihi ex
1 legato ad † vnū de seruis tuis, quem elegero; ego autem tibi ad vnum de meis, quem eligeris an tali casu admittatur compensatio? Resp. quod non, quia obligatio hæc comprehendit singulosq; seruos l. 3.ff.quis, & a quibus, & singuli ad singulum non admittitur compensatio; præterea
2 quia ego † potero eligere meliorem, quàm tu, & videtur quodamodo debitum ad speciem, quę nō
3 compensatur, † Curt.l. cum fundus §.seruum nu. 13.ff.si cert.pet.§. in bonæ fidei vbi Nichas nu. 3. inst.de act. dixi ego in tract. de defin. P. 2. defin. 63.nu.4. Neguf. in tract.de Pign. & hyp.5. M.5. P.nu.21.Aug. Ber.c.1. num.43.de vsur.Ias.d.§.in bonæ fidei num.62.& Dec.d.§.seruum.num.20.
4 præterea cum debitum sit incertum † videtur dicendum non posse compensari sicuti, quando nō est liquidum non compensatur, Din.§.in bonæ fidei nu.14.inst.de act. Afflict.Decis.121.Rol.cōs. 17.nu.14.vol.1.Dec.Bon.37. nu. 22.fallit tamen hæc q. cum hinc inde in genere deberetur seruus
5 absque electione data, quia † ab vtraque parte qd' compensatur incertum est ita in term. Ioan. Faber.§. in bonæ fidei nu.7.inst.de act.

*S V M M A R I V M.*

1 *Instrumento habenti executionem paratam vtrum compensatio opponatur.*
2 *Compensatio loco solutionis est.*
3 *Instrumento iurato compensatio non opponitur.*
4 *Iuramentum seruandum est in forma specifica.*
5 *Instrumentum falsum non compensatur cum alio falso instrumento.*
6 *Falsum excludi non debet cum falsa probatione.*

## Quæst. XLVII. Primæ partis.



Vadragesimo Septimo, Quæro vtrum instrumentum habens executionem paratam contra quod dari non possit ex-
1 ceptio nisi solutionis, † an poterit dari exceptio compensationis? Resp. quod sic l. vel per mutauit ff.de liber. causa, quia compensatio loco
2 solutionis est vere † & proprie, Tind. in tract.de compensati.7.nu.20. Ias. §. in bonæ fidei num.73. inst.de act.Bapt.Villalobs in tract. com.opin.ver. compensatio fallit si esset instrumētum Iuratum secundum com.opin.de qua attestatur Afflict. De cis.381.nu.3. in term.in tit.de compens.aduersus instrum.liquidum, & iuratum non opponenda; iuramentum enim seruari debet in forma specifica
4 Doct. † c.querelam de Iur.Iur.& in c.ad nostram eod.tit.dixi latius super in q.25.de debito iurato : sed pone, quidam instrumentum falsum produxit, si contra ipsum alterum falsum opponatur an sit facienda compensatio delictorum? Resp.quod non: sed tali casu ambo puniri debent, Bald. rub. C. de fid. inst.non enim excludi debet falsum cū falsa probatione l. in fraudē §. quotiens ff. de iur. fisci add.ad Bar. l. si ambo. ff.de compens. Ias. in term.§.in bonæ fidei nu. 81.inst.de act.

*S V M M A R I V M.*

1 *Actio iniuriarum an compensari possit.*
2 *Iniuria verbalis non tollitur compensatione.*
3 *Adulteria compensantur adinuicem.*
4 *Criminalis cum intentatur actio non compensantur delicta.*
5 *Dotem petens vir propter adulterium mulieris non obtinet si conuincatur ipse adulter.*

## Quæst. XLVIII. Primæ partis.



Vadragesimo Octauo Quæro vtrum compensatio habeat locū in actione iniuriarum reciproca
1 rum? Respon. † quod sic not.c. contingit de sent.exc.Card.Clē. 1.§. ciuitas de Pæn. iniuria tamē verbalis non tollitur compensatione, sed quilibet
2 agit pro sua, Abb.c.penul. † do adult.spec.tit.de ac cus.ver. quid si te doct. c.cum te de re iud.doct.l. fin.ff.quod quisque Iuris, doct.c.dilecti de excep. Abb.c.olim.de rescr.Bald.l.1.C.vnde vi, Ang.l.vt vim.ff.de iust.& iure, Ale.l.3.ff.de lib.& posth. sed in reali secus est, vnde adulteria compensantur ad inuicē, Abbas.c.mulier nu.5.de conuers. coniug.
3 l.viro ff. sol. matr.c.pen.de † adulter. Abb.c.fin.de adulter. c. 1. vt lite non cont. c. christiana religio 32.quæst.5.vbi christiana religio a pari condēnat adulterium in vtroque sexu, Roman.consil. 167. Ioannes, Nichol. l.generaliter nu. 23. C. de secū. nupt. fallit nisi criminalis intentatur.actio l. 2. §.
4 si publice.ff. ad l. Iulia. de adult. † sed vir agens ad dotem propter adulterium, si vxor versa vice eum probauerit Lenonem, vel adulterum esse compen
5 sabitur, Petr.§. in bonæ fidei nume. † 7. instit. de actio. Dec.c. dilecti num.6.de except.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conditionale debitum vtrum admittat compensationem.*
2 *Indebitum compensari non potest.*

3 *Debitum in diem compensari non potest.*
4 *Conditio nihil ponit inesse.*
5 *Conditio de soluendo adimpletur compensatione.*

## *Quaest. XLIX. Primae Partis.*



Vadragesimo Nono Quaero, vtrum compensatio fiat de debito ad id quod debetur
1 causa conditionis † implendę, quia id non dicitur debi-
2 tũ, ideo Respon. † quod non Bart. l. statu liberos in Princ. ff. de stat. liber. & compensa-
3 tio de indebito † fieri non potest doct. com. l. 2. C. de compens. gl. leg. quaecunque, ver. veniuot. ff. eod. idem est de debito, vel credito in diem, nam compensari non potest ante euentum diei l. quod in diem ff. de compensatio. conc. l. si cum mihi §. cum intra. ff. eod. tit. quia compẽsatio solutio est, vt saepe & saepius dictũ est a nobis. l. fi. C. de compens. & ante aduentum conditionis quis non tenetur soluere l. debitor. ff. de verb. sig. Doct. com. vbi Rip. l. 1. nu. 20. ff si cer. pe. vbi dicit hanc esse com. fallit quando tempus indulgeretur humanitatis gratia l. si cum militi. §. cum intra ff. de compens. Bart. pro hac quęst. not. l. si constat nu. 4. C. de Compensation. Socinus consi. 94. num. 21. vo lu. 1. Paulus. l. 2. num. 3. ff. de compensation. l. bonae. §. si sub conditione. ff. de aedil. edict. conditio
4 enim nihil ponit † inesse, ideo ante omnia impleri debet, vt dispositioni locus sit l. cedere diem ff. de verb sign. Ancha. consi. 297. Ruin. cons. 63. nũ. 4. vol. 4. cõs. 35. nu. 13. vol. 5. Plot. l. si quando nu. 34. C. vnde vi. Iac. Meno. in tract. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. nu. 3. sed vtrũ cõditio de soluẽdo pecuniã
5 adimpleatur per compens.? Resp. † quod sic. Bar. c. 1. nu. 67. de vsuris.

*SVMMARIVM.*

1 *Vsura an cum vsuris compensentur.*
2 *Ipso Iure compensatio fit quo ad impediendum cursum vsurarum.*
3 *Interesse non currit, nisi a die morę.*
4 *Vsurę prohibentur iure diuino.*
5 *Pęnam euitandi causa compensatio fit ipso Iure.*
6 *Compensatio fit ipso iure ad euitandam praescriptionem.*
7 *Poena praescriptionis imponitur negligenti.*
8 *Ipso iure intelligitur, idest sine spe exceptionis.*
9 *Interesse non currit ei, qui potest compensationem opponere.*
10 *Accipere vltra sortem, quibus in causis sit licitum.*
11 *Tutor tenetur ad interesse pecunia non administrata pro pupillo.*
12 *Vidua quando vltra sortem aliquid accipere possit.*
13 *Poenę nomine, quod soluitur tuta conscientia retineri potest.*
14 *Remunerandi causa quod datur tuta conscientia consequi potest dummodo in fraudem vsurarum non fiat.*
15 *Dominus non compensat fructus perceptos ex pignore sibi dato à vasallo, & quę sit ratio.*

## *Quaest. L. Primae Partis.*



Vinquagesimo Et vlt. Quaero, cum supra dictum sit debita compensari adinuicẽ vtrum
1 habeat † locum in vsuris? Resp. quòd sic, exempl. quidam ex vna parte praetendit interesse, seu vsuras, alter autem excipit compensationẽ sui crediti, certe pro rata interesse compẽsabitur, Petrus in § bonae fidei, nu. 6. inst. de action. ampl. vt fiat ipso iure quo ad impediẽdum cursum vsu
2 rarum, † Ias. d. §. in bonae fidei nu. 83. l. cum aliter ff. de compens. quia vsura seu interesse non currit
3 nisi a die morae † ille autem non videtur in mora, qui conuentus exceptionem habet doct com. leg. lecta ff si cert. pet. Azo in summa. C. de compens. nu. 14. l. si constat. C. eod. vbi eius solius quod am plius debetur vsurae debentur dummodo petitio ipsarũ subsistat, fallit de iure canonico. c. fin. 14. q. 3. tot. tit. de vsuris. quo iure non licet mutuare cum spe aliquid recipiẽdi, etiam cum pacto, quod alio tẽpore tantundẽ mutuetur mihi gl. c. si Feneraris 14. q. 3. gl. l. si ambo ver. ipso Iure ff. de cõpẽs. Lcũ aliter. l. idẽ Iuris. ff. eod. vbi conc. cũ hac fall.
4 ad hanc q. facit etiã Hieron. † Gig. in tract. de pẽsioo. q. 92. nu. 8. August. Ber. c. 1. nu. 60. de vsuris, quod autẽ cõpensatio fiat ipso iure ad impediendas vsuras, vel pęnas, not. Ale. conf. 74. nu. 4. vol 5. specul. in tit. de loc. § nũc aliqua in qualibet enim obligatione poenali fit compensatio ipso iure, ne quis in eam incidat, Bart. l. Iulia. la 1. ff. de cond. &
5 dem. Bald. l. 1. C. de compen. † vsura. n. & poena aequiparantur l. qui fine. ff de neg. gest. l. cum stipu lanti. ff. de verb. oblig. Ale. cons. 74. nu. 5. vol. 5. & semper, vt euitetur pęna compensatio admittitur
6 l. etiam † vbi Salyc. C. de compens. vnde si haeres cogatur soluere legata etiam pia, si iustam compẽ sandi causam habeat non incidit in pęnam. §. qua drupli inst. de act. item nec emphyt. incidit in cõmissum: item euitatur, qualibet alia poena Zasius. §. in bonę fidei inst de act. ver. consequẽter, Curt. l. cum fundus. §. seruum nu. 16. ff. si cert. pet. Ioan. Faber d. §. in bonae fidei nu. 15. institu. de action. Hier. Gig. d. tract. de pens. q. 9. nu. 7. Rol. cons. 87. nu. 28. vol. 1. Bart. l. 4. num. 6. C. de compens. quod dictũm declara vt quando fit ipso iure compensatio ad euitandam poenam intelligẽ procedere, quando vtrunque debitum est eodem tempore; Roma. consil. 204. ampl. etiam hoc dictum proce derẽ ad euitandam caducitatem, Barb. c. 2. de de-
7 posito Alex. † cons. 74. vol. 5. Secundo ad euitandam praescriptionem, quae imponitur negligenti, Fel. c. ex transmissa de praescr. Soc. leg. Iulia. ff. de cond. & dem. Bart. l. inter ff. de cond. indeb. & intellige ipso iure. i. sine spe exceptionis, doct. leg.
8 pen. ff. de suis † & leg. gl. l. lecta. ff. si cert. pet. add. ad Bart. l. 4. num. 1. C. de compens. in term. autem huius nostrae quęstionis quae habetur quod ei non currit interesse, qui potest compensationem opponere facit d. Alex. cum aliter & l. seq. ff. de compens. Dinus §. in bonae fidei numero. 12. institut.

de

de actionibus Azo in summa.C. de compensatio. nu.14 Bart.l.insulam.§. vsuras nu. 1. ff. sol.matr. Paul.l.cum aliter nu.3.ff. de compens.l. si constat, nu.2.C.eod.Socin.cons.130. num. 20. vol. 4.sed quæro postquam de vsuris mentionem fecimus vtrum stante dispositione iuris diuini nihil vltra sortem accipi deberet, & quicquid accipitur com putandum esse in sortem iuxta not. c. 1. de seq. vbi doct.omnes de vsuris, iuxta dictum illud Saluato ris nostri (mutuum date nihil inde sperãtes) dētur aliqui casus, ex quibus tota consciẽtia, aliquid recte vltra sortem accipiat, absque compensatione facienda? Resp.quod sic, & primo quando fideiussor soluit vsuras creditori c.peruenit de fide iussor.c. damnum de reg. Iur.6. Secundo hoc idẽ quando ratio subest periculi, vel euictas, tunc quis lucratur fructus c.fin.de vsur.l.si ea C. eod. c.mutuantibus eod.tit. Tertio quando ratione admini-
11 strationis † tenebatur quis collocare pecuniam in emptionem prædiorum vt tutor, quia si non facit tenebitur pupillo soluere vsuras ratione lucri cessantis Abb. c. conquestus, de vsuris l. tutor.ff. de admi. tutor. Quarto hoc idem quando debitor in termino non soluerit pecuniam, tũc enim petere potest interesse lucri cessantis, si erat persona solita negociari, quod iudicis arbitrio relinquitur. Inno.c.socio de sententia exc.gl.l.Iulianus §.ex vendito.ff.de act.empti. Quinto fallit in viduis, quę so
12 lent cõsequi † aliquod honestum lucrum ex Matrimonio.c.inter nostra. de do.inter virum, & vxorem, Bald.l.1.C.pro socio, Abb.c. conquestus de vsuris.Sexto fallit in venditore mercatori, cui lucrum debetur ab emptore de pecunia non soluta in tempore,l.2.§.2.ff. de eo quod certo loco,gl.& Abb.d.c.conquestus; Septimo fallit quando sponte absque pacto a principio aliquid datur, doct.c. consuluit de vsuris c.tua. c.dilectus eod.tit. Octa-
13 uo fallit quando nomine pœnæ † soluitur aliquid ob pecuniam non sit in fraudem vsurarum appositum gl.d.c. conquestus, Soci. cons. 174. vol. 2. Nono fallit quando compensatio non fuerit opposita l.1. C. de pigno. act. l. eius. l. si constat. C. de compensat. Decimo fallit quando darentur pignori possessiones, & redditus, tunc fructus nõ computantur in sortem, nec illos lucratur creditor, sed soluto debito debet eos restituere.c.ad nostram de vsuris, Vndecimo fallit quando animus
14 subest remunerandi † l. si vero. §. si ponamus. ff. mand. Duodecimo fallit, quando percipiens fructus nõ fuit in dolo, lata culpa, vel mala fide, Ant. de Butr.c.1.de vsur. Decimo tertio fallit, nisi pactum intercessisset, quod creditor non possideret nisi naturaliter quia tunc ex sola ciuili, quę remansit penes debitorẽ, procedit acquisitio fructuum l.3.§.ex contrario ff.de acq. poss. Decimo quarto fallit quando ratione mutui creditor subijt laborem, quia tunc in compensatione possunt fructus non computari in sortem Host. d. c. conquestus. Decimo quinto & vlt. fallit quando vasallus rem feudalem in pignus directo Domino daret, quia tandiu vasallus non tenetur ad seruitium, & si fructus confunduntur, nõ autem cum sorte compensantur, glo.c.conquestus de vsuris glo.c.1.eod.tit. ampl. tam in feudo ecclesiastico, quàm seculari: Socin.in tract.fall.reg.6. Cas.5.doct.comm.c.conquestus de vsuris. l. in Insula. §. vsuras.ff.sol.matrim. & hæc satis pro hac prima parte huius tract. nostri de Compensationibus.

FINIS.




# DE COMPENSATIONIBVS PARS SECVNDA.

## SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI.

## Equitis Sancti Stephani,& Protonotarij Apostolic.

*SVMMARIVM.*

1 *Res Quæ compensari possint.*
2 *Compensatio imaginaria solutio est,*
3 *Solui non potest inuito creditore aliud pro alio.*
4 *Compensare quis possit.*
5 *Res qualibet in reconuentionem deducitur, quæ expresse non reperitur prohibita.*
6 *Recõueniri nõ potest in his, quę celeritatē requirūt.*
7 *Reconuentio locum habet etiā in causis summarijs.*
8 *Reconuentio habet locum in causa possessorij.*
9 *Clericus reconueniri poterit per laicum.*
10 *Reconuentio habet etiam locum in criminalibus.*
11 *Reconuentio non habet locum in causis executiuis.*
12 *Reconuentio coram omni Iudice locum habet.*
13 *Reconuentionis natura est, ut præponatur in principio litis.*
14 *Actoris aduocatus prius allegare debet deinde rei.*
15 *Remedium duplex datur reo contra actorem videlicet reconuentionis, & compensationis.*
16 *Reconuentione vti debet, qui vult aduersarium condemnari in maiori summa.*
17 *Reconuentio quid differat an compensatione.*
18 *Reconuentio non fit semper ad finem cõpensationis.*
19 *Reconuentio vbi prohibetur, & compensatio prohibita censetur.*

### *Quæst. I. Primæ Partis.*


IAM Satis supra dictum est, in parte prima quæ res in compēsationem deducantur, fuitque cō
1 clusum † omnes res fungibiles compensari posse, quia compensatio solutio quędam imaginaria est l. si debitor. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. soluat. l. amplius, ff. rem ratam haberi, Decis.
2 Pedē. 92.nu.21.Ias.§. in bonæ † fidei nu.62.inst. de act.Iacob. Menoch. tract. de arb. iud. cas.14. cent.1.lib. 2. nu.3.Hier. Cig. in tract. de Pens.q. 92.nu.1.Guid.Decis. 567.nu.1.August.Ber.c.1. nu.42.de in integr.rest.l.amplius ff.rem ratam habēr.Ias.l.cum fundus.§.seruum nu. 3.ff. si cert. pet.l.eum qui.§ si iurauero numer.4.ff.de iur.iur. Abb. c. cum inter nu. 24. de exc. & aliud pro alio
3 inuito creditore solui † non potest l.2.§.mutui datio.ff si cert.pet.l.promissor.§.fin.ff.de const.pec. l.si se.§.ait.ff. de re iud. Tinda. in tracta. de compensat. Artic.3. nu. 4. Zasius.§.in bonæ fidei ver. Quarto inst.de act.vbi Nichasi d.loco nu.3.Aret. d.loco nu.17. Abb c. bonę fidei nu.12.de deposito. Sequitur modo sequuto ordine iam præposito vt videamus, quis posit exceptionem compensationis opponere, ad quam materiam ante quam ac
4 cedam, quia reconuentio † est similis compensationi immo exceptio compensationis, quędam reconuentio dicitur Bart.l. 2.ff. de exc.l. verborum. §.1.ff.de verb.sign.Bald.l. qui inuitus.ff.de cond. indeb.le. quoniam. C.ad leg. Iul. de adulter. leg. fin. C.de edendo leg.si constat, C.de compensa.l. viro ff.sol.matr.leg. nemo. C. de sent.& interloc. omn.Iud. Alc.cons.1. vol.4.l.si mulier num.5.ff. sol.matr. Ideo non nulla prius tangam de reconuentione, ac etiam de replicatione, quæ etiam locū habet in materia huius tractatus, & non nullas ponam hoc loco cōclusiones vtiles quidem, ac necessarias in hac re, de qua modo tractamus, quarū prima sit quod de omnibus causis fieri potest re
5 conuentio, † nisi quatenus reperiatur expresse prohibitum. leg. nec non. §.quis eis.ff. ex quibus causis maiores, inde implorans officium iudicis potest coram eodem iudice reconueniri Bart. leg.sed & si ff. de Iud. Bald. auth.& contra. C.de sent.Abbas c.1.de mut.pet.leg.1.ff.de var.& extr. cogn. specul. §. nunc dicamus tit. de reconuent. dummodo principaliter imploretur, secus si incidenter l.Quintus ff.de annuis leg. c.fin.de offic.
6 Iud.Ias.l.1.col.7.ff. de † iurisdi.omn.iud. Secundo

do fallit nisi essemus in his, quæ celeritatē requi-
runt Bald. in rub. de offic. Iud. Tertio limi. non
procedere quādo officium iudicis imploratur nō
in formam iudicij, sed per modum actus extraiu-
dicialis, vt si petitur testamentum aperiri, vel do-
nationem insinuari, Bald.c.1.de contr. feudi So-
cin. cons. 167. vol. 2. Secundo not. ex hac concl.
7 quod reconuentio † locum habet etiam in causis
summarijs, præsertim quando ipsę ambę sunt sum
mariæ, si verò vna summaria sit, alia autem plena-
ria, valet reconuentio quo ad iudicium prorogan
dum, non tamen quòd ambæ eadem sententia ter
minentur, nisi de consensu partium, Bald.l.sed &
ex.§.non solum ff.de procurat.l.& sine.C.ad Tre
bell Bart.l. 1. §.fin. ff.de var.& extr.cogn.Specu.
8 d. § nunc dicamus tit. de reconu. Tertio † not.
quod in causa possessorij locum habet ipsa recon
uentio, quando scilicet agitur de possessorio pari-
ter priuilegiato, secus si de petitorio tractatur. c.
super de ordi. cogn. Abb. c.1. de mut. pet. agens
enim ex spoliatione reconueniri non potest nisi
prius restituatur l.si quis fundum C.ad l.Iul. de vi
c. frequens de rest. spol.6.c. cum dilectus de ord.
cogn. agens tamen petitorio reconueniri poterit
possessorio, nam respectu diuersæ rei procedit re-
conuentio, Abb.c.fin.de ord.cogn.Card.Clem.i
de causa poss.& propr. Quarto not. quod clericus
9 eodem foro; vbi conuenit † laicum reconueniri
etiam potest. doct. com. c. at si clerici de Iudic.
Bart.auth. & consequenter. C. de sent.gl. c. 1. de
mut.Pet.Bald.l.2.§.sed si de iudicijs, fallit Primo
si recōueniretur in causa spirituali, de qua laicus
omnino incapax dicitur esse. Secundo hoc idem
si reconueniatur de causa criminali irrogandi in-
famiam. Tertio fallit si laicus data opera iniuria-
tur clerico ad hoc vt conuentus coram iudice lai-
co ibidem eum reconueniat, Spec.in tit.de recon
uent.§.1. & §. nunc dicamus. Quinto not. quod
10 in criminalibus † locum habet reconuentio, vnde
accusatus criminaliter potest accusatorem suum
reaccusare criminaliter gl.auth. & consequenter.
C.de sent.l.1.l.neganda.C.qui accusare non pos-
sunt, dūmodo reaccusans prosequatur suam vel
suorum iniuriam d.l.neganda, Bart. l. is qui reus.
ff.de publ.iud.& quando causa reconuētionis es-
set coram Iudice competenti leg. 2.§. sed si ff. de
iud.ampl.quando conuentus de crimine ciuiliter,
vult reconuenire de alio crimine ciuiliter, tunc
enim tali casu compensatio admittitur, fallit ta-
men quando quis esset accusatus criminaliter,
reus autem ciuiliter, vellet reconuenire suum ac-
cusatorem.l.fin.C.de ord.iud. Abb. c.1. col.9. de
11 mut. petit. Not. tamen in hac 1. concl. quod † in
causis executiuis non habet locum reconuentio,
Bald. auth. & consequenter. C. de iudicijs, Spe
cul.§. nunc dicamus tit. de reconu. Bald.leg.3.C.
qui ad libert.proclam. non lic. vnde qui confite-
tur debitum non potest actorem reconuenire,
quia in confessum partes Iudicis in alio non sunt,
nisi in præcipiendo vt soluat, habetur enim pro
condemnato leg. 1. C. de confessis, Maranta in
tracta. de ordin. P.4.princ. distin. 6. P. 3. nume-
ro 30.

12 Secunda concl. fit, † quod reconuentio coram
omni Iudice locum habet.c. cuius. 3.q. 8.leg.cum
Papinianus.C.de sent.ampl.1. procedere nedum
coram iudice ordinario, sed etiam coram Iudice
delegato, Abbas.c.1. de mut.pet.Specu. in titu. de
reconuen.§.1.Bart.leg.fin.ff.quod quisque Iuris,
Bald.l.neque. C. de compensat. & hoc nisi Iudex
sit electus de consensu partium, seu motu pro-
prio principis ad vnam causam tantum, Iason.l.3.
ff.quod quisque Iuris, Abb.dict.c. 1. de mut. Pet.
Secundo Ampl.in iudice prorogato doct. com.l.
est receptum ff.de Iurisd.omn. iud.& hoc nisi iu-
dex prorogatus ab actore tantum fuerit electus
Marāta d.loco q.2.nu.14. Tertio ampl. hoc idem
in iudicibus particularibus ad certa negocia vel
personas deputatis, idem dict.loco nu. 19. & nu.
34. vbi late de hoc, fallit tamen Primo in Iudice
appellationis coram quo reconuētio fieri non po-
test. Secundum commu.opinio. de qua per docto.
authen. & consequenter. C. de iud. quod dictum
procedit quando appellatur a diffinitiua, Innoc.
c.1.de mut.pet.Bald.l.per hāc. C.de temp. appell.
Bald.l.2. §. ei qui ff. de iud. Secundo fallit in arbi-
tro, quia eligitur de consensu partis not.c.cum di-
lectus de arbitr. quod dictum intellige in arbitro
electo de consensu partium, secus in arbitro iu-
ris electo ex dispositione statuti ad totā causam,
coram quo reconuen. fieri potest docto. c. cum di
lectus de arbitris Abb.c.1.vol.1.de mut.petit. Ma
ranta d.loco num.12.

13 Tertia concl. fit † quod natura reconuentionis
est vt proponatur in principio litis ante litem con
testatam in causa conuentionis, gl. Clem. sæpe.
§.vers ver.exordio de verb. sign. Dec. cons. 200.
Fel.c.1.de mut.pet.Specul.§.sequitur in tit. de re-
conuent.c.dispendia.§.reus de rescr.6.Lanfranc.
d.Clem.sæpe.potest tamen fieri post litem conte-
statam, dummodo fiat incontinenti antequam iu-
retur de calumnia Bald.c. cum venissent, de Iud.
Ias. leg.non solum.§.morte ff. de oper.nou.nunc.
quæ enim incontinenti fiunt censentur inesse. l.
lecta ff. si cert. pet.vbi doct. com. & Ias. numero
14.Marsil.leg.is qui nume.32. C. de Sicar. Tiraq.
in tract. de retr.conuent. §. 1.gl.1.numero 3.dixi
ego in meo tract. de reg. Iur. reg. 5.ampl.165.de
claratur hæc concl. vt prius respondeatur super
conuentione, postea immediate super reconuen-
tione Bart.authen.& consequenter.C.de sent.leg.
qui prior ff. de iud. prius enim debet allegare ad-
14 uocatus actoris deinde † aduocatus rei, Bald.leg.
Nesennius ff.de neg.gest. Secundo declara vt de-
beat eadem sententia terminari reconuētio cum
causa conuentionis, Bart.d. auth. & consequenter.
dūmodo de vtraque causa pariter liqueret, secus
si prius de vna, quàm de alia, Abb. c. 1. de mut.
pet. quo casu iudex deinde procedere potest in
alia, licet a prima fuisset appellatum, quia censen-
tur diuersæ causæ non autem vna, Spec. §. viden-
dum in tit. de reconu. si tamen iudex vellet quan-
do esset paritas in causis prius in vna, quàm in alia
procedere, posset tunc, & eo casu appellari Ma-
rant. d. loco. quęst. 1.num.10. leg.1.§.fin.ff.quæ
sent.sine appell.resc.

15 Quarta cõcl. ſit,quod reus † conuentus in iudicio
ſi debet aliquid conſequi ab actore habet duplex
remedium repulſandi actorem, primum eſt per
viam reconuentionis, primum remedium vt ſępe
dictum eſt opponi poteſt etiam ſi eſſet debitum
naturaliter tantum l. quod in diem. §. etiam ff.de
compenſ.dummodo debitum ſit ex vtraque parte
liquidum,& ſit eiuſdem generis, Bald.l. fin. C.de
compenſ.in caſibus autem, in quibus ceſſat reme-
dium cõpenſationis neceſſe eſt reo recurrere ad
ſecundum remedium reconuentionis, per quod
quidem plenius ſibi conſuluit,habet tamen aliquã
ſimilitudinem cũ compenſatione Bald. l.cum Pa-
pinianus.C.de ſent.vt dixi ſuper in princ.huius q.
16 Quinta concl. ſit, † quod quando quis vult ad-
uerſarium ſuum condemnari in maiorem quanti-
tatem,quàm ſit ea, quæ compenſatur neceſſe ęſt il
lum agere per viam reconuentionis, Bart. l.in com
modato.§.quod autem nu,1, ff.de pign.act. Aret.
§.in bonæ fidei nu.21.inſt. de action. gl.& doct.l.
2.C.de ſent.Bart.l.in rebus.§.fin.ff.commu.
17 Sexta concl.ſit quòd reconuentio † differt a cõ
penſatione, in hoc, quia ſi ego ad decem,quæ qui
dem tu mihi debes ex mutuo tu autem egeris ad
alia decem,quæ tibi deberi per me aſſeris ex depo
ſito, ſi vterque agens agit ad petita condemnari;
non dicitur, ad compenſationem procedi,ſed ad
reconuentionem,ſi tamen res debitę hincinde pe
titæ ſint per viam conuentionis & reconuentio-
nis,& fuerint compenſabiles eo ipſo, quod liqui-
datæ fuerint, licet partes expreſſe de compenſatio
ne non fecerint mentionem compenſabuntur. §.
in bonæ fidei vbi doct. omnes de action. Tind.in
tract.de compenſ. artic.9. nu. 49. vnde not. quod
18 reconuentio non fit ſemper † ad finem compenſa
tionis,Bar. auth.conſequẽter.C.de confeſſ. idem
l.eius nu.4.C.de compenſ.vbicunque tamen pro-
hibetur reconuentio etiam compenſatio l. neque.
C.de compenſ.Bart.l.fin.nu.11. C. eod. Paul.l.in
rebus.§.quod autẽ nu.4.ff.com.Bart.l.2.ff.de exc.
verborum.§.1.ff.de verb. ſign. Bald.l. qui inuitus.
ff.de cond.indeb. l.quoniam C.ad l.Iul. de adul.l.
fin.C.de ed.leg.ſi conſtat.C.de compẽſ. l. viro ff.
ſol.matr.l.nemo.C.de ſent.Alex.l. ſi mulier nu. 5.
ff.ſol.matr.Alex. conſ.1. vol.4.de replic.dicemus
inferius.q.30.

*S V M M A R I V M.*

1 *Perſona qualibet compenſare poteſt.*
2 *Compenſatio contra quemlibet opponi poteſt.*
3 *Arbiter de compenſatione iudicare poteſt.*
4 *Arbitrator cognoſcit de veritate debiti.*
5 *Eccleſia compenſare poteſt, & contra ipſam com-*
*penſatio opponitur.*

## *Quæſt. II. Primæ partis.*


SECVNDO quæro quis poſsit com
pẽſare? Reſp.quod quilibet de ſuo cre-
1 dito poteſt exceptionem † compenſa-
tionis opponere regulariter, niſi expreſ
ſe reperiatur prohibitus & contra quẽlibet, etiam
contra fiſcum,niſi in cauſa tributorum.leg.aufer-
2 tur.§.fiſcus ff. de iure † fiſci Pet. §. in bonæ fidei
nu.33. inſt.de act.& coram quolibet etiam iudice
3 licet eſſet arbiter, l.verum † vbi doct. ff.de cõpen.
Tind.tract.de compenſ.art.8.nu. 44. Iaſ. l.eſt re-
ceptum nu.12.ff. de Iuriſ.omn.iud.talis.n.excep-
tio etiam extra iudicium fieri poteſt Bart. d. l. ve-
rum, & arbiter cognoſcit de veritate debiti vt iu-
dex.l.1.ff.de rec.arb. ampl.hoc dictum procedere
4 etiam in bannito,† vel excommunicato, qui credi
tum ſuum compẽſare poſſunt, vt dicetur inferius,
Secundo ampl. vt compenſare poſsit non ſolum
5 creditor † primus ſed etiam ſecundus, Bart.conſ.
8.nu.2.vol.2.Tertio ampl. vt eccleſia,& contra ip
ſam compenſari poſsit, Ioan.Faber.§. in bonæ fi-
dei nu.17.inſt. de act. fallit in decimis & in rebus,
quę erogari debent in neceſsitatem pauperum do
cto.d.§.in bonę fidei inſt.de act.

*S V M M A R I V M.*

1 *Bannitus vtrum poſſit compenſare.*
2 *Bannitus agere non poteſt.*
3 *Directe probibitum per obliquum non conceditur.*
4 *Reo quæ conceduntur non denegantur compenſa-*
*re volenti.*
5 *Seruo defenſio denegari non poteſt.*
6 *Compenſatio dicitur exceptio, vel defenſio.*
7 *Excommunicatus vtrum poſſit compenſare.*
8 *Excommunicatus ſoluere poteſt.*
9 *Excommunicatus compenſat quãdo eius creditum*
*eſt liquidum.*

## *Quæſt. III. Primæ Partis.*


TErtio quæro, vtrum Bannitus poſ-
ſit compenſare? videtur dicendũ
1 quod non Primo † quia creditor,
qui poteſt elidi exceptione nõ cõ-
penſat,at bannitus exceptione bã-
ni elidi poteſt, ergo compenſare
non poteſt:maior probatur per leg. creditor.ff.de
2 verb.ſign.minor patet, quia bannitus † agere pro-
hibetur l.2.§.pen.ff.de his qui not. infamia.Secun
do facit ratio, quia quod directe prohibetur per
3 obliquum † concedi non debet l. cũ hij. §.ſi cum.
ff.de trãſact.l.ſcire oportet.ff. de tut.& cur.dat.ab
his.l.ſi debitor. ff. qui pot. in pigno. habeantur.l.ſi
fundũ.§.Titio.ff.de legat.1. at bannitus per com-
penſationem recuperat ſibi debitum.d. l. ſi debi-
tor,ꝙ agere nõ debet, ergo cõpenſare non poteſt
quibus tamen non obſt. contrarium de iure ve-
4 rius eſt, quia conceditur ei eſſe † in iudicio per
modum rei, ergo omnia, quæ reis conceduntur
permiſſa dicuntur eſſe etiam bannitis,quia quo ad
defenſionem habentur pro non bannitis.l. ſi quan
do.C.de inoffic.teſt.l.ex militari.ff.de teſtam.mil.
& defenſionis facultas nemini eſt deneganda.leg.
4 facultas. † C. de iure fiſci lib. 10.nam etiam ſeruo
datur dum eſt in iudicio defenſio,quę libero com
peteret l.ſeruos.ff.de accuſat.ſed compenſatio eſt
6 exceptio, & defenſio.l.2.ff.de exc.l. ſi.C.de com-
penſ. Præterea quia compenſatio ab homine ap-
polita

posita sit ipso iure l. 1. C. de compens. & tandem sæpe quis compensando consequitur, quod non consequeretur agendo l. si filio ff. sol. matr. l. si cum filio ff. de compens. item qui compensat soluit l. si. C. de compens. sed bannito non vetatur soluere; ideo ad compensandum admittitur ad contrariū. Resp. quod exceptiones illæ procederent, quando bannitus principaliter ageret hic autem sumus, quando se defendit. Fallit si per statutum contrarium cautum esset Bal. tract. stat. ver. bannitus nu. 78. Alb. lib. 4. stat. q. 92. nu. 6. doc. l. quoniam C. de
7 adult. l. libertus. ff. de † in ius voc. Sed vtrum idem sit dicendum de excommunicato ? Respond. quod sic per easdem rationes, exceptio enim permittitur excommunicato, capitul. cum inter, de exc. item excommunicatus soluere potest c. veritatis de dolo, & Cont. Inno. c. si vere de sent. exc.
8 Tind. in tract. de † compens. Artic. 7. nu. 25. vbi tenet magis com. esse in contrarium sed affirmatiua verior est, & com. etiam secundum Ioan. Faber. §. in bonæ fidei nu. 20. inst. de act. dummodo creditum excommunicati non requirat altiorem indaginem, sed liquidum sit, habeatque executionem paratam, Abb. c. cū inter, nu. 23. de sent. exc.
9 Alber. tract. stat. lib. 4. q. 93. nu. 3. negatiuam partem affirmat, sed affirmatiua tenenda est cum declaratione tradita, Fel. c. cum inter nu. 26. de exc. Bart. l. libertus. ff. de in ius voc.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideiussor an compensare possit.*
2 *Fideiussor excommunicati compensare potest.*
3 *Fideiussor banniti compensare potest.*
4 *Fideiussor officio iudicis potest compensare.*
5 *Fideiussor siue ante præstitam cautionem siue post debitum sit potest compensare.*
6 *Fideiussor compensare potest inuito debitore principali.*

## *Quæstio IIII. Secundæ partis.*



1 QVARTO Quæro vtrum fideiussor possit compēsare ? Resp. qd sic tex. est in term. l. si quis † à fideiussore ff. de cō pens. declaratur Primo quod fideiussor habeat electionem opponēdi compensationem de eo quod sibi debetur, vel de eo, quod debetur reo principali, Din. §. in bonæ fidei nu. 12. inst. de act. gl. l. verum ff. de compens. Bald. l. tam mandatori col. 3. C. de non num. pec. doc. l. si quis prior ff. sol. matr. Ias. d. §. in bonæ fidei nu. 6. Secundo ampl. etiam si esset fideiussor excommunicati, quia delictum rei non nocet fideiussori l. fin. ff. de pact. Ioan. Fab. §. in bonæ fidei nume. 21. inst. de act. gl. l. eius C. de compens. l. verum ff. eod. gl. d. §. in bonæ fidei ver. ipso iure inst. de act. Cagnol. l. in omnib. §. non debeo nu. 2. ff. de regul. iuris. Abb. c. cum inter num. 26. de except. Bar. l. 4. nume. 2. ff. de compens. Bald. l. tam mandatoris C. de non num. pec. Bar. l. si duo ff. de duobus reis, Bart. l. eius numer. 4. C. de compens.
3 vbi etiam gl. Tertio † ampl. in fideiussore banniti ita in termin. Albe. in tract. stat. lib. 4. q. 92. num. 8.
4 vt dixi super. q. Quarto † ampl. vt accedere possit officio iudicis, Bart. l. fin. nume. 2. C. de compēs. Paul. leg. si quis à fideiuss. ff. de compens. Corras. l. frater à fratre nume. 41. ff. de cond. indeb. Quin-
5 to ampl. siue † talis exceptio orta fuerit ante præstitam fideiussionem siue post. l. defensiones cap. de exc. l. si cum ff. de fideiuss. Paris. conf. 121. nu.
6 7. vol. 1. Sexto † Ampl. vt fieri possit etiam inuito debitore, & reo principali quia talis exceptio realis est leg. exceptiones leg. omnes ff. de exc. leg. ex persona. ff. de fideius. Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 168. Doct. com. cap. cum inter de exc. quando scilicet principalis debitor non esset soluendo, Dec. d. capi. cum inter num. 27. de e com. attestatur Pau. Paris. cons. 121. num. 12. vol. 1. Tind. in tract. de compens. art. 7. nu. 9. nu. 30. Azo in summa C. eod. num. 7.

*SVMMARIVM.*

1 *Pater non tenetur ad debita filij.*
2 *Patri ratum habenti contractum filij obijci potest compensatio.*
3 *Filius patri debitum an compenset.*
4 *Dominus pro seruo, & seruus pro Domino, quando compensare possint.*

## *Quæstio V. Secundæ partis*




QVINTO Quæro vtrum pater pro filio, & filius pro patre compensare † possint ? Resp.
1 quod pater † regulariter nō tenetur ad debita filij Docto. auth habita. C. ne filius pro patre, ideo aduersus eum nō opponitur compensatio, fallit Primo, nisi filius habuerit peculium, quod deuenerit ad manus patris leg.
2 si cum filio ff. de † compens. Secundo fallit quando pater ratum habuit contractum filij, Tindarus in tracta. de compens. artic. 4. num. 10. Tertio
3 fallit, quando ego contraxi cum filio, tu autem cō tra me egisti ex illo contractu, compensabo enim tibi, quod mihi debet filius tuus & quidem insolidum, sed an filius patri debitum cōpenset ? Resp.
3 quod sic dummodo caueat † patrem ratam rem habiturū d. l. si cū filio Azo in summ. C. de compens. nume. 9. gl. l. si quis à fideiussore. ff. de compens. Quinto ampl. etiam si ex maleficio actor cō ueniat. l. ideo. §. huius ff. rerum Amot. gl. d. leg. si cum filio ver. per compensationem ff. de compens. & not. quod si filius familias contra Senat. consf. Maced. pecuniam fuerit adeptus non potest de hoc debito aduersus eum agentem obijci compensatio. l. quæcunque. ff. de compens. Tindar. in
4 tract. de † compens. art. 4. nu. 26. Ampl. procedere omnia hæc in Dominis, & seruis per doctor. super cit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cohæres vtrum compensare possit.*
2 *Correus vtrum compensare possit.*

## Quæstio VI. Secundæ partis.




EXTO Quæro vtrum cohæres compensare possit? Resp. quod non ampl. nec actiue neque passiue eo quod debetur suo cohæredi l. si cum militi. ff. de compens. † fallit nisi debitum sit pars hæreditatis, vnde si vni ex hæredibus debetur certa pars cohæredibus, & ipse inuicem debet certam partem cohæredibus, istæ partes cæteris paribus mutuo compensantur. l. 1. §. item. ff. si pars hæred. pet. vbi doct. comm. dicunt ibi fieri compens. generis ad genus, Zasius §. in bonæ fidei ver. fi. inst. de act. quid dicitur de correis? hoc idem nisi sint socij omnium bonorum, tunc enim compensatio admittitur contra vnum de eo quod alteri debetur leg. si duo ff. de duobus reis. Tind. in tract. de compens. artic. 7. num. 9. Azo in summa. C. eod. num. 8. dummodo † socij sint non aliter d. l. si duo.

SVMMARIVM.

1 *Consanguineus an possit compensare.*
2 *Compensatio, & solutio æquiparantur.*
3 *Consanguineus an teneatur opponere compensationem.*
4 *Consanguineus nō habens suum creditum liquidum an compensare possit?*
5 *Consanguineus an possit compensare, quod iam cessum est.*
6 *Consanguineus non liberatur à solutione, nec ab eius pœna dando fideiussore.*

## Quæstio VII. Secundæ partis.



EPTIMO Quæro vtrum consanguineus qui soluere tenetur certum precium infra † aliquod præscriptum tempus vigore conuentionis factæ de aliqua re vendita, iuxta dispositionem statuti de retractu cōpensare possit? Resp. quod sic, ita in terminis Tiraq. in tract. de retr. Lign. §. 3. gl. 3. nu. 7. nihil. n. interest an quis soluerit, vel cōpensaue rit l. si debitor. ff. qui † pot. in pign. hab. Bart. l. auffertur. §. qui cōpensationē ff. de iure fisci. l. diuortio. §. ob donationes ff. sol. mat. Albe. l. si quid à fideiussore de cōpens. Bal. l. tā mandatori. C. de nō num. pec. Ang. cons. 159. Corn. cons. 3. vol. 4. l. dediffe ff. de verb. sign. l. amplius ff. rem ratam haberi; sed an requiratur, quod expresse opponatur? vel satis erit si taceat? Resp. quod ad euitandam pœnam fit ipso iure licet non opponatur ab homine, Faber. in §. in bonæ fidei institu. de act. Alber. l. si quid. ff. de compens. Imol. c. bona fides de deposito, Anchar. cons. 6. quid autem si consanguineus non habeat suum creditum † paratum ad probandum? Resp. quod dabitur ei tempus liquidandi arbitrio iudicis doct. l. fin. C. de † compens. Bert. cons. 289. nu. 7. vol. 1. Tiraq. d. loco nume. 11. sed vtrum † consanguineus compensare posit isto in casu debitum creditoris, cuius cessionem habet? vide glo. l. si quis in rem ff. de procu. ver. non defraudem vbi doct. com. ff. de procur. Bart. l. de oli. ff. de nou. Din. cap. is qui de reg. iur. 6. Spec. tit. de proc. §. fin. Doct. com. l. eius. C. de compens. l. qui duos. ff. de leg. 2. fallit tamen hæc concl. si consanguineus vellet dare pignora vel fideiussores, quia dando fideiussores, nō est soluere l. 4. §. ait prætor ff. de re iud. l. quod † si ff. de pign. act. l. item §. qui paratus ff. quibus mod. pign. vel hypoth. sol. Bart. l. si pecuniæ ff. vt in poss. leg. Cau. l. eum qui ff. de priuile. cred. Dec. leg. nemo dubitat ff. de reg. iur. doct. com. l. 1. ff. qui sat. cog. Tiraq. d. loco nu. 14.

SVMMARIVM.

1 *Monacho vtrum compensatio detur.*
2 *Monachus nihil proprij habet.*
3 *Abbati compensatio recte datur.*

## Quæstio VIII. Secundæ partis.



hominum, tam inter uiuos, quàm etiam in vltimis
voluntatibus Bald. l. 1. quæst. 15. de his, quæ pœnę
nomine: & inuocato diuino Trinitatis præsidio,
quo consequamur bonum initium, melius me-
5 dium, & optimum finem † not. leg. Deo nobis C.
de Episc. & cler. quia diuisio animum legentis in-
6 citat, mentem † intelligentis præparat, memoriam
artificiosè reformat. gl. ver. partiri. §. igitur in pro-
œm. inst. totum hoc opus diuidam in partes duas,
omnis enim partitio bona, debet esse bimembris
7 §. omnium inst. de † act. in quarum prima ponam
nonnulla generalia, quæ maximè conducere vi-
dentur ad cognitionem eorum, quæ dicentur spe-
8 cialiter in † secunda cum sit regula com. semper
exordium esse habendum à generalibus §. filius
igitur inst. de iust. & iure quibus expletis finis ex-
plebitur (Deo dante) huius nostri tractatus de
Nouationibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Nouatio quid sit.*
2 *Delegare quid sit.*
3 *Arg. ab etymolog. vocabuli validum est.*

### *Quæstio I. Primæ partis.*


PRIMO sequendo ordinem iam præpositum, quæro quid sit nouatio, & quid delegatio? Resp. nouatio est prioris debiti in aliam obligationem, uel ciuilem, vel naturalem, transfusio, atque translatio, hoc est, cum ex præcedenti causa ita noua constituitur, vt prior perimatur, no
uatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obli-
2 gatione † leg. 1. ff. de nouat. delegare autem est vi-
ce sua alium dare reum creditori, vel cui creditor
insseritur. leg. delegare. ff. eod. tit. de nou. quatenus
autem nouatio à nouo nomen accipit vt in d. l.
colligitur ibi, quod potest dici de qualibet noua-
tione sic dicitur possessio quasi pedum positio l.
1. ff.

1.ff.de acq.poss.ex quo textu colligitur ab etymo
3 logia vocabuli, de quo † dixi in tract. de defin.P. 1. quæstio 8. numero 2. de hac defin. dicit Bart. §.præterea numero 6.inst. de oblig. quæ ex quasi cont.nasc.

SVMMARIVM.

1 *Nouatio quotuplex sit.*

## *Quæstio II. Primæ Partis.*



ECVNDO quæro quotuplex sit nouatio? Resp. triplex, vna propria, quando prior oblig. perimitur, & in aliam transfunditur leg. prima ff. de nouat. alia impropria, quæ appellatur non prioris obligationis peremptio sed nouæ qualitatis adiectio, vt est, illa quæ fit per litis contestationem, nam prior obligatio quæ prius erat temporalis, nunc est qualificata, & effecta perpetua leg. prima C. de iud. leg. aliam. ff. de nouat. tertia est nouatio, quæ impropria appellatur & dicitur nouæ actionis cumulatio, & ista fit per sententiam leg. fin.C. de vsur. rei iud. nam per sententiam non perimit prior obligatio sed eidem noua actio accumulatur leg. si à te §. fin.ff.de exc.rei iud.leg.græce.§. etiam leg.si fundus §. creditor ff. de pignor. nam si per sententiam tolleretur prior obligatio & actio, sequeretur quòd sententia condemnatoria, præiudicaret iuri victoris, quod esset iniquissimum. Portius §. præterea numero octauo inst. de oblig. quæ ex quasi contr.nasc. Aretinus §. hoc amplius numero quinto inst.quibus mod.toll.obligatio Bar.leg. sancimus numero quarto, C.de vsuris. præterea nouatio dicitur duplex, nam alia est voluntaria, per quam prior contractus soluitur, alia necessaria, quæ fit per litis contestationem, vel per sententiam.l.aliam. ff. de noua.Specul. tit.de oblig.& solut.lib.4. §.t.nu.24.

SVMMARIVM.

1 *Nouare qui possint.*
2 *Nouatio fieri potest per se, & per alium.*
3 *Procurator, quando nouare possit, & numero 13.*
4 *Filius familias, & seruus, quando nouare possint.*
5 *Agnati furiosi, & tutor prodigi & nu. 10. quando nouare possint.*
6 *Reus credendi, quando nouare possit.*
7 *Rato habente altero potest vnus nouare.*
8 *Solutio cui rectè fit, ille nouare potest.*
9 *Nouare qui non possint.*
11 *Cui bonis interdictum est, nouare non potest.*
12 *Pupillus nouare non potest.*
14 *Minor nouare non potest.*

## *Quæstio III. Primæ partis.*



1 ERTIO quæro, † qui possint nouare, & quibus nouatio fiat? Resp. nouare possumus aut ipsi, si nostri iuris sumus, aut per alios, qui voluntate nostra stipulētur. 2. Am-
2 pl. tutor potest si † hoc pupil-
3 lo expediat. 3. item procurator † omnium bonorum si habet liberam, aliàs non leg. nouare cum glo.ff.de nouat.l.procurator.ff. procurat.4. simili-
4 ter dubitari non † oportet quin filius seruusuè, quibus administratio peculij permissa est, nouandi quoque peculiaria debita ius habeant, vtique si ipsi stipulentur, maximè si etiam meliorem suam conditionem eo modo faciant. leg. dubitari.ff.de
5 nouat. §. Quinto agnatum † furiosi, aut prodigi curatorem, nouandi ius habere, minime dubitandum est, l.fin.§.agnatum. ff. de nouat.si hoc furioso, vel prodigo expediat. Sexto vnus ex reis, cre-
6 diti, potest in † alterius præiudicium nouare leg. si
7 rem. §. si † duo. ff. eod. Septimo si alius volente, vel ratum habente creditore, est stipulatus leg. si stichum.§.fin.ff. de nouat.leg.nouare eod. ibi aut per alios, qui voluntate nostra stipulentur. leg. si
8 quis absente.ff.eo.ti.Octauo & vltimo † cui rectè soluitur, is etiam nouare potest excepto eo, si mihi, aut Titio stipulatus sum nam Titius nouare non potest, licet ei rectè soluatur. leg.cui rectè ff.
9 de nouat. Secundo limit. quod † nouare non potest, is, qui in nostra potestate existit.leg.non ideo
10 ff.eod.titulo. Tertio filius † patris actionem ignorante eo, nouare non potest. leg.filius ff. de nouation. Quartò seruus, ne peculiarem quidem obligationem citra voluntatem Domini, nouare potest: sed adijciet potius obligationem, quam pri-
11 stinam nouet.leg.seruus ff.eod.tit. quinto † cui bonis interdictum est, nouare obligationem suam non potest nisi meliorem conditionem suam fecerit.leg.cui bonis ff.eod.de nouat. Sexto pupillus
12 sine † tutoris authoritate nouare non potest, nisi eam ratificet postquam factus est adultus, leg. si
13 pupillus. ff. de nouation. l. nouare † ff. eod. titulo septimo procurator simpliciter factus ad exigendum, non potest nouare leg.quarta. C. eod.ti-
14 tulo. Octauo nouare † non potest minor viginti quinq; annorũ, & ille, qui non est compos mentis. Hostiensis in summa de nouat. numero secundo.

SVMMARIVM.

1 *Res quæ nouari possint.*
2 *Secunda stipulatio nouat primam, quando plus continet, secus si minus.*
3 *Conditio, nisi extiterit, non nouat.*
4 *Obligat o omnis obligari potest.*
5 *Futura obligatio nouari potest.*
6 *Vna stipulatio potest nouare plures.*
7 *Legata, vel fidei commissa, in nouationem transire possunt.*
8 *Nouatio non fit cum miscetur summa, vel species cum priori.*

9 Secun-

9 *Secunda stipulatio, si continet aliud, quam prima, non nouat primam.*
10 *Mutuo pecunia data, si stipuletur, vt numeretur, siue ante, siue post, non fit nouatio.*
11 *Actiò iudicati non nouatur per stipulationem iudicatum solui.*

## *Quæstio IIII. Primæ partis.*

1 QVARTO quæro † quæ res
nouari possint Resp. quod
omnes res, quæ subijci pos-
sunt dominio nostro, transi
re possunt in nouationem l.
secunda cum gl. 1. ff. de no-
uat. quodcunque enim si-
ue verbis contractum est, si-
ue non verbis nouari potest, & transire in verbo
rum obligationem ex quacunque obligatione,
dummodo sciamus nouationem ita demum fieri,
si hoc agatur, vt nouetur obligatione: cæterum, si
hoc non agatur, duæ erunt obligationes d. leg. 2.
Ampl. primo hoc dictum; si secunda stipulatio
continet plus, quam prima præsumitur nouatio, se
2 cus, si minus, nisi actum † sit expresse & hoc de iu
re. ff. de iure autem cõi requiritur expresse l. qui
vsumfructum ff. de verb. oblig. leg. si pupillus §.
fin. de nouat. Secundo ampl. si eadem persona sit,
à qua postea stipuleris, ita demum nouatio fit, si
3 quid in † posteriore stipulatione noui sit forte, si
conditio, aut dies aut fideiussor adijciatur, aut de-
trahatur, quod autem diximus si conditio adijcia-
tur nouitatem fieri, sic intelligi oportet, vt ità di-
camus factam nouationem, si conditio extiterit,
alioqui si defecerit, durat prior obligatio. §. sed si
eadem inst. quibus mod. toll. oblig. Tertio Ampl.
vt nihil interfit, qualis præcesserit oblig. vtrum na-
4 turalis, an † ciuilis, an honoraria, & vtrum verbis,
an re, an consensu, qualiscunque enim obligo. sit
quæ præcesserit nouari verbis potest dummodo
sequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut naturali
ter leg. prima §. illud. ff. de nouat. Quarto Ampl.
5 vt futura † obligatio nouari posit. Exempl. si
quis ita stipulatus à seio sit, quod à Titio stipula-
tus fuero, dare spondes, an si postea à Titio stipu-
latus sit; fiat nouatio, solusque teneatur Seius, &
ait Celsus nouationem fieri, si modo id actum sit,
vt nouetur, idest, vt Seius, debeat, quod Titius pro
misit, nam eodem tempore, & impleri prioris, sti-
pulationis conditionem, & nouari ait, eoque Iure
vtimur leg. si stichum. §. si quis ità. ff. de nouat.
6 Quinto ampl. vt † vna stipulatio posit nouare
plures leg. fin. §. fin. ff. de nouatio ibi in summa ad
monendi sumus, nihil vetare vna stipulatione plu
res obligationes nouari veluti si ita stipulemur,
quod Titium & Seium mihi dare oportet id da-
re spondes? Licet enim ex diuersis causis singuli
fuerint obligati, vtrique tamen nouationis iure li-
berantur, cum vtriusque obligatio in huius per
sonam; à qua nunc stipulemur confluat. Sexto
7 Ampl. vt legata † vel fideicommissa si in stipulatio
ne fuerint reducta, & hoc est actũ, vt nouaretur,
fiet nouatio si pure quidem, vel in diem fuerint
legata statim si verò sub cõditione nõ statim no-
uatio est, sed vbi conditio extiterit, nam & aliàs,
1 qui in diem stipulatur, statim nouat si hoc actum
est, cum certum sit diem quandoque venturam,
at qui sub conditione stipulatur, non statim no-
uat, nisi conditio extiterit. l. si stichum. § legata. ff.
de nouat. fallit primo hoc dictum, si summa, vel
8 species miscæatur priori, nõ † fit nouatio leg. scire
debemus ff. de verb. obligatio ibi scire debemus
in stipulationibus tot esse stipulationes, quot sum
mæ sunt, totque stipulationes esse, quot species
sunt. Secundum quod eueniet, vt mista vna sum-
ma, vel specie, quæ non fuerit in præcedenti sti-
pulatione, non fiat nouatio, sed efficiat duas esse
9 stipulationes. Secundo fallit, si † secunda stipula-
tio continet aliud, quàm prima leg. fundum ff. de
nouat ibi fundum cornelia nam stipulatus quanti
fundus est si postea stipulor, si non nouandi ani-
mo, secunda stipulatio facta est, cessat nouatio, se-
cunda verò stipulatio tenet, ex qua non fundus,
10 sed pecunia † debetur. Tertio fallit cum pecuniam
mutuam dederit quis sine stipulatione, & ex in
continenti fecit stipulationem vnus contractus
est. Idem erit dicendum, & si ante stipulatio facta
est mox pecunia numerata l. si ita. §. cum pecu-
niam & leg. seq. ff. de nouat: si vna enim causa ve-
nit ad implementum alterius, agitur ex impleto,
11 non ex implente. Quarto † fallit in casu l. si sti-
chum. § idem Celsus. ff. de nouat: ibi idem celsus
ait iudicatum solui stipulatione, actionem iudica-
ti non nouari; merito quia hoc solum agitur, ea
stipulatione, vt & fideiussoribus cautum sit, non
vt ab obligatione iudicati discendatur, actio enim
iudicati (inquit Bart.) non nouatur per stiplatio
nem iudicatum solui.

### *SVMMARIVM.*

1 *Nouatio quando fieri dicatur.*
2 *Nouatio de iure antiquo qualiter fieret.*
3 *Nouatio de iure ff. quomodo fieret.*
4 *Nouatio de iure communi quomodo fiat.*
5 *Nouatio non præsumitur.*

## *Quæstio V. Primæ partis.*

1 QVINTO quæro † vtrum
præsumatur nouatio? Resp.
quod in hoc tria iura consi-
derari possunt, primum ius
2 fuit ante ius digestorum † &
secũdum illud eo ipso quod
secunda cautio erat, iunior
nouabat primam, siuè con
tineret idem, siue plus siue minus de qua leg. fin.
§. præterea. C. de nouatio. Secundum est ius dige-
3 storũ & hoc iure ita demũ fiebat † nouatio, si se-
cunda obligatio continebat plus, secus autem, si
minus leg. scire debemus ff. de verb. oblig. Ter-
4 tium † est ius codicis, quo non fit nouatio nisi ex-
presse agatur, siue secunda contineat minus siuè
plus, siue tantum dum indistinctè non fiat noua-
tio, nisi expresse agatur leg. fin. C. de nouat. Bart.
Soci-

Socinus leg. qui vsumfructum numero quinto,
ff.de verb.oblig.Aretinus §.præterea numero ter-
tio inst. quibus mod.toll.oblig.Bart.leg.pen.ff.de
præt. stip. §. fin. inst. quibus modis tol.oblig. ibi
5 ideo nostra † processit constitutio, quæ apertis-
simè definiuit tunc solum nouationem prioris
obligationis fieri,quoties hoc ipsum inter contra
hentes expressum fuerit, quod propter nouatio-
nem prioris obligationis, conuenerunt alioqui,&
manere pristinam obligationem, & secundum ei
accedere vt maneat ex vtraque causa obligatio
con.cum superius dictis Alc. l. si vnus. §. pactus.
nume.2.ff.de pactis cons.72. nume.1.volu.2.Ber.
cons.197.nume.1.volum.1.cons. 103.numer.16.
vol.3.Dec.cons.12.nu.1. Goffre.l.lex falcidia.§.
item numero 13.ff.ad l.Falc. Corn. cons.35. nu-
mero 10.volum.2.Barb.cons.37.nume. 9. vol.1.
Afflict.decis.44.nu.15.

*S V M M A R I V M.*

1 *Effectus nouationis quot sint.*
2 *Delegans non retinet ius agendi.*
3 *Mora nouatione purgatur.*
4 *Pignus, & Hypotheca liberantur nouatione legitimè facta.*
5 *Res semel nouata quando non reo obligentur.*
6 *Pœna, si stipulatur, quando Notario Cõmittatur.*
7 *Priuilegium dotis perit nouata obligatione.*
8 *Cum in diem nouatio sit, antè diem agi non potest.*
9 *Liberari potest quis inuitus, non autem obligari.*
10 *Cedens iura retinet nihilominus apud se directam actionem.*
11 *Exceptio, quę obstat deleganti, non obstat ei, cui est delegatum.*
12 *Periculum, an spectet ad delegantem, an verò ad delegatum.*
13 *Nouatio non extinguitur, si debita alternatiuè à duobus promittantur.*
14 *Conceptio stipulationis nouantis potest præcedere stipulationem nouatam.*
15 *Gabella an sit soluenda de nouatione contracta.*
16 *Nouatio habet vim solutionis.*
17 *Nouatio impedit cursum vsurarum.*
18 *Pœna promissa tollitur per nouationem.*

## *Quæstio V I. Primæ partis.*



1 EXTO quæro † qui sint effe-
ctus nouationis,& delegationis?
Resp.plures,quorum primus est
2 quod delegans † facta delegatio-
ne contra delegatum, non reti-
net ius agendi leg. secunda.C.de
nouation. Secundus effectus est,
3 quòd mora † nouatione purgatur leg. si stichum.
ff.de nouat.l.quoties §. unde ff.eod.tit. leg. si rem
ff.eod.titulo l.qui decem.§.si cum mihi.ff. de sol.
& liber. Terito nouatione legitimè facta, & hypo
4 thecæ liberantur,& pignus, † & vsuræ nõ currunt
5 l.nouatione.ff.de nouation. Quarto † l.emptor.ff.
eod. titu. vbi res semel liberatæ per nouationem
sine nouo consensu Domini non re obligantur
6 quinto si creditor pœnam † stipulatus fuerit si ad
diem pecunia soluta non fuerit nouatione facta
non committetur stipulatio. Sexto perit priui-
7 legium dotis, & † tutelæ creditori, nouata obliga-
tione. l. aliam ff de nouat. Septimo, cum in diem
8 obligatio † nouatur ante diem venientem agi non
potest leg.in diem ff.de nouat.Octauo,potest quis
alium inuitum liberare soluendo pro eo,vel iudi-
9 cium suscipiendo † animo nouandi: potest enim
quis inuitus liberari non autem obligari leg. solu-
10 tionem ff.de solution.nono † cedens iura, nihilo-
minus apud se retinet directam actionem, quam
experiri potest,nisi in tribus casibus:primo si ces-
sionarius esset litem contestatus. Secundo si ces-
sionarius partem debiti suscepisset. Tertio si ces-
sionarius certiorato debitore denuntiauerit ei,ne
solueret cedenti, delegatio verò solemniter facta
debitorem liberat, & ipsum non creditori obli-
11 gat.Bald.& Salic.l.3.C. de † nouat. decimo exce-
ptio, quæ obstat deleganti, non obstat ei, cui est
delegatum nisi contra eum eadem ratio conce-
dendæ exceptionis subsistat. leg. doli. ff. de no-
12 uat. vndecimo † si delegatus desinat esse soluen-
do,periculum spectat ad eum, qui delegatum sus-
cepit.leg.3.in fine. C. de nouation. duodecimo si
debita à duobus alternatiuè promittantur, noua-
13 tio non extinguitur † l. si stichum. §.si decem.ff.
14 de nouat.decimo tertio † conceptio stipulationis
nouãtis,põt præcedere stipulationẽ nouatam l. si
stichum.§.si quis ita ff. de nouat. decimo quartò
nouatio transit ad hæredes lege. nouatio. ff. de
15 nouatio. Decimo † quinto, quando inconti-
nenti nouatur contractus, soluitur vna gabella
tantum,secus,si ex interuallo,nam de vtroque sol
ueretur gabella. Doctores. lege iurisgentium. §.
16 adeò. ff. de pact. decimo † sexto nouatio habet
vim solutionis leg.si rem.§. fin.ff. de nouat.Alex.
leg.si diuortio.ff.sol.Matr. & impedit cursum vsu
17 rarum † Ias.leg.prima numer.11.C.de iudic.imo-
la l.cum stipulati numero tertio.ff. de verb.oblig.
nec non pœna promissa tollitur per nouationem
18 Ias.l.1.nu. † 29.C.de iud.


*S V M M A R I V M.*

1 *Nouatio, seu delegatio, quibus modis fiant.*
2 *Delegatio, debiti nolente debitore fieri non potest.*
3 *Delegatio nuta, vel scriptura quando fiat.*
4 *Debitor rogans suum creditorem, vt suo periculo à debitore suo petat.*
5 *Nouatio fit si obligationi dies adijciatur, vel detrahatur.*
6 *Nouatio fit si obligationi adijciatur, seu detrahatur conditio.*
7 *Nouatio fit si adijciatur, seu detrahatur fideiussor.*
8 *Delegatio non fit si creditor delegatum suscipere nolit.*
9 *Delegatio non fit si delegatus exceptione se tueri possit.*

*Con-*

10 *Conditio certi, quando sit aduersus delegantem.*
11 *Vsusfructus debitor si delegetur an valeat delegatio.*
12 *Delegatio non fit si delegatus non consentiat.*
13 *Fideiussoria obligatio non nouat principalem.*
14 *Nouatio non fit ex stipulatione, quæ non committitur.*
15 *Nouatio non fit, nisi adueniente conditione glo. fin.*
16 *Nouatio perit, si res pendente conditione, post moram prioris perierit.*
17 *Delegatio non valet facta per errorem.*
18 *Nouatio non valet, si secundo contractui dominus directus non consentiat.*
19 *Nouatio proprie, quæ sit.*
20 *Nouatio impropriè quæ dicatur.*
21 *Nouatio voluntaria, quæ sit.*
22 *Nouatio voluntaria quomodo fiat.*
23 *Nouatio necessaria qualiter fiat.*
24 *Nouatio alia est priuatiua, alia accumulatiua.*
25 *Nouatio voluntaria quomodo, & quando tollat primam obligationem, & eius qualitates.*
26 *Nouatio multiplex.*
27 *Nouandi animus an probetur libris, venditoris & debitoris.*

## *Quæstio VII. Primæ partis.*



1 SEPTIMO quæro † quibus modis fiat nouatio, & delegatio? Respon. pluribus
2 modis.

Et † primo delegatio debiti, nisi consentiente, & stipulante debitore, iure perfici non potest, nominis autem venditio ignorante, vel inuito, & aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet, leg. prima, C. de nouat.

3 Secundo delegare scriptura, vel † nutu, vbi fieri non potest, debitorem suum, quis potest, leg. delegare. ff. de nouat. vbi gloss. dicit quod nihilominus delegator loqui debet, leg. prima. C. eodem titulo.

4 Tertio, si debitor rogauit † creditorem, vt suo periculo à debitore suo petat. lege si mandauero §. interdum, ff. mand.

5 Quarto † modo fit nouatio si obligationi dies adijciatur, vel detrahatur, §. sed si eadem. In. stitu. quibus modis toll. obligat.

6 Quinto, si obligationi † adijciatur conditio vel detrahatur dict. §. sed si eadem.

7 Sexto † si fideiussor adijciatur, vel detrahatur dicto §. sed si eadem, non tamen fit delegatio, si creditor delegatum suscipere nolit. l. eum à quo. C. de solution.

8 Secundo † hoc idem si delegatus exceptione se tueri possit † leg. si quis leg. doli mali. ff. de nouation.

9 Tertio, quamuis † delegatio valeat, non debitoris credentis, tamen se deberi habebit, ta-

10 men non debitor † aduersus delegantem conditionem certi, ex eo quod soluit creditori meo incertum, leg. si non debitorem. Digestis de nouation.

11 Quarto, si vsusfructus debitor † sit delegatus, vel ex alia obligatione personæ cohærenti debitor sit, lege si vsusfructus, Digestis de nouation.

12 Quinto † non fit si delegatus non consentiat se delegari leg. prima C. de nouat. leg. nec creditoris, C. eodem titulo.

13 Sextò obligatio † fideiussoria non nouat principalem, lege si ità fuero, Digestis de nouation.

14 Septimo nouatio † non potest contingere ex ea stipulatione, quæ non committitur leg. nouatio. ff. de nouat.

15 Octauo, non † fit ea stipulatione, quæ non committitur, nisi adueniente conditione glo. fi. l. si autem. §. fin. ff. de pact.

16 Nonò perit nouatio, si res † pendente conditione post moram prioris perierit. leg. cum qui, §. fin. ff. de verb. obligatio.

17 Decimo si per † errorem putans se alij deberedelegauit leg. si cum te. ff. de pact.

Vndecimo, si persona promissoris pendente conditione decesserit, vel deportata sit, l. quoties ff. de nouat.

18 Duodecimo, si † secundo contractui Dominus directus non consentiat, vt in alienatione rei Emph. Alb. leg. frig. §. adeo, ff. de pact. pro maiori declaratione notandum est, quod nouatio capitur dupliciter.

19 Primo strictè † & propriè quando prima obligatio tollitur, & transfunditur in aliam nouam, quod fit semper in nouatione voluntaria.

20 Secundo modo † dicitur nouatio magis largè cum prima obligatio, & prima actio non tollitur, immò magis fortificatur, scilicet quando ei adduntur noui effectus, ratione nouæ formæ additæ dicitur fieri nouatio, quod contingit aliquando in nouatione necessaria.

21 Præterea notandum est, † quod duplex est nouatio quædam voluntaria, quæ fit dupliciter.

Primo mediante stipulatione, quando illud quod debetur certo modo ab vno, stipulor animo faciendi nouam obligationem sub alia forma ab eo, vel alio, & dicitur fieri per stipulationem, ratione frequentioris vsus.

22 Secundo modo † fit nouatio voluntaria per litem contestatam quando creditor debitorem in iudicio conuenit, & quidam tertius pro eo comparet, & in se suscipit iudicium, & in se transfert omnes obligationes, & promittit cum fideiussoribus soluere de suo, si condemnabitur, certe primus debitor liberatur, & noua obligatio inducitur in personam huius suscipientis in se iudicium & trasferentis in se obligationem, & vtraque nouatio, ideo dicitur voluntaria,

23 quia fit ex mera voluntate † nouatio autem necessaria fit ex necessitate præcisa, sed causatiua cum scilicet contra debitorem mihi soluere nolentem,

lentem, litem contestor, quę ideo sic dicitur, quia 8 etiam inuitum te traho, l. inter stipulantem, §. primo. ff. de verborum obliga. vel quia quodammo- 9 do inuitus videor vocare te in ius, cum aliter mihi debitum consequi non possum, leg. finali. ff. de separa. per quam fit nostra conditio melior facta actione perpetua, & transitoria in hæredes, l. prima. §. adhæc, ff. de annali exc. similiter transfertur rei periculum in possidentem, leg. nemo. §. primo. ff. de verborum obligation. & nihilominus currunt vsuræ, item interrumpitur præscriptio, & vsucapio quantum ad effectum, currit tamen nihilominus vsucapio, l. moræ, C. de rei vendic. leg. secunda. §. fin. ff. pro emptore, glo. final. l.

24 prima, C. de iudicijs. † Præterea notandum est, quod duplex est nouatio, quædam est priuatiua, seu extinctiua, quædam est accumulatiua. nouatio extinctiua est semper illa, quæ est voluntaria, quomodocunque fiat, eo quod extinguit primam obligationem, & actionem cum omnibus suis qualitatibus, & nouis accessorijs, & nouam inducit, nouatio autem accumulatiua est, quæ non extinguit primam obligationem, immo eam fortificat, & quia addit nouos effectus, appellatur accumulatiua, & hoc modo per sententiam condemnatoriam inducitur nouatio accumulatiua, quia vltra primam actionem ex contractu, qui durat, accumulatur noua actio ex sententia, glo. l. duobus. ff. de exc. rei iud. & hoc modo per iuramentum inducitur nouatio, l. qui iurasse. §. fin. ff. de iure iurand. Et not. quod per no-

25 uationem † voluntariam tollitur prima obligatio & omnes eius qualitates: intellige quando tales qualitates competebant ex ordinatione creditoris, puta fideiussores dati, vel pignora, vel pœna. si autem esset priuilegium, quod competeret ipsi actioni ex natura ipsius actionis, tunc non tolleretur per nouationem; immò transiret in secundam obligationem. l. secunda, §. primo. ff. de priuileg. cred. glo. & Bartol. leg. aliam, ff. de nouat. præterea notandum est, nouationem triplicem esse, plenam scilicet, quando fit ope exce-

26 ptionis, pleniorem, quando fit ipso † iure plenissimã, vt in vltimis voluntatibus. Bal. leg. prima, columna decima. C. de his, quæ pœnæ nomine: an autem nouandi animus probetur ex libris ven

27 ditoris, & debitoris, † not. Areti. consilio quinto, numero primo, & sequent.

### SVMMARIVM.

1 *Prorogatio termini, an liberet fideiussorem.*

2 *Fideiussor transacto tempore, quando dicatur liberatus.*

3 *Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.*

4 *Inducta ad vnum finem, non debent operari contrarium.*

5 *Accessoria non tolluntur per simplicem prorogationem termini.*

6 *Prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus qualitatibus suis.*

7 *Fideiussor quando nouatione liberetur.*

8 *Pœna promissa non tollitur per prorogationem termini.*

9 *Nouatio hodie non fit, nisi expressè agatur, late discutitur.*

### *Quæst. VIII. Primæ partis.*



1 Ctauo quæro, † an si creditor, proroget terminum debitori absente, & ignorante fideiussore, liberetur fideiussor, quasi censeatur facta nouatio? Respond. in hoc puncto duos casus.

Et primo, aut loquimur in termino finiendæ obligationis, puta principalis

2 conduxit domum † vsque ad annum, nisi pro eo aliquis fideiussit; prorogatur ille annus ad alium annum, vel ad duos absente, & ignorante fideiussore, an fideiussor liberetur? Respon. quod sic, quia cum eueniente termino finiatur obligatio fideiussoris, certè absque eius consensu non potest denuo obligari, l. fin. ff. de pact.

Secundus casus est in termino assignato ad soluendum, quo elapso fideiussor non liberatur, immo remanet obligatus, & constituitur in mora, si creditor proroget talem terminum debitori principali absente, & ignorante fideiussore, fideiussor non liberatur, quia actus agentium non debet

3 operari † vltra eorum intentionem, leg. non omnis, ff. si certum petatur. Secundò, quia inducta

4 ad vnum finẽ non debent operari † contrarium,

5 leg. legata inutiliter. ff. † de legatis primo. Tertio, quia per simplicem prorogationem termini accessoria non tolluntur. Innocent. capit. præterea,

6 de appella. Quarto † quia prorogatio termini intelligitur facta cum omnibus qualitatibus suis. Bart. leg. prima, §. & post. ff. de nou. oper. nuncia.

7 Quinto per † l. nouatione. C. de fideiusso. vbi de-

8 clarat, quando fideiussor liberetur. † Sexto quia per prorogationem termini non tollitur pœna promissa, sicuti per nouationem, l. solutum, §. nonata. ff. de pignor. actione. Bald. l. accaptam. quæ-

9 stio. septima. C. de vsur. Vltimo, † quia hodie nouatio non fit, nisi expressè agatur, & sic non potest dici quod fuerit facta ipso iure, seu ope exceptionis, not. l. fin. C. de nouat. Iason. Li. numero 18. C. de iudic. illud autem, quod dictum est nouationem nõ fieri nisi expresse dicatur. l. fin. C. de noua. procedit etiam, si superueniat pignoris assignatio, & fideiussorum datio, Bald. consil. 266. volum. 1. & consi. 318. vol. 1. & hoc etiam si post fideiussores primo datos, dentur secundi alij, quia per secundos non tolluntur primi dati Al. dict. in consi. de his, qui fideiuss. dare poss. numero 10. Secundo ampliatur, vt dictum est, etiam si detur vlterior dilatio. Doctor. communit. leg. pen. ff. de præt. stipul. Alex. consilio tertiodecimo, volumine sexto. Tertio ampliat. vt debitor non liberet etiam si mandet alteri, quod debitũ suum soluat, antequam mandatarius promittat principali creditori, quia tale mandatum ante factam promissionem potest reuocari. Doctor. commu-

nit.leg.singularia. ff. si certum petatur, & hoc nisi mandatarius scripserit se debitorem in libris suis, cui debeat soluere iuxta mandatum sibi factum, nam ex hoc videtur promisisse, & esse obligatus, & tenetur, & dicitur liberatus primus debitor mandans Purpuratus. d. leg. singularia, similiter post acceptationem principalis creditoris reuocari non potest mandatum Socin. d. leg. singularia, & nota, quod ad hoc, vt primus mandans sit liberatus, hæc maxime requirũtur, videlicet, quod mandatarius, qui promisit, esset debitor mandantis, Angel. leg. fin. C. de nouat. Secundo quod mandatarius promittat creditori principali per stipulationem, aliàs si non interuenerit stipulatio nón sufficit. Angel. leg. delegare. ff. de nouat. nisi stipulatio fieret ex diuersa causa, seu, nisi expresse nouasseut, quia tunc etiam absque stipulatione inducitur nouatio. Bologn. consil. quinquagesimonono, & Ias. leg. si bularia. ff. si certum petatur. Tertio, quod tanquam debitor promittat. Paulus d. leg. delegare.

In casibus autem quibus liberatur delegans. Fallit primo si mandatom sit debitori, vt soluat, & ille tantum promiserit, tunc enim per solam promissionem non liberatur delegans, nisi creditor consentiat. Paul. leg. singularia. ff. si certum petatur.

Secundo fallit, quando delegans scit debitorem suum esse de proximo decocturum, & creditor ignorat. Bald. & Sal. leg. pro debito. C. de bon. aut. iud. poss.

Tertio, quando promisit facturum, & curaturum quod delegatus, soluet, quia tunc illo arripiente fugam, non liberatur delegans. Sal. leg. si filius. ff. ad maced. Doct. d. l. pro debito.

Quarto, quando delegans laudauit delegatum pro bono, & legali mercatore. leg. cum ostendimus. §. fin. ff. de fideiuss.

Quinto quando creditor recepisset debitorem ex delegatione, periculo delegantis. leg. si mandato. §. fin. ff. mandati.

Sexto quando promissio facta per delegatum, principali creditori esset inutilis. Angelus. d. leg. singularia.

Septimo, si mandatum sit, quod fiat solutio, vel promissio in diem, vel sub conditione, quia ante diem, vel conditionem, non est liberatus. Socin. d. leg. singularia. ff. si certum petatur. Sal. l. si pro debito. C. de bon. aut. iud. poss.

Octauo fallit, nisi delegans esset Socius delegati, qui decoxit Sal. d. loco Angel. §. item inst. de exc. Præterea, notandum est, quod ad hoc, vt dicatur facta nouatio, quando mandans conuenirer, cum creditore, vt mandatarium pro ipso reciperet, quia tunc mandatarius videtur subrogatus in locum principalis debitoris, & ipse mãdans videtur liberatus Alexan. cons. 10. volomine secundo, hoc. l. qui vsumfructum. ff. de verborum obligation.

Secundo hoc idem, quando debitor daret. Creditori nomen debitoris insolutum. Bald. l. fi. C. ad legem Falcidiam. leg. Mæuia. ff. solut. matrimonio.

Tertio quando ita esset consuetudo. Bald. leg. fin. C. ad legem Falcidiam Purpur. leg. singularia versic. tertio, ff. si certum petatur, qui dicit hanc consuetudinem esse Florentiæ.

Quarto hoc idem, quando principalis creditor ob promissionem factam per mandatarium, reddit instrumentũ, vel Chirographum principali debitori mandatũ, Ias. & Purp. d. l. singularia.

Quinto nouatio dicitur facta, quando illud, quod continetur in secunda obligatione, est coæquale cum prima, aliàs secus. Alex. consil. tertiodecimo, volumine primo.

Sexto, quando in secundo instrumento iura pristina sunt conseruata, tunc enim non dicitur facta nouatio Gozad. consi. 38.

Septimo ad inducendam nouationem sufficiunt coniecturæ, quæ sumuntur ex verbis expressis ad inducendum nouationem. Salyc. l. fin. C. de nouat.

Octauo, quando contractus non compatiuntur ad inuicem, tunc dicitur facta nouatio, etiam si expressè non agatur. Bald. d. leg. fin. consi. 318. volumine primo. Dec. consil. 400.

Nono per transactionem inducitur nouatio, quia per eam recedimus à prima actione. Bald. rubr. de transact. Dec. consi. 400.

Decimo nouatio primæ obligationis, non fit necessario in præiudicium creditoris, sed demum si sua interest. Alex. l. delegare. ff. de nouat.

Vndecimo fit per pœnæ adiectionem. Bald. l. 1. col. 9. C. de his, quæ pœnæ nomine, nisi sit clausula, rato manente. Bal. leg. ancillæ. C. de furt. vel nisi sit clausula, toties pęna committatur, quoties fuerit contra factum. Bal. d. l. 1. vel nisi sit loco accessionis, nam ad hoc, quod fiat nouatio pœna inducitur loco sortis. Ampl. vt fiat nouatio etiam si pęna apponatur officio iudicis. Bald. ibidem.

Duodecimo, nouatio facta per masculos, & fœminas, simul se obligantes animo nouandi, valet pro parte masculorum, non autem pro parte fœminarum, & iden prima actio manet firma creditori contra debitorem, pro parte fęminarum Bal. l. si paternam. C. ad Velleianum. Præterea notandum est, quod dolo initus contractus nouationis, redditur ipso iure nullus, præsertim in causa dotis. Alex. l. si cum dotem. §. si mulier numero 2. ff. solut. matrimon.

Decimoquartò, nouatio non fit per deuolutionem Bald. l. diuortio num. 4. ff. de neg gest.

Decimoquinto, nouatio circa dotem nõ valet, nisi sit vtilis mulieri. Socinus Iunior, consilio centesimo quadragesimoprimo, numero decimonono, volumine primo.

Decimosexto nnuatio est loco exceptionis. Marc. decisio. 538. numero tertio. Decius l. si pecuniam, numero duodecimo, ff. si certum petar.

Decimosexto no. quòd naturalis obligatio inducit nouationem. Alexand. l. si cum dotem, numero nono. ff. soluto matrimonio.

Decimoseptimo inducit nouatio, si debeo tibi decem cados vini, tu autem promiseris pro his soluere decem aureos. Faber. §. præterea, nume. 3. inst. quib. mod. toll. oblig.

*Quæstio.*

*Quæstio. IX. Primæ partis.*

1 Ono quæro, † quo iure intro ducta fit nouatio ? Resp. in nouatione consideranda esse tria iura.

Primo ius antiquissimum, vbi etiam si nihil noui interuenisset, nihilominus fiebat nouatio, l. obligationem ferè. §. fin. ff. de actio. & obl.


Secundo ius nouum, vbi nouatio præsumptiuè fiebat, quoties noui, quid interueniret, & semper intelligatur hoc agi. l. 2. ff. de nou.

Tertium ius nouissimum, quando hoc expressum diceretur, l. final. C. de nouatio. Bart. leg. qui vsumfructum, numero primo, ff. de verb. obli.

*SVMMARIVM.*

1 *Rei debendi nouatio vnius, quando prosit alijs.*

*Quæstio X. Primæ partis.*

Ecimo quæro, quando nouatio vnius rei debendi, profit alijs? Resp. quòd aut vnus paciscitur animo nouandi, & liberandi alium, & tunc non est dubium, quòd alteri prodest, quia hoc posset quilibet extraneus, l. si Stychum. §. fin. ff. de nouat. l. si debitor, ff. de solut. aut vnus paciscitur animo nouādi obligationē, quod ipse tamē tenetur hoc expresso, quòd ad alium non porrigatur, & tunc alius non liberatur, quod idem contingit in solutione. leg. Papinianus, ff. mand. leg. Modestinus. ff. de sol. & in acceptilatione, aut simpliciter animo nouandi paciscitur, & tunc vterq; liberatur, leg. si pro vno. ff. ad Velleian. Bart. Auth. hoc ita, num. 13. C. de duobus reis.

*SVMMARIVM.*

1 *Adiectio noui loci, & nouæ personæ in obligatione, an inducat nouationem.*

*Quæstio XI. Primæ partis.*

1 Ndecimo quæro, † vtrum adiectio noui loci, & nouæ personæ in obligatione inducat nouationem? Resp. distinguendo, quandoque agitur, vt fiat nouatio ratione personæ & loci, vt quod debet Titius Perusio, promittat Seius Florentiæ quandoque fit nouatio circa locum, & non respectu personæ, vt quod debeo soluere Perusio, debeam soluere Florentiæ: quandoque fit nouatio, & respectu personę, & non respectu loci, vt quod ego debeo soluere Perusio, debeat Titius soluere Perusio, quandoque dubium est, vtrum ista sit nouatio, nec ne.

Primo casu aut inferitur alia conditio, vel causa finalis obligationis nominatæ ad nouandam obligationem veterem, quæ non est impleta, & non est facta nouatio, aut obligatio nouans, est purè & liberè contenta. & non est facta nouatio. l. pecunia. ff. si cert. pet. l. fin. C. de nouat.

Secundo casu non est facta nouatio propriè, vnde debitum potest vtrobiq; conueniri, si aliàs est locus idoneus, vt quod habeat in loco vbi conuenit per certo domicilium: tamen est actio arbitraria ratione loci. leg. prima, & sequent. ff. de eo quod certo loco, secus si aliàs locus contractus non est locus idoneus, leg. secunda, ff. de bo. aut. iudic. poss. l. quæro. ff. de solut.

Tertio casu idem quod in primo, videlicet aut existit causa, vel conditio obligationis nouantis, aut non. Barto. leg. quod traditur. ff. de constitut. pecun.

Quarto casu, aut persona est adiecta fauore debitoris ad liberandum primum debitorem, & præsumitur nouatio, scilicet ope exceptionis non ipso iure, quando hic expresse nō agitur Doctor. leg. fin. ff. de nouat. idem si ad obligationem minuendam, legicum in plures. §. lege. ff. de action. leg. penultim. ff. de præto. stipul. leg. omnes, ff. de nouat. aut fauore stipulationis, & non fit nouatio, vnica tamen exactio liberat in totum. leg. qui bis idem. ff. de verborum obligation. Bald. consi. septuagesimoquarto, lib. quinto, numero secundo, Redoanus tractat. de rebus ecclesi. non alien. §. item, numero quinto, Pag. septima, not. capitul. priuilegium, de reg. iuris, in sexto. l. priuilegia. ff. eodem titulo. Cagnolus l. in omnibus, numer. tertio, ff. de regul. iuris. Roman. consil. 516. numero sexto.

*SVMMARIVM.*

1 *Nouum, quot modis dicatur.*
2 *Nouus casus dicitur insolitus.*
3 *Nouus debitor dicitur debitor delegatus.*
4 *Nouum dicitur, quod nunquam fuit.*
5 *Nouum dicitur, quod nouiter reperitur.*
6 *Nouum quandoque dicitur vltimum.*
7 *Nouum accipitur secundum subiectam materiam.*
8 *Reficere nou est de nouo facere.*
9 *Prohibitus facere de nouo non prohibetur reficere.*
10 *Augmentum, mutatio, & diminutio rei, quando nouationem inducant, vide remissiuè.*

*Quæstio. XII. Primæ partis.*

1 Vodecimo quæro † quot modis dicatur nouum? Resp. pluribus modis, & primo nouus casus dicitur insolitus in statuto, quo datur arbitrium potestati in casibus nouis, id est insolitis Bald. leg. fundum. §. frumenta. ff. de
2 contr. empt. Ang. † & Alexan. rubric. ff. de oper. nou. nunc. l. 1. ff. quod quisque iuris.

Secundo nouus debitor dicitur etiam debitor
3 delegatus licet fuerit † antiquus debitor delegantis. Albericus tractat. statut. secunda parte, quæstione vigesimaquinta, Alexand. rubrica. ff. de oper. nou. nunc.


Tertio proprie nouum dicitur primum. i. quod
4 nunquam fuit. c. non † autem 2. quæstion. prima, capitu. nouum 8. quæstion. prima, capitul. Achatius 24. quæstion. quarta, capitul quid per noua'e extra de verbor. significat. nec sat est, quod aliqua pars sit noua nisi totum nouetur. Abb. c. 1. nume. secundo de verbor. significat. quarto modo dicitur nouum. i. nouiter repertum, & dicitur nouum
5 inuentione, seu saltem † notitia, licet prius extaret: quod est notandum pro saluandis dictis testium. Ioannes de Prato. leg. admonendi numero 10. ff. de iure iurando, quinto modo dicitur no-
6 uum, † id est vltimum. Doctor. comm. rubric. ff. de oper. nou. nunc. vbi Hormannoctius detus, numero 47.

Sexto accipitur nouum, secundum subiectam
7 materiam, vt habetur † in tit. de nouo. capitul. compon. & in tit. noua vectig. leg. prima, §. qui opus, ff. de oper. nou. nunciat. Doctor. comm. leg. prima, ff. quod quisque iur. Caccialupus. l. admo-
8 nendi numero 10. ff. de † iure iurand. sed quæro vtrum ille qui reficit domum dicatur fabricare novam domum? Resp. quod si non fuerit mutata noua forma, & domus prius non erat penitus destructa, non dicetur noua domus, sed refecta, vnde iudæi, qui prohibētur nouas sinagogas facere, non prohibētur veteres reficere, atque instaura-
9 re. Doctor. commun. † rubric. extra de nou. oper. nunciat. & rubric. ff. eod. tit. & quia nouatio dicitur fieri per augmentum mutationem, & dimi-
10 nutionem rei in essentia, † videndum esset quid sit augmentum, quid mutatio, & quid diminutio, nec non quomodo & quando, & in quibus habeat locum, quod ex augmento, mutatione, & diminutione inducatur, de quibus vide, quæ dixi in tractat. d. leg. & stat. 4. p. quæstion. 28. & seq. per totum.

# F I N I S.



TRA-




# DE NOVATIONIBVS

## PARS SECVNDA.

## SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI

## Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

*SVMMARIVM.*

1 *Reuocatio an præsumatur.*
2 *Variatio non præsumitur.*
3 *Reuocatio est quid facti.*
4 *Filius legitimus præsumitur in potestate Patris.*
5 *Quelibet res presumitur libera.*
6 *Excommunicatus semel semper presumitur excommunic.*
7 *Malus semel presumitur semper malus.*
8 *Bonus semel semper presumitur bonus.*
9 *Inimicus semel semper presumitur inimicus.*
10 *Subditus olim semper presumitur subditus.*
11 *Confines non presumuntur mutati.*
12 *Alienigena nemo presumitur.*
13 *Voluntatis mutatio non presumitur.*
14 *Corrigere incontinenti nemo presumitur.*
15 *Dominus qui fuit olim, presumitur & hodie.*
16 *Procurator non expresso, quo nomine agat, censetur agere procuratorio nomine.*
17 *Diues qui fuit olim, & hodie presumitur esse.*
28 *Malo principio, que sunt inchoata, malo præsumuntur exitu terminari.*



1 QVia dictum est † supra prima q.
5. primæ partis non præsumi
nouationem, an hoc idem sit
in omnibus, vt dici possit reuo
cationem non præsumi? Resp.
quòd nunquam variatio, ne-
que reuocatio præsumit. Ale.
l. qui in aliena. §. si ita, num. 9. ff. de acquir. hæred.
2 l. de tutela, nu. 11. C. de † in integr. rest. Ber. con-
sil. 55. num. 8. vol. 3. Rol. consi. 67. num. 17. volu-
mine secundo, Ber. consi. 106. num. 5. vol. primo,
3 reuocare enim est † quid facti, & facta non præ-
sumuntur, nisi probentur, l. in bello. §. facta, ff. de
capt. & postl. l. reum. l. si verò. §. qui pro rei, ff. qui
4 satisd. cog. vnde † filius legitimus præsumitur in
potestate patris. l. si emancipati. C. de collatio. l. si
filius, ff. de probat. Secundo infertur, quod quæ-
5 libet res præsumitur libera † non autem emphy-
6 teutica, l. altius. C. de seruitu. Tertio † infertur,
quod excommunicatus, qui fuit heri, præsumi-
tur, & hodie, cap. sicut, de sentent. excommunic.
glo. c. proposuit, de c. et. excommun. Rot. decisio.
vndecima, titu. de probat. & hoc quando fuit sim
7 pliciter excommunicatus. † Quarto infertur,
quod qui fuit semel malus, semper præsumitur
malus in eodem genere mali, cap. semel malus de
regul. iur. 6. hoc idem est, vt qui fuerit bonus, &
8 nunc præsumatur bonus, † cap. mandata, de præ-
sumptionibus. Quinto infertur, quòd inimicus
non præsumatur reconciliatus. Docto. l. in ipsius
9 C. famil. ercisc. Innocen. † cap. cum oporteat, de
accusatio. Doctor. l. tertia, de testibus, l. ex perso-
10 na, C. de probat. Sexto infertur, † quod qui olim
fuit subditus, & hodie dicetur, idem Doctores
11 capit. præterea, de transactio. † Septimo infertur,
quod confines dicuntur ijdem, nec præsumun-
tur variati. Doctores l. finalibus, ff. finium regun-
dorum. Felin. capital. cum causam, de probation.
12 Octauò dicitur quis de † ea ciuitate, in qua repe-
ritur, nisi probetur alienigena, quia quilibet præ-
sumitur habitare in patria sua, & non mutare lo-
cum Bartol. l. is potest, columna sexta, ff. de acqui
13 renda † hæredita. Nono mutatio voluntatis non
præsumitur, l. cum qui, ff. de probatio. l. cum hic,
ff. de donatione inter virum, & vxorem, capitul.
maiores, de baptismo, vnde si conductor finito
tempore perseueret, præsumitur reconduxisse, l.
item, § final. & leg. sequent, ff. hoc D. similiter hac
14 ratione nemo præsumitur † incontinenti seip-
sum corrigere. Doctor. l. nam ad ea. ff. de condi-
tione, & demonstratione. Decimo infirmus olim,
& nunc præsumitur infirmus. Doctor. commun.
capitul. cum inter, de electio. vnde qui olim fuit
furiosus, & hodie idem dicetur. Doctor. capitul,

final.de ſucceſſ.ab inteſtat. leg. furioſum , C.qui
15 teſtament. facere poſſunt. Vndecimo † infertur,
quod qui fuit dominus, etiam de præſenti ſit do-
minus leg.ſiue poſſidetis.C.de probatio. Doctor.
capit. præterea , de tranſactio. quod idem dicen-
dum eſt de poſſeſſore, glo. & Doctores dicta leg.
ſiue poſſidetis, C.de probation. leg. non ignora-
uit, capitu.ad exhib. Doctores communiter, capi.
cum ad ſedem, de reſtitutione ſpoliato. nec præ-
ſumitur titulus mutatus, leg.prima, §. primo, ff.
de exc. rei vend. leg. ſecunda , C. de acquirenda
poſſeſſione.leg.quædam.ff.de rei vendic.not.leg.
16 ſi à te, ff.de ſeru.vendi. Duodecimo † procurator
aliquid agens non expreſſo procuratorio nomi-
ne, præſumitur tamen eodem nomine feciſſe, l.
pignori.§. final. ff. de vſucapion. Doctores com-
muniter l.ſi poſt. ff.ſoluto matrimonio , leg. pri-
ma, §.nunciatio.ff.de noui oper.nunciat. Bald.l.ſi
17 patruus, C.commun. † vtriuſque. Decimotertio,
qui olim fuit diues , & hodie idem dicetur , non
enim præſumitur amiſiſſe bona ſua.Doctor. com
mu.leg.ſiue poſſidetis, C.de probatio.& capitul.
primo de ſeruit.Gem.capit.fina.6.quæſtio.prima.
Decimò quartò infertur, quòd quæ malo ſunt in
choata principio, non præſumuntur bono exitu
perfici cap.in principatus prima quæſtio.prima,
18 C.mirantur 61.diſtinctio.† authen.quomodo op
port. epiſcopis. Alciat.tracta.de præſumpt.Reg.
2.præſumptio. 32. quibus ità ſuppoſitis, ponam
duas regulas generales, quarum ſecunda erit pro
limitatione primæ.regula autem prima generalis
19 erit, quòd ſemel placuit , amplius † diſplicere nō
poteſt capit. quòd ſemel de regu. iur. 6. ſecunda
20 autem regula generalis eſt, quòd vltima derogāt
primis.leg. pacta nouiſſima. C. de pact.l.ſi mihi.
§.in legatis.ff. de leg. primo leg. duobus. §.idem.
ff.de iur. iurando. leg. ſi quis conductionis. ff.de
acquirend. poſſeſſ. pro quarum duarum regula-
rum declaratione, ponam inferius ampliationes,
& limitationes ipſarum , in hunc qui ſequitur
modum videlicet .

*Abbas.*

1 ABbas quamuis † electus, & confirmatus, nonpoſſit reuocari à ſuo capitulo, remouebitur tamen ſi fuerit inſufficiens. Innocent.capitul. licet eli, in gloſſ.verſicul. in ſufficientia, de ſimonia. Archidia.capitul.leg.ſextadecima quæſtio. prima , quòd multomagis eſt dicendum , ſi commiſerit aliquod delictum , ob quòd veniret deponendus .

Similiter poteſt Abbas ex eiſdem cauſis remouere Monachum negligentem , vel delinquentem à prioratu ſibi conceſſo ad uitam. Franciſcus Aret. conſilio ſexageſimotertio . Doctores capitul. ſecundo.§. priores , de ſtatu. Monachor. non tamen poteſt reuocare curam conceſſam Monacho ſuo per Epiſcopum, Innocent.capitul. primo de cappell.Monac. Bald.in Marg. ver.Epiſcopus verſicul. 23. eius enim eſt nolle , qui poteſt, & velle. leg. eius. ff.de regu.iur. & nihil tam naturale eſt, quàm eodem genere, quodque diſſolnere, quo colligatum eſt.l eg.nihil tam naturale. ff. de regu.iur. Item Abbas poteſt adhibitum ſuum remouere priorem manualem, vt ſunt commendatores, inſtitores, Præceptores not.capitul. cum deputati de iudic. capitu.. cum ad monaſterium.§. tales verſicul. nec alicui de ſtat. Monach. Doctores capitul,ſecundo , eodem titulo , immo non poteſt eum in manuali prioratu adeo conſtituere, qui poſſit adhibitum eum reuocare, etiam ſi promittat eum non reuocaturum. Abbas capitulo præterea, de tranſaction. Iacob.leg. interpoſitas , c. de tranſaction. Federicus conſilio centeſimo quinquageſimoſecundo. Abb.c.inſinuante, titul.qui clerici vel vouentes, Bartol. authent. ingreſſi , C. de ſacroſanct. eccleſ. & eſt hæc differentia , quòd prior perpetuus non poteſt remoueri abſque cauſa , manualis autem poteſt remoueri abſque cauſa , Doctores capitul. cum ſingula, de præben.in ſexto , capitul. ſecundo. §. priores, de ſtat.monach.

Item Abbas poteſt reuocare fundum Doctori datum, detecta eius ignorantia. Barto. leg.cum quid.ff.ſi certum petatur, vbi Alexand. num.decimoſeptimo , quia prælatus non poteſt dare res eccleſiæ, niſi bene merentibus, not.leg.iubemus, C.de ſacroſanct.eccleſ.

Item Abbas poteſt reuocare procuratorem conſtitutum à conuentu. Innocent. capitul. præſentium , de teſtibus. Bartol. leg. illud. §. quid ſi actor, ff..quod cuiuſque vniuerſ. nomin. l. actor. ff.rem rat.hab.

Item Abb. reuocare poteſt confeſſionem Monachi probando contrarium . Baldus leg.principaliter, la ſecunda C.de lib.cau.

Item Abbas poteſt reuocare promiſſionem factam Monacho, Bald.l. interpoſitas , capitul. de tranſactio.

*Accuſatio.*

1 ACcuſatio regulariter † reuocari non poteſt, poterit tamen libellus accuſationis mutari. Speculator. titul. de libelli concept. §. nunc oſtendemus, verb.libellus , & dicam infra verſic. libellus .

Similiter reuocari poteſt, & aboleri accuſatio , nondum facta citatione, quia adhuc non dicitur initiatus proceſſus. Paulus.leg. libertus , numero ſecundo , ff. de in ius vocan. in caſu autem , quo quis deſiſtit ab accuſatione , poteſt iudex proſequi ex officio incipiens nouum proceſſum , & accuſator ponitur Iulius Clarius in praxi criminal: quæſtio. ſexageſimaoctaua , numero tertio , dicitur enim abolitio accuſationis inſtitutæ peremptio. Speculator. titulo de abolend. §. primo, reuocatur etiam accuſatio morte, quia mors omnia ſoluit, §.deinceps, authent. de nuptijs, vt dixi in tractatu mors omnia ſoluit , par. ſecunda. ver.accuſatio.

Item reuocatur ſi facta fuit per errorem , quia error excludit conſenſum , vt dixi in tractatu

de

de fortuitis casibus, parte prima, quæstio. secunda per totam ad quos locos te remitto, nam propositum nostrum est hoc in loco tractare de reuocatione, quæ fit nostra voluntate, vt sit conformis regulæ prædictæ, idest quod semel placuit, de regulis iuris in sexto. Nota tamen circa materiam accusationis, quatenus pertinet ad propositum nostrum, quod pendente accusatione nihil est innouandum, glo. & Doctor. cap. olim, de accusat. l. post contractum. ff. de dona. Vital. tract. clausul. in clausula nihil nouari accusatione pendente num. vigesimoseptimo. Lancillot. tracta. de attentatis 2. par. c. 5. nume. 1. & seq. ex quo enim quis consensit in iudicem, nec declinauit forum, & à limine iudicij non discessit, non potest innouare, vt dicam infra latè, ver. iudicium.

*Aditio.*

3 Additio ad libellum † post litem contestatam fieri non potest, nisi in accessorijs. Doctor. comm. l. edita. C. de edendo. Ale. l. 1. §. inde. ff. depositi, & nota, quod additio dicitur quando prima dispositio est vna cum additione, sed si noua dispositio inducitur, seu per specificationem nouæ personæ, vel nouæ summæ, de per se singulariter, & expressè, non dicitur tunc additio, sed noua dispositio. Doctor. communiter. l. scire. ff. de verborum obligationibus.

*Additio hæreditatis.*

4 Aditio † hæreditatis, regulariter rescindi non potest, quia semel hæres directò nunquam desinit esse hæres. Bartol. l. ait prætor, §. sed quod. ff. de minor. & in l. ei qui. ff. de hæred. instit. Bal. Auth. hoc amplius, C. de fideicom. Fallit tamen quando mulier hæres adit hæreditatẽ damnosam, dolo creditoris, nam tunc restituitur, & iuuatur beneficio Velleiani. Bal. l. 1. C. ad Velle. l. si mulier. in iute, l. si mulier hæreditatem. ff. eod. idem si fideiubet pro alio. Bal. l. 3. C. eod. Doctor. l. ius, C. de rep. hæred. similiter hæreditas adita per hæredem defuncti, non potest repudiari per hæredem hæredis, sed non adita per eum defunctum intra tempus deliberandi. sic Bart. l. si quis filium. § fin. ff. de acquir. hæred. Bart. l. fina. ff. eod. tit. Corn. consi. 61. volu. 4. hæreditas tamen adita per cohæredem potest repudiari, vel acceptari tota altero cohærede repudiante partẽ suam. Bart & Doct. l. cum hæreditate. ff. de acq. hæredit. idem in hærede hæredis, vt ibidem, & dicam infra ver. hæreditas. Et not. quòd filius repudians, & postea possidens bona hæreditaria præsumitur hæres, & reuocasse repudiationem, Cyn. & Bald. l. 2. C. de repud. hæred. nam filius hæres hæreditatem repudians, potest acceptare, l. 1. l. licut. l. fi. C. de rep. hæred. filius tamen hæres hæreditatem, semel aditam non potest eam repudiare, nisi sit minor vigintiquinque annis. §. extraneis. Institu. de hæ. qual. & differ. Doct. commun. l. impuberibus, l. si minor, l. necessarijs, ff. de acq. hær. l. pupil lum. ff. de acquir. hær.

*Admißus.*

5 Admissus ad electionem † non est reuocandus, vnde ex vna vice acquirit ius eligendi, et pro alijs vicibus. Host. c. cum in iure, de electio. Innoc. c. cum ecclesia super glo. ver. postulabant, de causa possess. & propr. quomodo autem, & quando reuocetur, dicam infer. ver. electio.

*Agens.*

6 Agens in vno iudicio non † potest variare circa idem in alio post litem contestatam, no. leg. vbi cœptum de iudicijs, dicam infra versicul. iudicium.

*Agnita.*

7 Agnita semel hæreditate † non potest amplius repudiari: dixi supra ver. aditio, & dicam infra ver. hæreditas.

*Alienatio.*

8 Alienatio † in fraudem futurorum creditorum non potest reuocari per eos. Bartol. l. prima C. de iure fisci, lib. decimo, l. quia. §. ita. ff. de his, quæ in fraudem cred. Fallit fauore fisci. Ias. §. item, num. 62. Instit. de act. Bartol. authent. sed tam necesse. C. de donat. ante nupt. Secundo alienatio dotis relinquendæ marito, vel fratri, ex forma statuti facta per vxorem, non valet etiam per viam donationis remuneratoriæ, sed potest reuocari per maritum, vel fratrem. Alexand. consi. 55. volumine primo. Ampliat. etiam si facta fuisset à vidua. similiter alienatio rei dotalis facta per maritum potest per eum reuocari, glo. §. primo. institu. quibus alien. non licet. Doctor. l. prima, §. & cum lex. C. de rei vxor. actio. Bartol. l. cum vir. ff. de vsucapion. Item alienatio rei Ecclesiæ reuocari potest per Clericum alienantem. Doctor. l. iubemus, §. sanè, C. de sacrosanct. eccle. cap. si quis præsbyterorum, de rebus eccles. non alienan. quod est verum, etiam si iurasset non contrauenire, capit. intellecto, de iure iuran. ibi Doct. Item alienatio inualida potest retractari. Bald. l. prima, C. de liber. causa, leg. iubemus. §. sanè, C. de sacrosanct. eccle. l. 1. de contr. iudic. alienatio facta contra iuramentum de non alienando, potest reuocari per alienantem, si per eum læsatur dignitas eius. Innocent. capitu. dilectus, de iure iur. regulariter enim quælibet alienatio de re prohibita, potest reuocari per alienantem. Bald. l. quoties. C. de fideicommiss. per leg. iubemus, §. œconomus, C. de sacrosanct. eccles. l. fin. cap. si maior factus, l. cum pater, ff. de legatis 2. vnde alienatio rei subiectæ fideicommisso potest reuocari si probetur, quod alienans habuit notitiam testamenti, non aliàs, quia tunc sufficit fideicommissario restitui pretium rei. Ang. l. Marcellus, §. res quæ. ff. ad Treb. potest tñ fieri pro alimẽtis, & propter æs alienũ testatoris, Doct. com.

auth.res,quæ. C. com. de legatis similiter alienatio sacrarum reuocari potest nisi fiat propter redimendos captiuos seu pro alimentis pauperum. Bart.l.sancimus.C.de sacro sanct. eccles.similiter alienatio facta in fraudem reuocatur per alienantem Bart. leg. in Chirographis. §. fin. ff. de adm. tut.gl.& Bar.leg.cum Pater.§.libertis.ff. de leg.2. nisi dolo tacuerit tempore alienationis. Bald.leg. quoties. C. de fideic. quæ si fuerit in fraudem legis; est ipso iure nulla: in fraudem autem hominis est reuocanda. leg. si libertus. ff. de iure patr. Innoc.capit. Raynaldus, de testam. capitul. fin. de accusat.

9 Approbans personam, non potest † eam amplius reprobare. Bald.l.1.columni. fin. C.de furt. & in l. si quis testibus. C.de testibus ampl.procedere etiam in alio iudicio, vel cum alio litigante. Spec.tit.de arbitr.§.sequitur,& §.pen.tit.de teste, quod intellige in his, in quibus ex post facto pœnitere non possumus, secus in alijs, vt in approbatione iudicis, testis, fideiussoris,& similium. Dicam infra ver.reprobatio.

10 Arbiter nulliter pronuncians, † non potest iterum pronunciare, si laudum fuit nullum ope exceptionis, secus si ipso iure Bald. leg. fin. C. de contr. empt. Innoc. capit. in literis, de offic. deleg. Lanfranc. tractat.de arbitr. p. 2. quæstion. 1. Bart. leg. 2.§.1.columm.1. ff. de opt. leg. similiter arbiter, qui in iudicando nō seruat formam compromissi, potest iterum arbitrari, aliàs non gl. & Bart. leg. societatem. §. arbitrorum column. 2. ff. pro socio. Cyn.& Bald.leg.si vt proponas.C.quomodo, & quando iudex item quando & vsque ad quod tempus possit arbiter suam sententiam corrigere, vel reuocare, mutare, vel interpretari, vel declarare in totum, vel in partem, vel iterum pronuntiare, dicam infra ver. iudex; & ver. sententiam,& dicit Specul.tit.de arbitr.

11 Ascendens, † si primo repudiat non potest adire gl. & Bald. leg. non iustam ver. repudiauerat. C. ad Treb. dicam infra ver. hæreditas repudiata.

12 Beneficiorū † variatio non admittitur in beneficialibus gl. cap. 2.de rescr. 6.c.15, qui duas,de elect 6. Clem. 1. de renunc. Franciscus. Marcus. Decis.403.numer.1. volum.2.item resignans beneficium in fauorem alicuius, reuocatur resignatio, si ipse in fauorem cuius resignauit, non fuerit de eo prouisus. Item quando renunciatio reuocetur, & quando Patronus beneficij variare possit, dicam infra suo loco.

13 Bonorum possessor, est similis † hæredi. Bald.l. 1. c. qui admitti. §. quos autem Inst. de bon. poss. vnde sicuti hæres non desinit esse hæres, ita nec bonorum possess.

14 † Cedens alteri non habet ius repudiandi Bar. l. si partem. ff. quemadmodum seruitus amittatur. similiter non potest, postea intentare actiones cessas. l.pen.ff.de ali.iud. mut. causa fact. nec potest recipere solutionem à debitore cesso. Ang. l.ex esse.ff.ad Trebell. Bat.l.facta.§.si hæres. ff.eo. sicuti nec potest transigere post cessionem in præiudicium cessionarij. Ang.d.l.facta.§. si hæres. ff. ad Treb.Salic.& Bald.l.1.c.de act.& obliga. Item cedens ius suum vni, nō potest amplius illud ius alteri cedere.l.pen.ff. de ali. iud. mut. causa fact. not.l.2.C.ne liceat pot.cedere enim Beneficio est ex toto illud renunciare, Card.clem.1. de renun. item vbi cessio fit contra debitorem volentem, non poterit postea ipse debitor allegare illam cessionem esse simulatam Doct.Com.l. cum essent. §.per plurium.ff.de seru.rust.præd.Iac.l.1.c.ne liceat pot.nisi subsistit deceptio Fulg.cons.242.

15 † Clericis variare non licet Bellam.c. de quo, num.3.de iudic.præsertim in nominatione. Ant. de Butrio.c.quòd autem num.6.de iure patr.item not. quod Clericus semel approbatus ad vnum beneficium, potest reprobari in alio sic Oldrad. consil.18.

16 † Codicillus primus non tollitur per secūdum nec etiam per testamentum, Bart.l.1.c. de codicillis Spec.tit.de instr.cod.§.viso. §. non autem inst. de codic. Doct.hanc.ff.eod.tit.nisi sint contrarij, nam tunc vltimus derogat primo.l.3. c. de codic. etiam si fuerit factus eadem die, nec constet de prioritate temporis, nam vltimus scriptus attenditur, & præsumitur vltimò factus. Cassan.de gloria mundi p.12.consid.100.num.3. nisi bona fuerint donata in primo codicillo cum iuramento Crau.cons.15.nu.20.

17 Collatio beneficij cum clausula † non obstāte collatione alteri facta, intelligitur scilicet inualida, ne fiat cum præiudicio alterius, cui per primam inualidam est ius quæsitum, quæ reuocari non potest Doct.Com.c.causam de rescr.Alexan. consi.243.vol.2.consil.34.vol.4.Cepolla titul.de seru.rustic.præd.c.de aquæ ducto.3.ver. clausula non obstante: item collatio beneficij renuntiati per procuratorem reuocatum, non notificata reuocatione eius Papæ vel procuratori, valet Inno. c.quidam de renunc. Ioan.de prato. l. si procuratorem, de procurat.similiter si fuerit facta à Vicario Episcopi reuocato, per constitutionem secundi Vicarij, nondum facta sibi notificatione renocationis. Ioan.de Prat.l.si quis.§.vnus.ff. de Proc. gl.l.2.per.c.de test.tutela Spec.tit.de leg.§.finitur Rom.sing.ver.Vicarius.

18 Commodās non † potest statim reuocare commodatum, nisi actus, ad quem fuit factus sit perfectus. Bald.l.2.c.commodati cum gl. ver. tuum, Bald.& Doct.l.pen.c.eod.titu.gl.l.si pœnam.ff.de verb.obligat.vnde commodans rem ad pignorandum, statim repetet soluto debito Bal. l. de restit. C.commod.

19 Cōparitio Domini † necessaria in Iudicio nunquam reuocat, sed firmat mandatum procuratoris, sed voluntaria ante litis contestationem, si cōtradictum sit, non reuocat, si verò est admissus Dominus, reuocat. Innocen. cap. petitio de procurat.nisi esset procurator in rem suam.l. si actor. ff.de proc. seu nisi protestetur, & accedat assistendo procuratori.l.Paulus.l.in rem.§.fin.ff.de proc. Bar.l.mutari.ff.de procur.

20 Cōpromissum † debet procedere ex mera voluntate compromittentium, sed postquam est acceptatum non potest recusari.l.3. ff. de arbitr. re-

uocatur

uocatur tamen per concordiam partium glo. & Bart.l.fin.ver.fratres.ff.fam.hercisc.l. non distinguendum.§.compromisso.ff.de arbitris.c.ex parte eod.titu.finitur etiam alijs modis, de quibus dixi in tract.mors omnia soluit.p.2.concl.23.num.63.not.tamen quòd pẽdente compromisso, quicquid contra ipsum agitur, reuocatur remedio attentatorum, de quo latè per Lancelot.tractat.de attentatis.parte 2.c.15. numero 34. & seq.latè.

21 † Concessio secunda uidetur facta cum lege apposita primæ concessioni. Spec.tit. de loc. § nunc aliqua versi.75. an autem valeat concessio secunda contra primam not Alex.consi.125. volom.2. item not.quòd concessio ecclesiæ bis facta duob. præualet titulata, non ea, quæ prior sit cum traditione possessionis Abb.c. suggestum de iure patr. item not.quòd concessio facta per Principem alicui de aliquo iure habente causam successiuam, vt quòd non teneatur ad collectas, potest reuocari per concedentem, nõ autem concessio alicuius rei, per quam fuit dominium quæsitum ei, cui facta fuit. Innocen. cap. in nostra de iure iurando, Abb.c.nouit de iudic.Bart.Socin.consi.14. num.2.volum.1.

22 † Confœderatio per decem annos, vel alio tempore, non uidetur renouata, ex eo, quòd post tempus, inuicem præstatur auxilium, Bald.ti. de pace const.§.item, uer. quæro.

23 † Confessio reuocata non gaudet beneficio statuti, sed perseuerata sic Bald.l.ea.quæ. C. de cõd. & dem. confessio tamen, acceptata per partem, & redacta in scriptis, parte præsente, non potest reuocari, nec contra eam admittitur probatio in cõtrarium.glo. cap. cum in positionibus versi. iusta causa de iure iurando 6. nisi fiat in continenti. ca. præterea de testibus cogendis, quia quæ fiunt in cõtinenti, censentur inesse.l.lecta.ff.si cert.pet.vel nisi facta fuerit per errorem. Alex.l. quicquid. ff. de verb.oblig. etiam si esset iurata, quando constat de errore, quia error excludit consensum; dixi latè de hoc in tract.de fort.cas.p.1.q.2.nu.13. similiter reuocatur confessio per contumaciam refectis expensis.gl.ult.& Doct.l.edicta.C.de edẽdo Ias.l.error.C.de iuris, & facti ign. item reuocari potest confessio erronea, etiam in causa appellationis, Bald.l.edita.C.de edendo, & non solùm per errantem reuocari potest, sed etiam per eius hæredem Ias.l.cum testamentum, C. de iuris, & facti ign. itẽ confessio in præparatorijs iudicij potest reuocari ante litis contestat. Paulus consi.141. Bart.l.non fatetur, de confess. Bald. l. error. C. de iur.& fact. ignor. non tamen potest reuocari post terminum præfixum ad reuocandum. Angel. §.si minus. Inst. de act. Bart.l.1.ff. de confess. Cepulla cart.148.glo.cap.ex literis, versi. admonita, de diuort. Bal.l.cum precum. C.de lib.causa. Item no. quòd confessioni primæ standum est, non secundæ contrariæ. Innoc.c.litteras, de præsumptio. c. causam.§.tatas, de testibus, c.per tuas, de probat. l.generaliter ff.de non numerata pecu. Item quæro an confessio testatoris facta de debito, eo conualescente possit reuocari? Respond. quòd sic, nisi creditor fuerit præsens, & acceptauit, seu pro eo Notarius stipulatus fuerit, vel fuerit facta ab vsurario, de vsuris extortis à certis personis, quia reuocari tunc non potest, sed hæredi nocet. Bal. & Doct.l. generaliter, C. de non numerata pecu. not.c.quamquam, de vsur. 6. Bald.l.cum quis.§. codicillus, ff.de leg.3. Areti.l. in hæredes. §. in testamentis, de testam. regulariter tamen confessio in ultima uoluntate non probat debitum esse, uel non esse. l. Aurelius.§.fin.ff.de lib. leg.l. Titia. §. Lucius, ff. de legatis secundo, si quis tamen in testamento confessus fuerit, quod Titius ei soluit debitum, sibi nocet, quin possit postea exigere ab eo, quam confessionem reuocare non potest. Bart.l. Lucius.§.quisquis, il 2. ff. de leg. 2. & l. cum quis, §. codicillus. ff. de leg. 3. Item confessio domini potest reuocari ex causa per procuratorem, no.l.si hominem, ff.mãd.l.error. C. de iur. & fact. ign. & confessio aduocati potest reuocari per clientulum, Spec. tit. de adu. §.iam nunc. ver. ex præmissis. Item confessio filij reuocari potest per patrem, sicuti confessio monachi per superiorem, Bald. leg. principaliter. C. de lib. causa. Bald. in add. ad Spec. tit. de confess. col. ult. ver. an pater, item confessio tertij super iure meo, non nocet mihi, immo potest reuocari per me Innoc.c. super de re iud. Bald. Margar. ver. confessio numer. 13. item confessio dotis receptæ facta constante matrimonio, potest reuocari vsque ad mortem. leg. cum hic. §. ait. ff. de dona. inter vir. & vxor. Bart.l. cum quis. §. Titia. ff. de leg. 3. Rom. sing. ver. dos. vers. dixi Bald.l.1. C. de inof. don. item confessio mariti testantis etiam iurata reuocari potest, quia facta in fauorem incapacis, cui vir donare non poterat. non potest tamen reuocari per hæredem mortui, sed bene per testatorem. Bart.l.cum quis. §. Titia. ff. de leg. 3. Aurelius. §. fin. ff. de lib. & posth. item confessio debitoris facta in fraudem creditoris, reuocatur per Paulianam actionem, & non nocet debitoribus. Bart.l. 1. & ibi doct. C. de confess. item confessio de recepto, facta sine scriptura, non obstat quin opponatur exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam post biennium, licet facta in scriptis reuocetur per dictam exceptionem intra biennium tantum. gl. l. si non singuli. c. si cert. pet. Gulielm. l. qui pecuniam. C. eod. tit. confessio tamen de recepto in alijs contractibus, quàm in mutuo statim nocet, nec potest retractari per exceptionem non numeratæ pecuniæ gl. inst. de lib. obl. in fine ver. extendatur. Bald. l. pecuniæ. C. de sol. item not. quatenus dixi confessionem posse reuocari, procedit etiam si fuerit facta coram arbitro. Bart. l. non fatetur. ff. de confess. similiter confessio erronea aduocati potest reuocari. l. 1. c. de errore adu. si tamen de errore non doceatur, dicitur confessio perseuerare. Ias. l. 2. C. de cust. reorum. similiter confessio ficta inducta per statutum, probato errore, potest reuocari. Ioann. Andr. in add. Spec. tit. de deposito. §. nouo rangente ver. verum: confessio tamen in tortura probat semiplene, etiam si reuocetur. Bald. l. in bonæ fidei. C. de rebus cred. Alex. l. 1. §. diuus. ff. de quæst. item confessio criminis etiam reuocata nocet, & dicitur perseuerata, nisi probetur erronea.

ronea. Sal. l. 2. C. de cust. reor. si tamen fuerit perseuerata, non potest reuocari, Spec. tit. de conf. §. fin. ver. sed non quid gl. c. ex literis. de diuort. hoc tamen non procedit in confessione facta in carcere, seu in reuocatione, quæ nihil operatur. Mers. Prax. crim. §. restat. nu. 16. in casu tamen, quo fit reuocatio, debet transire in notitiam procuratoris. Antonius de Butr. c. ex parte nume. 14. de rescr. de qua Paulus merenda consi. 91. nu. 17. inter consi. crim. Ias. l. serui electione, numer. 29. de leg. 1. Grammat. Decis. 34. nu. 46. Gem. c. postquam numer. 5. de accusat. 6. Dyn. c. quod semel numer. 3. de reg. iur. 6. Doct. com. capit. si cautio de fide instrum.

24 Confinatio reuocari non † potest per iudicem excommunicatum, qui ante excommunicationem, confirmauit ad tempus arbitrio suo duraturum. Bald. l. fin. C. de contr. empt. idem in l. centesimis. §. fin. ff. de verb. oblig.

25 Confines mutati non præsumuntur † ex diuturnitate temporis, nisi probentur. Bald. l. conuenticula. C. de episcopis, & cler. l. In finalibus. ff. fin. reg. not. l. demonstratio. ff. de cond. & dem. Socin. Iun. consi. 139. nu. 9. vol. 3.

26 Confirmationis natura est † adhibere robur, & validitatem actui confirmato, non autem illum nouare & extendere. Bald. l. aduersus. C. si adu. rem iud. l. nominationes, C. de appellat. Innoc. capitul. dudum de decimis, vbi si certa priuilegia confirmentur per Papam non intelliguntur confirmari, vt aliquod ius nouum detur, nisi aliter constet de intentione confirmantis. Bald. C. decernimus, de iud. vbi si princeps confirmet iurisd. delegatam, quæ erat nulla, tamen adhuc remanet delegata, nec princeps confirmando, censetur facere eam ordinariam, nisi princeps confirmet ex certa scientia, quia tunc per clausulam ex certa scientia, non solum dat robur actui confirmato sed etiam illum extendit. Doct. cap. 1. de confirm. vtili, vel inutili. Ias. l. more numer. 41. ff. de iur. omn. iud. Oldr. consi. 154. Bald. l. 3. C. si adu. rem Bald. c. 1. per quos fiat inu. similiter confirmatio per papam, facit de temporali, perpetuum. Ioan. And. c. cum inter de elect. Abb. c. ad audientiam de confirm. vtili, vel inutili. Lapus alleg. 9. item confirmans inualidum relictum videtur de nouo relinquere gl. & Bald. l. 1. ver. iudicium. C. de codicillis actus enim nullus denominatur à confirmante, & omnia nostra facimus super quibus authoritatem impartimur. l. 2. C. de vet. iure enucl.

27 Consanguineus † tutor suspectus non debet remoueri seu reuocari, sed sibi debet curator adiungi. Bart. l. si tutor. ff. de susp. Tutor. leg. vero. ff. de solut. Ludou. leg. 1. in fine. ff. de in ius vocando. Consanguineus iudex potest recusari suspectus. c. postremo de appell. Doct. leg. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud.

28 Cōscientia † alicuius quando aliquid relinquitur, statur eius dicto, nec potest reuocari, nec appellari nisi manifestè constet de iniustitia. gl. c. ita tutum. §. assessorem de rescr. 6. Doct. com. clem. 1. §. oneramus de iure patr. Gem. c. 2. §. fina. de iura. cal. 6. Imola. c. 1. de const. Ioan. And. c. significasti de homic. & quando agitur de magno præiudicio non autem si de paruo præiudicio agatur. Doct. dictis in locis.

29 Cōtumax † non potest reuocare tenutam, nisi refectis expensis. & præstita satisdatione. Bald. l. properandum. §. sin autem. c. de iud. Bar. Auth. ei qui. c. de bon. auth. iud. pos.

30 Creditor, qui cōtra † debitorem egit super assistenna, & appretiatio. certorum bonorum, vigore instrumenti sententiamque in eius fauorem obtinuit, non potest variare super alijs bonis capicius decis. 33. in terminis. item creditor secundus præfertur primo neganti pignus esse debitoris Bar. authen. item. c. qui pot. in pign. hab. etiam si postea confiteatur esse debitoris, nisi confiteatur in causa appellationis. item creditor secundus præfertur priori in re hypothecata, soluēdo priori debitum, & prior cedat ei actionem expressè. l. mulier. ff. qui pot. in pign. hab. Bald. l. 1. C. eod. tit. Bald. l. secundus. C. de pignor. Doct. l. iubemus. c. ad Velleianum, secus si de hoc expressè non agatur. Bald. in l. 1. C. de his, qui in pri. cred. loc. succ. gl. & Bar. l. Arist. ff. quæ res pign. obl. poss. item creditor, secundus agere potest hypothecaria contra priorem creditorem, qui pignus emit, vel in solutum accepit Bal. l. 1. c. si ant. cred. l. cum tibi. c. qui pot. in pign. hab. item creditor secundus habens specialem hypothecā in vna re, præfertur priori habenti generalem in omnibus rebus debitoris, etiam si primus creditor, vel extraneus possideat rem ipsam specialiter obligatam, secundo creditori gl. & Bart. l. 2. ff. de pignor. quòd est verum si bona generaliter hypothecata sufficiant, aliàs præfertur primus ex vi generalis hypothecæ Bald. l. quamuis. C. de pigno. Ang. l. 1. ff. qui pot. in pign. hab. l. 3. §. fin. ff. eod. titu. item creditores posteriores præferuntur prioribus in fructibus postea quæsitis gl. l. in operis ff. locati gl. & Doct. l. sed an. ff. quòd cum eo item creditor secundus habet retentionem rei pro sumptibus in ea factis. l. interdum, & l. seq. ff. qui pot. in pign. hab. Bart. & Alex. l. si non sortem. §. si centum. ff. de cond. indeb. itē secundus creditor præfertur primo in casu. l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab. nota tamen quòd creditor non reuocat alienationem bonorum sibi obligatorum. not. l. 2. c. de his, quæ in fraudem cred. nec dationem in dotem sine fraude factam. item non agit actione reuocatoria contra emptores bonorum sibi hypothecatorum nisi prius facta discussione bonorum principalis. l. 3. c. de reu. his. quæ in fra. cred. item reuocat alienata in fraudem ipsorum tot. tit. de his, quæ in fr. cred. quando erant sibi hypothecata. l. 2. C. de reu. his quæ in fraud. cred.

31 † Curator ad litem non potest reuocari post litem contestatam. l. cum semel. ff. de tutelis Doct. l. si quis. §. vnius. §. Iulianus, ff. de proc. ante litem tamen contestatam reuocatur per constitutionē secundi, cum decreto iudicis, causa cognita. Bart. d. §. Iulianus.

32 † Datio in solutum non reuocatur per pœnitentiam. Bal. l. successores. C. de solut.

Deci-

33 † Decimatus semel non debet iterum decimari. Soc. cons. 302. vol. 2.

34 † Declaratio semel facta non potest variari. Paulus. l. qui duos num. 2. ff de leg. 1. nec aliquid noui facit declaratio. Card. clem. constitutionem. §. 1. de elect. l. hæredes. §. etsi. ff. de testam. Bald. c. cum dilect. de accusat. sicuti, qui excutit grana ex spicis Fulg. cons. 148.

35 Dilatio data si reuocatur omni casu potest appellari, & valet reuocatio, si non appellatur. Doct. c. significante, de appell. Innoc. c. sacro de sent. excommun. gl. c. ex eo de elect. 6. item dilatione pendente dilatio noua assignari non potest, nec duæ simul, nisi sint contiguæ. l. siue pars. c. de dilat. Bartol. tamen. l. quamdiu. ff. de acq. hæred. dicit quod sic, sed incipit secunda, finita prima, non ante & intelligitur super eodem, nam super diuersis capitulis. potest concedi Doct. c. significante de appellat. Bar. l. 2. ff. de re iud. Bal. l. fi. c. qui admitti. item nota, quòd dilatione pendente, nihil est innouandum. Doct. com. c. significante de appell. nisi detur noua dilatio super alio articulo concernente primam, puta ad probandum per instrumenta, licet pendeat data ad probandum per testes. l. generaliter. §. nulla. C. de reb. cred. Secundò hoc fallit, nisi causa primæ dilationis sit finita. l. à filia. §. alumno. ff. ad Trebell. Tertiò fallit, quando est reuocata de consensu partium. Bal. l. siue pars. C. de dilat. Quartò fallit nisi ex causa suspicionis innouaretur. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. Fallit etiam alijs modis, vt per Lancell. tract. de attent. par. 2. c. 7. nu. 9. & seq.

36 † Dominium nõ mutatur per locationem. Bar. l. non solum. ff. loc. Bald. l. manumissionem. ff. de iust. & iure.

37 † Dominus feudi nõ potest immutare formam antiquam feudi in præiudicium feudatarij. Bal. l. 1. col. pen. c. quando non pet. part. nec illud auferre vni, & dare alteri.

38 † Dotis assignatio facta mulieri inter viuos non potest postea ex testamento, aut ex alia dispositione ab eodem, qui assignauit, & multo minus ab hærede illius reuocari, & alia assignatio fieri, sieque doti iam datæ, absq; mulieris consensu, præiudicari: ita in puncto Ber. cons. 47. volu. 2. item not. quòd dos soluto matrimonio restituta, non dicitur dos Bal. l. 2. ff. sol. matr. l. cum in fundo. §. quod si. ff. de iure dot. Bar. Socin. cons. 147. vol. 1. quæ dos soluto matrimonio reuertitur ad patrẽ. l. dos à patre c. solut. matr. Doct. l. 1. §. fileat. ff. de rei vx. act. Bar. l. post dotem q. 5. ff. sol. matr. & hoc quando vir primò decessit, Secundò mulier, secus si vxor prius decessit, superstitibus filijs. Bald. l. Bar. l. post dotem. ff. sol. matr. item not. quòd dos data ob matrimonium prohibitum, reuocatur, & reperi potest. l. auunculo. ff. de cond. sine causa gl. l. 1. ff. de cond. ob causam, Doct. Com. l. 1. C. eod. tit. de cond. ob causam. in casu tamen restitutionis dotis non statim, si est mobilis, sed intra annũ, sed immobilis statim. l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. act. nisi res mobilis sit subrogata loco rei immobilis, scilicet fundi, nam tunc sicuti de immobili, iudicandum esset; l. cum in fundo. §. si fundus. ff. de iure dot. Item in omni casu restitutionis dotis, causa dicitur summaria, & priuilegiata, sicut causa matrimonialis. Card. clem. 2. q. 30. de iud.

39 † Ecclesiæ statum Episcopus mutare non potest absque consensu Patroni. Lambert. tract. de iure Patr. lib. 3. q. 6. princ num. 3. Item not. quòd mutatio Ecclesiæ contingit fieri, quatuor ex caussis, scilicet, aut necessario, aut vtiliter, aut voluntariè, aut temerariè. Calcan. cons. 31. nu. 31.

40 † Electio semel facta, & subsequuta, vel postquàm præstitero consensum electioni ab alijs factæ, non potero reuocare, nisi ex causis postea emergentibus, vel nisi mores electi de nouo, pandantur, vel alterum vitium, quod verisimiliter ignorare potuerimus. c. nulli de elect. 6. l. serui electione. ff. de leg. 1. l. huiusmodi. §. Stichum. ff. de leg. 2. l. statuliberum. §. Stichum de opt. legata. l. apud Aufidium. ff. de decur. l. fi. ff. de confirm. tutore, fallit in casu, qui non consumitur in prima electione vnum. ff. de leg. 2. l. cum Pater. §. à filia. ff. eod. tit. din. c. quod semel num. 11. de reg. iur. 6. Tiraquell. tract. de vtroque retrouen. §. 24. 7. vnica, num. 1.

41 † Emendatio actionis libelli, & sententiæ quomodo, à quo, & quando fieri debeat, notat. infra suis in locis.

42 † Emancipatio non rescinditur per restitutionem in integrum. Bald. l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. quæ lib.

43 † Æstimatores variantes inter se, tenentur de falso. Bar. l. testator. §. qui indiuisam. ff. de legat. 2. quod intellige de variatione, quæ oritur penes aliquem in se ipso, nam æstimatoribus tribus æstimantibus diuersimodè, quia unus in decem, alius, in quindecim, alius in viginti, debent omnes summæ coacervari, & Iudex debet æstimare in tertia parte totius summę, & sic in quindecim. Sal. l. hac edictali. §. his illud. C. de sec. nupt. Alex. l. si fundum. ff. mand. Bal. l. 1. c. si seruus extero gl. l. cum in eo. ff. de pact.

44 † Hæreditas semel adita amplius repudiari non potest. l. sicut. C. de repud. hæred. per restitutionem tamen in integrum repudiari potest à minore. l. si minore. ff. de acq. hæred. l. si necessarijs de minoribus. Doct. Com. l. fina. C. de repud. hæred. Dyn. c. quod semel, num. 12. de reg. iur. 6. similiter adiri potest, ad commodum alienum. Bal. l. nõ iustam. C. ad Trebell.

45 Hypotheca † non reuocat legatum præcedens. l. 3. C. de legatis. quæ non reuocatur per alienationem rei postea factam per debitorem alteri. Bald. l. debitor. C. de pignor. si tamen fuerit dissoluta per alienationem pignoris factam per debitorem cum consensu creditoris, non acquiritur amplius, de nouo in pignore, etiam si illud postea debitor redimat, quamuis sint hypothecata omnia bona præsentia, & futura, Bald. leg. soluta. C. de remissi. pign. item not. quod hypotheca bonorum non soluitur, licet, non seruetur noua transactio, pro qua hypotheca cõstituta est, quia illa durat etiam pro obseruantia prioris actionis. Bart. l. fin. ff. quibus mod. pig. tac. contra. item not. quòd hypotheca non extinguitur, licet rei hypothecatæ quali-

tas mutetur, vt quia de domo fiat hortus, vel contra. l. si fundus. §. si res, & ibi. Bart. ff. de pignor. item hypotheca sicut potest induci, & tolli solo consensu, ita & sola confessione. Bart. leg. cum testamentum. C. de iur. & facti ignor. item hypotheca renuntiata per mulierem, in vna re tantum, remanet salua in alijs. Doct. leg. iubemus. C. ad Velleianum.

46 Immunitas concessa † non potest reuocari per concedentem præsertim, quando transiuit in contractum. Alex. l. quod semel. ff. de decr. ab ord. fac. consi. 115. vol. 2. Bart. leg. priuilegium. C. de sacro sanct. Eccl. Bald. l. qui se patris. C. vnde liberi.

47 Infamia non tollitur, † nec reuocatur per emendationem vitæ not. cap. testimonium de testibus Alex. l. Prætor. §. is etiam. ff. de edendo.

48 Inimicitia non censetur † remissa nisi probetur reconciliatio Innoc. ca. cum oporteat de accusatione. Bald. auth. si dicatur. C. de testibus, quia voluntas semel posita, semper præsumitur durare, nisi probetur mutata. leg. sancimus. ff. de testam. c. maiores de Baptismo. l. eum, qui. ff. de probat. dicetur tamen remissa, si probetur conuersatio, vel potatio adinuicem gl. §. in summa inst. de iniur. Bald. d. Auth. si dicatur. item si vnus constituatur tutor ab altero. l. athletæ. §. dant, & §. inimicitiæ. ff. de excu. tutor gl. §. inimicitiæ inst. eod. item per legatum factum vni ab altero Bart. l. 3. §. fina. ff. de adim. leg. item per indicia eo quod alter alteri seruitium præstitit. Bald. l. in ipsis. c. fam. hærc. not. tamen, quod inimicitia prouemens tacita arguit reuocationem institutionis, vel legati, vel fideicommissi, etiam si duobus testibus probetur. Bart. l. ex parte de adim. leg. Bal. & Paulus. l. sancimus. C. de testam. l. fideicommissum. C. de fideicom. Bart. l. si inimicitiæ. ff. de his quibus, vt indign. quod est verum, si legatarius dedit causam inimicitiæ, aliàs non Bart. l. cum tabulis. §. quoniam. ff. eod. & verum est ope exceptionis, non autem ipso iure. Bald. leg. fideicommissum. ff. de fideicomm.

49 Instrumentum varium non † caret falsitatis suspicione. Cephal. consi. 282. num. 14. sicuti non caret falsitate testis varius Ruin. consi. 150. nu. 9. vol. 5. Item not. quod instrumentum cancellatum probat debitum præcessisse, sed solutum esse Bart. l. qui tabulas. ff. de furt. Bal. rubr. C. de fide instr. Bald. l. Barbarius ver. item. ff. de offic. præt. similiter habetur pro cancellato si aliter constet de solutione debiti. Bald. l. inductum. C. de solution.

50 Interpretationem † certam, quæ habuerunt, minime sunt mutanda. leg. minime. ff. de legibus Bellamera. C. interposita numer. 16. de appellationibus.

51 Inuestituræ forma antiquitus † constituta, non potest mutari per dominos in præiudicium territ. Bald. l. r. C. quando non pet. part. Dec. consil. 185. & consi. 193. Curt. tract. feud. 2. p. q. 7. item not. quod inuestituræ reuocatio erronea, non nocet Alex. 9. nu. 10. uol. 5. quando autem est valida, intelligitur facta in qualitate primæ inuestituræ, Alex. consi. 106. num. 14. volumin. 4. Bald. consil. 215. num. 4. volumin. 2.

52 Ipso iure † vbi aliquid fit, non est locus pœnitentiæ. gl. clem. ne in agro. §. quia de stat. Monac. Bald. auth. habita. C. ne filius pro patre. Abb. cap. non magno ne cler. vel mon. Rom. consi. 432. Tiraquell. leg. si vnquam ver. reuertatur. C. de reuoc. don.

53 Iudicium, vbi cœptum † est ibi finiri debet. l. vbi cœptum. ff. de iudic. nec dicitur mutari mutatione iudicis. l. proponebatur. ff. de iudic. fallit primum dictum, Primo, quando controuersia poterat finiri coram Primo iudice, aliàs secus. Abb. c. postulasti, de homicidio. secundo non habet locum, vbi agitur de præiudicio alterius iurisdictionis, Ioan. Mon. c. accusatus de hæret. 6. Tertio fallit quando mutat domicilium. Bart. l. sepulcri. ff. de sep. viol. quarto fallit, vbi esset negligentia iudicis, vel contumacia rei. Abb. capitul. dilecti, de foro comp.

54 Laudum secundum, non tollit † primum, quando primum latum, fuit vigore statuti disponentis. Laudo latum, parendum esse, Anch. consi. 221. in terminis, non tamen valet laudum latum per primum arbitrum, si pendente primo compromisso, fuit factum secundum in alium.

55 Negotiorum gestor volens † recedere à gestione, tenetur ad interesse, si recedat, domino cer uorato, qui sit minor. leg. 2. & ibi Doct. ff. de eo, qui pro tutore.

56 Præiudicium tertio, † cum infertur non licet variare. Henricus. c. pastoralis nu. 6. de iur. iur.

57 Tertio cum est † ius quæsitum, non est locus reuocationi. Ber. consi. 37. nu. 15. vol. 1.

58 Taxa beneficij consueta † dicitur per quadraginta annos, quæ mutari non potest Cardin. clem. 2. q. 7. de decimis, iudex autem quando reuocet taxam. Alex. l. videamus. §. differre. ff. de in lit. iur.

59 Tenuta non reuocatur, † quando nullus est paratus docere de iure suo. Alex. l. eum, qui. ff. de priuil. cred. item reuocatur per contumacem. Bal. l. properandum. §. fin autem. C. de iudic. item reuocatur satisdando de iudicio sisti auth. ei, qui. C. de bon. auth. iud. poss. l. si quis emptionis. §. sed, & si quis. C. de præsc. trig. annorum: item reuocatur vbicunque non potest imputari culpa. Bald. l. de die. §. & planè. ff. qui satisd. cog. non tamen reuocatur, quando cōceditur ex causa iudicati, nisi soluatur. l. properandum. §. fin autem. c. de iudic. item non reuocatur etiam si non rite concedatur dummodo pro vero debito esset iterum concedenda. Angel. l. si finita. ff. de damno infecto.

Pro declaratione huius regulæ, distinguendo dicas, aut sumus in contractibus, aut in iudicijs, aut in vltimis voluntatibus, si sumus in contractibus nominatis, aut innominatis: in contractibus nominatis non licet regulariter pœnitere, licet fallat in casibus, qui notantur. l. sicut. C. de act. emp. l. de contract. ff. de rescin. vend. in contractibus verò innominatis, aut res est integra ex vtraque parte, & tunc vtrique contrahentium pœnitere licebit, aut contractus est vestitus per alterutram partem, & tunc vestienti licebit pœnitere, alteri non not. l. si pecuniam. ff. de cond. ob causam, de qua re latè tractatur per Fely. c. præsentata col. 2. de te-

de testibus. Ioan. Bapt. tract. de pact. q. 6. Docto. l. quicquid. ff. de verb. oblig. Rom. Auth. similiter. C. ad l. Falc. si verò secundò casu, sumus in iudicijs, & tunc distinguendo dicas: aut iudex variare intendit, aut partes: si iudex, aut sententia non tenet ipso iure, & tunc ipse idem, si est ordinarius potest secundò pronuntiare, si est delegatus pronuntiabit delegans. l. si præses. C. quomodo, & quando Iudex. l. si vt proponis. ff. de accusat. si verò teneat, ipso iure licet iniquitatem contineat, non pôt p eundem reuocari l. iudex. ff. de re iud. l. diui fratres. ff. de pœnis. l. quod iussit. ff. eod. titu. l. post sententiam. c. de sent. potest tamen appellari, & per iudicem appellationis de iniquitate cognosci, & cognita iniquitate sententia corrigi. l. præses. ff. de re iud. l. 1. ff. de appell. si tamen esset Iudex à quo nulla daretur appellatio, & cognosceret eius sententiam, iniquitatem continere; illam corrigere posset, not. doct. l. ab executione. ff. de appell. c. nouit. de iudic. l. si vt proponis. c. quomodo, & quando Iudex. c. qualiter, & quando de accusat. si verò loquamur de variatione partis; tunc distinguendo dicas: aut confessio facta fuit in iudicio, aut extra iudicium: primo casu non potest reuocari, siue fuerit facta cum causa, siue sine causa. l. 1. ff. de interroga. act. & isto in casu etiam sub distinguendo dicas: quod aut constat confitétem errasse, aut constat non errasse, aut dubitatur: primo casu, aut errauit in facto, aut in iure: si errauit in facto, non nocet confessio, & reuocari debet, nisi sit factum publicè notum, uel sit in facto proprio: si errauit in iure, error non excusat, & ideo nocet confessio. l. non fatetur. ff. de confess. præsertim in errore iuris naturalis, qui non toleratur, licet tractetur de lucro captando, siue, de damno euitando: vel melius dicas: aut confitens errat in facto, aut in iure, primo casu, aut in facto alieno, aut proprio: si in facto alieno, aut erat publicè notum, vel sibi notum esse debebat, quia gessit negotia eius, & tûc error non excusat, aliàs benè excusaret, si in facto proprio: aut certat de damno vitando, aut de lucro captando: si de lucro, error non toleratur in proprio facto: si de damno euitando, aut cum alterius iniuria, & tunc error in proprio facto non toleratur. l. quanquam. ff. ad Vell. aut sine alterius iniuria, & tunc error in facto proprio excusat, & toleratur. l. sed & si. ff. de conditio. indeb. §. cum inter inst. de act. emptio. si verò erratũ fuerit in iure, tunc aut ciuili, aut naturali, aut quasi naturali: si in ciuili, aut in iudicio, aut extra: si in iudicio, si quidem ante litem contestatam, error excusat probata causa erroris legitima. l. de ætate. §. qui iusto. ff. de inter. act. si post litem contestatam, ignorantia non excusat. capit. ignorantiam de reg. iur. 6. si errat extra iudicium, aut agitur de damno vitando, aut de lucro captando: & si de damno vitando, aut erratur in eo, in quo requiritur dolus verus, aut in eo, in quo sufficit dolus præsumptus, vel lata culpa, vel leuis, & multò fortius leuissima: & si in eo in quo requiritur dolus verus, iuris ignorãtia excusat. l. si quis in graui. §. si quis ignorans. ff. ad Syllan. si erratur in eo, in quo requiritur dolus præsumptus, vel lata culpa, tunc si quidem, erat publicè notum, verè, vel præsumptiuè, vt quia, à tempore publicationis concurrerunt duos menses, iuris ignorantia, non excusat, l. leges. c. de legibus. l. constitutiones. ff. de iur. & facti ign. Sed si non erat publicè notum, verè, vel præsumptiuè, iuris ignorantia excusat. l. fin. ff. de decr. ab ord. fac. Sed si agatur de lucro captando, si quidem cum alterius iniuria, vt per vsu capionem, iuris ignorantia non toleratur, nec excusat, siuè potuit peritiores consulere. l. iuris ignorantia. ff. de iur. & fact. ign. Sed si sine alterius iniuria, si non potuit peritiores consulere, iuris ignorantia non excusat. l. regula. §. sed iuris. ff. de iuris & fact. ign. si verò erratur in iure naturali, non excusatur: idem si erretur in iure, quasi naturali. l. 2. c. de in ius voc. cum uerò dubitatur an errauerit, in dubio dicendum est non errasse, quia nemo existimandus est dixisse, quòd non mente cogitauit. l. habeo. §. idem tubero. ff. de supell. legata. si verò sumus in vltimis uoluntatibus, tunc aut dispositio stat in finibus vltimæ voluntatis, aut transit ad naturam, contractus: primo casu, aut in primo testamento est clausula, quòd non possit reuocari, aut non: si nulla est ibi clausula, ad hunc effectum semper solemne, secundum testamentum tollit primum: si verò adest clausula derogatoria, tunc requiritur, quòd specialiter reuocetur primum, alias non intelligeretur reuocatum. l. si quis in principio. ff. de testã. si verò transiret in naturam contractus, tunc dispositio esset irreuocabilis. l. vbi ita donatur. ff. de don. causa mort. dign. c. ignorantia, & c. quod semel placuit num. 24. de reg. iur. 6. quando autem actus verificetur in prima uice adeò, ut amplius variare non liceat; vide, quæ dixi in tract. de reg. iur. p. 1. reg. 4.

Secunda autem regula generalis est, quòd vltima derogant primis. l. pacta nõuissima. C. de pac. l. si mihi. §. in legatis. ff. de leg. 1. l. duobus. §. idem ff. de iure iurando. l. si quis conductionis. ff. de acquir. poss. pro cuius Regulæ declaratione ponam inferius ampliationes, & limitationes in hunc qui sequitur modum videlicet, &c.

1 † Acceptilatio facta in fraudẽ creditoris reuocari potest, quomodo autem petatur talis reuocatio, not. Specul. de rebus eccl. non alienand. Bertach. ver. acceptilatio nu. 24. acceptilatio enim inualida, non liberat. not. Doctor. l. 1. capitulo de acceptilat.

2 Accessorium reuocatur, † reuocato principali. Cardin. clem. 1. de immun. eccl. accessorium enim naturam sequitur sui principalis. c. accessorium de reg. iur. 6.

3 Actio ex testamento variari † potest per agnatos ascendentes, & descendentes vsque ad quartum gradum, & cognati vsque ad tertium. l. fin. C. de codicill. etiam si bene deliberati, & ex certa scientia hoc elegerint. Boer. decis. 33. num. 19. de alijs actionibus dicam infra ver. libellus.

4 Actus nullus admittit † variationem Ant. de Butr. c. cum laici numer. 2. de iure patr. similiter actus primus reuocatur per secundum, licet aliàs per ipsum non posset induci, quando sumus in his,

his, quæ pendent à mera voluntate vnius Alex. l. si pluribus num. 4. ff. de leg. 1.

5 Administrator, potest † ad libitum reuocari, & si fuerit bonorum pupilli, debet statim ei interdici administratio, maximè, si venit remouendus, aliàs non Bart. l. si tutor, & l. decreto. ff. de suspect. tutor. & hoc verum, nisi sit coniuncta persona pupillo, nam tunc, non debet remoueri, sed sibi debet dari adiunctus. l. si tutor. ff. de suspect. tutor Barr. l. quod si. §. sunt quidam. 3. q. ff. de suspect. tutoribus.

6 Adoptio facta à malo homine † de filio minore, reuocatur per restitutionē in integrum. Spec. tit. de rest. in integrum. §. 2. in princ.

7 Aduocatus potest † variare, qui consulit pro vna parte, & mutare consilium, si videt veritatem ad oppositum. Bald. l. fin. §. sed cum. c. de furt. c. ne innitaris, col. 6. de const. Angel. l. Labeo. ff. de seru. rust. præd. vbi tamen monet esse cauendum, tanquam ab igne, propter malignitatem linguarum, non in bonam partem sed potius in falsitatem trahentium. Ias. l. edita num. 8. C. de edendo: dicam infra ver. consilium.

8 Allegans contraria non auditur, nam † vnum reuocat alterum. doct. l. 1. C. de furt. Ang. §. illud auth. de trient. & semisse: nam variare dicitur, qui primo dicit aliquid, deinde contrarium nulla assignata causa variationis. Innoc. c. præterea de testibus, ideo horum testimonium non valet, immo puniuntur. l. nullum. C. de testibus: quæ variatio regulariter reprobatur.

9 Appellatio † secunda tollit primam, quando secunda fit animo nouandi primam, & fit prosequutio secundæ. Doct. l. cum procurator. §. si Dominus. ff. de nou. oper. nunc. Ias. l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. Cassan. de gloria mundi consi. vlt. p. 12. nu. 19. & hoc quando fit coram eodem iudice, nam appellans coram vno iudice, non potest pœnitere, & appellare coram alio, quando primus est competens. Doct. l. si quis libellos. c. de appellat. l. fin. C. eod. tit. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de appell. §. nunc tractemus in fine: similiter appellans ab electione Episcopi, non potest desistere, & appellationē renunciare. c. quamuis de appell. 6. Doct. l. si quis libellos. C. de appell. item appellans non potest renuntiare appellationi communi, quæ deuoluit ius vtriusque patris, inuito appellato, aliàs sic. c. accepta de appell. Bald. l. edita in 6. oppos. C. de edendo, & in l. per banc. C. de temp. appell. nam appellans potest appellationē renunciare, quatenus appellatio tendat in sui fauorem, non quatenus ad sui odium. Socin. consi. 45. vol. 1. item appellans transigendo videtur renunciare appellationē. Bart. l. tale. §. qui prouocauit cum gl. ff. de pact. item appellationi dicitur renunciatum, quando ipsa appellatio est deserta. not. c. cum causa de re iud. c. personas. c. cum sit de appell. appellatio enim deserta habetur pro non interposita gl. l. 2. C. de temp. appell. appellatio tamen ab interlocutoria deserta non tollit ius appellandi, à diffinitiua. Ioan. Andr. c. cum causa de re iud. c. dilecto de appell. clem. si ante de dolo, & cont. similiter appellationis desertio non obstat, quia iudex appellationis possit de meritis causæ cognoscere ex officio, de negotio principali deuoluto, ratione publici interesse, secus autem ratione interesse priuati, pro quo iudex ex officio intromittere se nō potest doct. c. constitutus de appellat. Cardin. clem. constitutionem. §. insuper q. 1. de elect. & quatenus dixi appellationi posse renunciare, intelligas, vt facilius renuncietur appellationi factæ, quàm faciendæ not. c. quod ad consultationem de re iud. & quando est renunciatum appellationi, non potest iterum appellari licet pendeat terminus ad appellandum Cardin. c. significauerūt de testibus Innoc. c. sollicitudinē de appell. Alex. l. si qui separatim de appell. quando enim partes renunciant, nulla debet appellatio admitti. l. fin. C. de temp. appell. item appellationi videtur renunciatum, qui reuertitur ad iudicem, à quo, & facit actum coram eo. c. gratum de officio de leg. nisi actus impugnetur per partem, seu per iudicem, à quo Alex. l. si qui separatim. ff. de appell. vel nisi iudex, à quo detulerit appellationi. Bald. l. postquam col. 5. ver. 3. de pact. similiter nisi actus sonet in pati, non si in facere. Innoc. c. olim de rest. spol. nisi actus sonans in facere, tendat ad fortificandum appellationem. gl. & doct. C. si à iudice de appell. 6. ver. teneri. Alex. consi. 207. vol. 4. not. tamen, quod renuncians appellationi, debet condemnari in expensis. c. interposita. §. ille de appell. nisi appellans habuisset iustam causam appellandi. c. 1. in fine de appell. 6. c. cum venissent de eo, qui mit. in poss. causa rei ser. §. sed de his latius dicetur, cum de renunciatione tractabimus. item not. quod pendente termino ad appellandum, qui est decem dierum auth. hodie. C. de appell. c. non solum de appell. 6. qui non potest prorogari, neque abbreuiari per iudicem Francus. c. cum sit Romana nu. 7. de appell. etiam de consensu partium, Asin. §. 2. c. q. in princ. quo tempore pendente quicquid nouatum erit reuocabitur in vim attentatorum, paria enim sunt appellatum, & esse infra terminum ad appellādum, etiam quo ad attentata reuocanda. c. non solum de appell. 6. gl. l. 1. ff. nil nou. appell. pend. Lancellottus tract. de attentatis. p. 2. c. 11. numer. 14. vbi ampliat. & limitat hoc dictum pluribus modis. Vltimo notandum est quod appellatione pendente, nil nouandum est tot. tit. nil nou. appell. pend. si quid autem nouatum fuerit, reuocandum erit remedio attentatorum facit l. 1. & tot. tit. nil nou. appell. pend. ampl. & lim. vt dixi in tract. de reg. iur. p. 2. reg. 8. per totum.

10 Assignatio termini † potest per iudicem, sicuti interloquutoria reuocari. Abb. c. significante col. 3. de appell. Bald. Marg. iudex vers. 108. dicam infra ver. terminus.

11 Bannum debet † reuocari, quando bannitus purgat contumaciam Bald. l. 1. C. de hæred. inst. Alex. l. fin. ff. de pœnis, & in quo casu banno reuocato, non recuperentur bona, & pœna non euitetur. Bald. d. l. 1. col. 8. similiter bannum cum sit interlocutoria, potest per iudicem reuocari Ias. leg. quod iussit. ff. de re iud. quod sit interlocutoria; ponit Felinus rubr. de re iud. col. 10. Paris. de puteo

secunda, vti cum iuramentum non referatur ad enormem læsionem. doct. auth. sacramenta Puber. c. si adu. vend. item not. quod quamuis vna partium renunciet d. beneficio, non tamen dicetur renunciasse altera nisi ipsa quoque renunciet. leg. iubemus. C. ad Vell. leg. si vnus. §. in summa. ff. de pact. item not. quod licet in Instrumento ponatur clausula solita, & si quid pluris valet donauit, non per hoc intelligitur renunciatum, beneficio d. leg. 2. Bart. l. si quis cum aliter. ff. de verbor. obliga. dummodo ignorauerit deceptionem, nam si sciuisset ualorem rei tunc cessaret d. remedium, leg. si libertus, ff. de oper. libert. præsumitur autem scientia, vel ignorantia isto casu ex coniecturis: in dubio tamen potius præsumitur ignorantia cum nemo præsumatur iactare suum, licet in vendente præsumatur scientia valoris rei, per eum venditæ. leg. quisque. C. de rescinden. vendit. quæ tamen præsumptio tollitur, quando est excessus vltra dimidiam insti pretij, ratione iam dicta, item not. quod hoc remedium cessat in venditione facta decreto iudicis. Bart. l. 1. C. de præd. Dec. lib. 10. idem in datione in solutum propter executionem rei iudicatæ. Bald. l. ordo. C. de exec. rei iud. idem in transactione. l. Lucius. §. fin. ff ad Trebell. idem si quis damnatus esset à testatore, vendere rem pro certo aliquo pretio. Bal. l. si fideicomm. §. meminisse. ff. de leg. 1. l. Imperator. §. si centum. ff. de leg. 2. item non competit hoc remedium contra emptorem emptoris, quando ipse emisset iustum pretium, vel haberet onerosum, vel iustum titulum arg. leg. apud. C. de doli exc. nisi solum in subsidium, quando prior emptor non esset soluendo, vel non reperiretur, quo casu, ne venditor versetur in damno, habet regressum contra secundum emptorem. l. planè la 2. ff. de leg. 2. l. fin. ff. de eo per quem fact. fuerit. Bald. l. qui solidum. §. 1. ff. de leg. 2. similiter datur contra emptorem emptoris, quando emit minus dimidia iusti pretij, vel quando haberet titulum lucratiuum, vel nullum. Fabianus tract. de empt. q. 8. nu. 23. Tertio modo rescinditur emptio, si facta fuerit per metum, maximè si pretium restituatur leg. prima. C. de resc. vendit. Quarto modo rescinditur emptio, si dolo. C. eod. titu. & leg. dolus eod. titul. Quinto venditio facta in fraudem reipubl. irritatur, & emptor conscius in pretio mulctatur, leg. hi, qui. C. eod. titu. Sexto proceres palatij non possunt emere res subhastatas à fisco. leg. fin. C. eod. titul. Septimo, emptio facta ab administratore reip. rescinditur. leg. vnica. C. de contr. iudic. nisi fuerit obtenta licentia à superiore. Octauo ab emptione facta cum filio solo, super re particulari, potest recedi, etiam pacto inito cum solo patre. leg. prima. ff. de resc. vend. Nono ab emptione potest recedi etiam nudo pacto re integra, secus si res non est integra. leg. secunda. ff. eod. titul. Decimo potest recedi ab emptione nudo pacto vtriusque partis etiam si fideiussor datus fuerit. leg. emptio. ff. de resc. vend. Vndecimo potest rescindi venditio rerum alternatiuè mercatarum, in vna parte tantum de alternatiuis. leg. si emptio. ff. de resc. vend. Duodecimo resoluitur emptio nudo consensu, si res non fuerit sequuta, si tamen res vendita pereat, secus est, & ideo actio ex vendito, & empto locum habebit. leg. cum emptor. ff. de rescin. vend. Decimotertio rescinditur emptio, si intra tempus conuentum displicuerit. leg. si conuenit. ff. de resc. vend. Decimoquarto per contractum semiplenum, seu imperfectum, non receditur à contractu pleno, seu perfecto, sed contrà sic, leg. si id quod. ff. eod. titul. Decimoquinto procurator subscribens se venditioni factę à seruo Seij, ignorans Seium decessisse, & se ab eo hæredem scriptum, non sibi præiudicat quominus possit rescindere contractum. leg. Titius. ff. eod. titul. Decimosexto resoluitur contractus emptionis, quando dictum sit, nisi soluatur tali die res sit inempta: tunc si stata die non fuerit facta solutio, dicetur facta rescissio contractus, leg. fin. ff. de resc. vend. Decimoseptimo rescinditur contractus emptionis per actiones ædilitias nempe redhibitoriam, quanto minoris, & in factum. leg. prima, & seq. C. de ædil. edicto. Decimooctauo ratione ætatis. leg. prima. C. si aduers. vend. Decimonono, ratione erroris, quia excludit consensum, vt dixi in tractat. de fortuit. cas. parte prima, quæstione secunda. Vigesimo ratione solennitatis æmisso, vt in prædijs ecclesiasticis extr. ambitiose de rebus eccles. non alien. & in bonis minorum. leg. lex. C. de adm. tutorum, & in bonis debitorum. Reipublicæ. Azo. in summa. C. de resc. vend. numero septimo. Vigesimoprimo venditio omnium bonorum, vel maioris partis, pro modico pretio, reuocatur per superuenientiam filiorum, sicut donatio per leg. si vnquam. C. de reuocat. donat. Bald. leg. prima, not. tertio, C. de pactis. Vigesimosecundo venditio prohibita à statuto dicitur nulla, etiam si statutum non annulletur, Bart. leg. quod ait. ff. de diuort. Vigesimotertio venditio omnium bonorum facta à debitore, præsumitur in fraudem creditorum, & retractatur, leg. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraudem credit. Vigesimoquarto venditio plurium rerum simul facta, rescinditur in totum propter vitium vnius restantum. leg. cum eiusdem. leg. ædiles. §. cum autem. ff. de ædil. edicto Alex. leg. prima. §. pen. ff. de verbor. oblig. resoluitur vltimo per pactum, de retrouendendo de quo per doct. leg. secunda, C. de pact. inter empt. & vend. & Franciscus Zoanettus. tractat. de empt. & vend. sub pacto retrouenditionis latissimè. Tiraquellus tract. de vtroque retr. per totum.

45 Error in iure corrigi potest, nec † alicui præiudicat. Specul. titul. de dispur. & alleg. §. quinto, versic. penult. errori enim subuenitur, non malitiæ. Doctor. communit. leg. qui testamento, ff. de exc. tut. erroris tamen correctio circa nomen, dicitur declaratio, non mutatio, ideo fieri potest doct. leg. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam. quod si fuerit error notarij, corrigitur ad instantiam partis lęsę sicuti etiam peti potest à notario pro interesse suo Bald. leg. fin. C. de edendo. item error in guarentigia potest reuocari, Bartol. leg. non fatetur. ff. de confess. item error

in guarentigia potest reuocari Barto. dicta l.non fatetur, & an habeat locum in quacunque causa not.Gemin.capi. si aduersus numer.9. de rest. in integrum.

46 Expensarum taxatio † erronea potest renocari per iudicem, etiam si post secundùm eam iuratum sit, Alexan.l.videamus. §. primo.ff. de in litem iuran.Innocen.c. super eo, de eo quod metus causa.

47 Factori, † etiam ad contrahendum deputato, potest solui.Bartol.l. quod seruus,l.filiæ,ff.de sol. quod est verum, nisi sit renucatus, & reuocatio innotuerit debitori, aliàs secus.l.verò. §. primo, ff.de solu.

48 Factum per officialem reuocatum † inscium reuocationis, valet.l.si fortè.ff.de offic.præsid.nisi esset ex delicto suu renocatus.Doct.cap.1.§.adijciebatur de conc.præb.Pontan.l.meminisse.ff. de offic.procons.& leg.item not.quòd factum metu, rescinditur officio iudicis.Bart.l.fin.§.si iusto, ff. quod met.causa,item hoc idem factum ex reuerentia d.l.fin.§.si fœnerator.ff.eodem titu. item factum per vim compulsiuam est ipsu iure nullum licet aliàs sit reuocandum per actionem, quod met. causa Bart. leg. 2. ff. de iudic. item factum proprium quis reuocare potest.Anton.c.diuersis nume.5.de clerico coniugato,item factum legitimè retractari non debet, licet postea casus eueniat, à quo non poterat inchoari.c.factum de reg. iur.6. quod intellige,quando factum erat iam per fectum, & legitimè confirmatum : tunc casus superueniens, qui impediret ab initio inchoari,non tollit iam factum : secus quando factum erat inchoatum,& non perfectum, nam tunc tollitur per eum casum,qui impediret inchoari.Dy. d.c.factum.num.5.

49 Fama vltima † tollit primam glo.ff.l. si mater. c.de stat.defuncto Bat.l.ff. C. si seruus aut libert. lib.10.l.is post.ff.de acquir.hær.Bald. l. sacrosancta, C.de sacrosanct.eccles. l.fin.ff.de Ferijs.Fel.c. cum contingat de rescr. Cassan. tractat. de gloria mundi p. 12.consid.100.nu.15.

50 Fideicommissum † reuocatur per pœnitentiam testatoris not.leg.fideicommissum.C.de fideicom miss. item qualiter inter fratres censeatur temissum not.dec.consi. 13.col.7.

51 Fideiussor de repræsentando † liberatur per primam præsentationem, quando promisit pro absente. Paulus. l. duobus.§.1.ff.de iur.iur.l.2.§. si.ff.qui satis. cog. item liberatur si præsentatus fugit de carcere. Bal.l.qui crimen.C.qui accus. nun poss.Alex.l. si quis. ff.de cust. reis.Tertio liberatur post sententiam. Bart. d. l. si quis.l.græce.ff.de fideiussor. Quarto fideiussor ad tempus liberatur, finito tempore, Doctor.l.Lucius. §. Paulus. ff.de adm.tutorum.l.si vnus.ff.de pact. Quintò accedens sententiæ latæ liberatur statim,quòd illa sententia reuocatur per secundam Bald.l. tam mandatori.C.de nun num. pec. Sextò liberatur contrario Chirographo,quo obligatus est.Bal.l. tam mandatori.C.de non numer.pecun.Septimò liberatur per pactum liberatorium factum principali.Bald.l.tam mandatori de non numer. pecunia. Octauò fideiussor compromissi liberatur prorogatione termini dicti compromissi, Doct.com.l. Titius.ff.de excommunicat.tutorum. Alexand.l. dies.ff.de damno infecto.Barto.l. labeo. §. per fideiussorem.ff.de arbitr. Nonò liberatur nouatione obligationis.l.nouatione.C. de fideiussor. Decimò liberatur delegando debitorem, quia videtur soluere.Bartol.l.intet.§.abesse.ff.mand. Vnde cimò fideiussor castellani liberatur finita castellania,licet successor nondum venerit.Bald.l. ex diui.C.locati.l.si cum Hermes.C.eodem,idem si te firmetur ad aliud tempus.Doctor.l.si vnus. ff. de de pact. Duodecimò fideiussor liberatur reducto laudo,ad arbitrium boni viri.Bald.l.fina.quæstio. 10.C.de contr.emptio.gl.l.in proposita.ff.pro socio Doct.l.multa.ff.de cond.& demonstr. Tertiodecimò liberatur solutione facta per principalem l.2.C.de fideiuss. tutor. Quartodecimò liberatur per acceptilationem factam principali.Bar.l. si fideiussor.§.qui ita.ff.de acceptil.l.2.§. si tamen. ff. de verborum obligat. Quintodecimò fideiussor conductoris liberatur finita prima conductione, nec tenetur pro secunda. Bald.l. si cum Hermes. C.locati.

52 Gabella noua dicitur, † siue de nouo imponatur,siue vltra solitum minuatur, vel augeatur.l. vectigalia.ff.de public.Doct.l. vectigalia. C. nou. vectigal.

53 † Institoris reuocatio facta à Domino oportet quòd publicè conscribatur,aliàs non habetur pro reuocato ipso institore, Felyn. capitulo ex parte num.7.de rescrip.

54 Secundò,Interloquutoria reuocatur † regulariter per iudicem ipsum, qui fuit interloquutus, l. quod iussit.ff.de re iudic.Bal.l.fin. C. si min. mai. se dix.Ampl. Primò in interloquutoria præcepti de soluendo.Doct.l.debitori.ff.de Iudic.Secundò Ampl.vt possit reuocari etiam parte absente,non obstante appellatione,re integra.Bald. Addit. ad Specul.tit.de appell.ver.grauamen.Tertiò Ampl. in interloquutoria super ætate, quæ reuocari potest,Bald.leg.fin. C.si min.i.se dix.Quartò interloquutoria commissionis causæ, ad consilium sapientis potest reuocari.doc.l. ad Principem de appellat.Quintò ampliatur. vt interloquutoria propter contumaciam reuocetur,quatenus contumacia purgetur, not.c.ex litteris de const.Alex.l.fi.ff. de pœn.Sextò declaratur, quod ad instantiam partis possit reuocari, vsque ad decem dies, ex officio autem quandocunque sententia definitiua. Angel.l.1.C.sent.resc.non posse.Inno.c.quod ad consultationem de re iud.Septimò Ampl, vt bis ipsa reuocari possit, sicut ab illa bis appellatur. Lanfr. c.quoniam contra de probation.nisi bis fuerit ipsa confirmata, quia tunc transit in rem iudicatam vt reuocari non possit.gl.& Doct.clem.fin.de appel.Dec.c.cum cessante de appel. Octauò interloquutoria potest sæpius interpretari, per iudicem, sicut & reuocari.Doct.com.l.quod iussit. ff. de re iud.Alex.l.quicquid adstringendæ.ff.de ver.obli. Nonò ampliatur vt facilè reuocetur, per alium, etiam absque causæ cognitione, Specul. titul. de offic. omn. Iudic.§. fina. versiculo 6. Fallit tamen in inter-

in interloquutoria magni præiudicij, quæ reuocari non poteſt, niſi cauſa cognita. l. à procedente. C. de dilation. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ.

Secundò fallit, vt interloquutoria lata de conſenſu vtriuſque partis, vt non poſſit reuocari ad vnius partis inſtantiam tãtùm, Imola. c. cæterum de reſcr. arg. c. ſignificante de appell.

Tertiò interloquutoria, quòd non procedatur ſuper libello inepto, vel abſolutoria ab inſtantia non poteſt reuocari. Alex. l. 1. §. fin. ff. de præt. ſtipul. Doct. l. quod iuſſit. ff. de re iud.

Quartò interloquutoria, quòd quis non audiatur non poteſt reuocari. Barto. l. 1. §. finali. ff. de prætor. ſtipul.

Quintò interloquutoria abſolutionis ab obſeruatione iudicij, non poteſt reuocari. Angel. l. 1. C. ſent. reſcind. non poſ.

Sextò fallit in interloquutoria, ex qua quæſitum eſt ius parti, & quæ executioni mandata fuit. Bal. l. poſt ſententiam. C. de ſent. & interl. omn. iu.

Septimò ſententia interloquutoria delegati, reuocari non poteſt, niſi ſit appellatum ab ea. Bal. l. ſi præſens, C. quomodo, & quando Iudex. c. cum dilectus de præb.

Octauò interloquutoria ſuper incompetentia iudicis non poteſt reuocari. Bald. l. ſi quis inconſcribendo. C. de pact. doct. l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. l. quod iuſſit. ff. de re iud.

55 Interpellatio ſecunda tollit † effectum primæ, & moram remittit gl. l. Æmilius. ff. de pign. Alex. l. cum Procurator. §. 1. ff. de nou. oper. nunc.

56 † Interuallũm facit magis præſumi nouationem ſadolet. l. 1. num. 34. ff. de leg. 1.

57 Iudex reuocat commiſſionem † cauſæ ad conſilium ſapientis, etiam partibus inuitis. Bart. l. ad Principem. ff. de adopt. Bald. l. ex illo. C. eod. titu. ſimiliter reuocare poteſt decretum, quod ipſe interpoſuerit deceptus. Bald. cap. 1. de mil. vaſ. item reuocare poteſt condemnatoriam expenſarum. Innoc. c. auditis de procur. Bald. l. 1. C. ſent. reſc. non poſſ. item errorem ſuum reuocare poteſt; etiam nemine petente. Bald. l. 1. C. ſent. reſc. non poſſe. c. qualiter de accuſat. item quod de facto fecit, de facto reuocare poteſt. glo. l. ſi minor. ff. de euict. Bald. l. ſi pacto. C. de pact. item reuocare poteſt taxationem expenſarum. Innoc. c. ſuper eo, de eo quod met. cauſa.

58 Iuramentum † ſecundum tollit primum l. duobus. §. fin. & l. ſeq. ff. de iureiur. c. tua nos extra eo. tit. gl. c. licet eod. tit. Iaſ. l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nunciat. §. item inſt. de action. Auth. ſacramenta puber. C. ſi adu. vend. Felin. ca. cum M. de conſt. Caſſan. de gloria mundi par. 12. conſid. 100. num. 10. item not. quòd ſi fuerit conſtitutus Vicarius cum iuramento, de non reuocando vſque ad certum tempus, poterit tamen reuocari cum cauſa, non obſtante iuramento. c. quemadmodum de iureiuran. Anton. c. tua num. 18. de offic. Vicariatus: idem eſt de procuratore. Lamb. de iure par. lib. 2. 16. Art. q. 2. p. 2. nu. 2. de quo Boer. conſi. 4. nu. 18. vol. 2. conſ. 3. nu. 55. eo. vol. Iaſ. cõſ. 16. vol. 4. item not. quòd iuramentum remittitur parti, vel teſti de conſenſu alterius partis glo. & Doct. l. 1. ff. de ferijs in eo ſcilicet, quod reſpicit commodum partium, non autem reuerentiam Dei Fel. cap. 1. de iur. iur. Cardin. Clem. 1. q. 23. de vſur. vnde iuramentum præſtitum de ſoluendo creditori ad certum tempus, poteſt remitti per creditorem ante tempus. Bart. l. habeo. ff. de iureiurando: non tamen poteſt poſt periurium commiſſum. Bald. Auth. quòd eis C. de nuptijs quod iuramentum poteſt remitti abſenti, & ignoranti per nuntium, vel per epiſtolam doct. com. l. labeo ff. de iure iur.

59 Iuriſdictio † reuocatur cum officio delegantis glosſa, & Doctores. l. venditor §. iudices. ff. de iudic.

60 Legatus † poteſt reuocari ad beneplacitum legantis, & eius geſta reuocari poſſunt, ſi fuerint iniqua, vt dicam infra ver. mandatum.

61 Legatum tollitur per ſecundum † actum alienationis l. nihil prohibet l. rem legatã. ff. de adim. legatis Caſſan. de gloria mundi part. 12. conſid. 100. num. 4. not. quòd ſi ſtatutum diſponat quod legatum per duos teſtes probari poſſit idem erit dicendum de reuocatione illius contrariorum enim eadem eſt diſciplina. Bald. l. fin. C. de fideic. Aſin. Praxi iud. §. 19. c. 6. item not. quod legatum reuocatum dicitur mutatione rei legatæ. Ioan. de amicis conſi. 46. numer. 10. item not. quod legatum factum animo compenſandi, non reuocatur Aug. Ber. conſ. 45. num. 16. vol. 2. item not. quòd reuocatio legati probatur etiam iuramento legatarij, Bald. l. fin. C. de fideic. Item not. quòd legata in teſtamento facta poſſunt reuocari in codicillis, l. datum. C. de legatis. l. fideicommiſſum de fideic. l. 2. ff. de cond. indeb, glo. & Docto. l. hæredes. §. ſi quis. ff. de teſtamẽ. item legatum infirmo factum ceſſante infirmitate, reuocatur. Bart. l. alumnæ. §. fin. ff. de adim. leg. Secundò legatum cum onere fideicommiſſi videtur reuocatum reuocato fideicommiſſo. l. filio. §. matri, & ibi Bar. ff. de adim. leg. Tertiò legatũ alienatũ, & poſtea redemptum per teſtatorem, non debetur, quia ſemel fuit reuocatum. l. cum ſeruus. ff. de adim. leg niſi fauore libertatis. l. verum. ff. de man. teſtam. Quartò legatum cenſetur reuocatum per hypothecationem rei legatæ, factã à teſtatore pro tanta quantitate, quod non ſit ſpes luitionis, vt quia facta ſit pro quanto res valet Bar. l. rem legatam. ff. de adim. leg. l. qui habebat. ff. de leg. 3. l. legatum. ff. de ſupell. leg. Doct. l. 3. C. de legatis. Sextò reuocatur per alienationem rei legatæ, factam à teſtatore. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg. 3. l. 3. C. de legatis; quando alienatio eſſet voluntaria, ſecus ſi neceſſaria: & quando legata eſt res ſimpliciter, ſecus ſi res, vel æſtimatio glo. & doct. l. Lucius. ff. de leg. 2. Bal. l. 3. C. de legatis, quod ſi fuerit alienatio facta partis rei, pro ea parte tantùm cenſetur reuocatum. Bar. l. rem legatã. ff. de adim. leg. Septimò legatum nominis factum reuocatur per liberationem poſtea factam à teſtatore gloſſa, & Doctor. l. terna, C. de legatis, l. qui duos. ff. de legat. 2. Octauò dicitur reuocatum tacitè, ſi legatarius accuſet teſtatorem, licet accuſatus, codicillando, poſtea illud legatum non

mutet,l.penult.§.Seia.ff. de adimen. legat. Nono legatum maioris summę censetur reuocatum per legatum minoris summæ factum in alia scriptura,l.libertis,ff. de adim.leg. Decimo legatum reuocatur per inimicitiam superuenientem, l. inimicitiæ,& ibi Doctor.ff. de his quibus vt indign. Item nota. quod legatum deficit multis modis. Primo deficit deficiente onere,l. 1.C.de legat. sicuti deficiente legato, deficit onus legato iniunctũ.l.Plautius,l.si patrem.ff. quemadmod. seruit. amitt. vnde legatum factum exequutoribus extinguitur, si illi renunciant officio exequendi. Bartol.l.post legatum.§.amittere,ff.de his quibus vt indigni.Bald.l.generaliter,in fine,C. de episcopis,& clericis.

62 Lex secunda derogat priori,l. sed † & posteriores,ff.de legibus,glo.c. r.ver.reuocare, de constit. 6.Ale.consi.222.volum.quarto.Cassan.tracta. de gloria mundi,parte duodecima.consid. 100. numero vndecimo, quod ita intelligendum est, nam quandoque leges sunt diuersæ, & absque clausula derogatoria. Primo casu legislator concedendo posteriorem,non derogat priori: secundo casu derogat.§.quidam 1.const. eod.Bald. consil. 201.volumin. 5.

63 Libellus emendari potest † semel vsque ad litis contestationem. Cagnolus. leg. edita numero 41.C. de edendo comm. dicit ampliat. primo, etiam in criminalibus, nisi emendatio saperet desistentiam ab accusatione, quia tunc non fieret impunè. Secundo ampl. vt procedat etiam in libello producto in causa appellationis. Bald.leg. si quis libellum. C.de accusat. Tertio ampl.etiam si moueretur actio.Fallit tamen primo,quando mutatur actio vel factum. Secundo quando lapsum esset tempus præfixum à lege, vel statuto. Tertio, quando ius parti quæsitum fuerit. Quarto, quando libellos contineret aliquid in fauorem parti assertioẽ. Quintò vbi statutum disponeret productionem libelli, habere vim litis contestatæ. Sextò vbi iudex videret ex æquitate, quòd emendatio prædicta,non esset facienda. Cagnol. d.l.edita,num.158.& seq.& quatenus dixi,vsque ad litem contestatam, intellige quoque vt etiam post litem contestatam libellus emendari possit, quando libellus esset ineptus,vel litis contestatio nulla.Cagnolus.d.loco num.165. item not.quòd vsque ad litem contestatam, licita est mutatio libelli,respectu actionis causę,& rei petitę.Ampliatur, etiam si actor iurasset in actione intentata persistere. Secundò ampliatur in hærede libellantis,qui potest mutare sicut libellãs,licet secus sit in declaratione libelli, qui non potest fieri per hæredem Cagnol. leg. edita, numero 184. C.de edendo. Ampliatur, & limitatur hijsdem modis, quibus superior regula limitata fuit, item not. quod libelli mutatio non admittitur post litem contestatam, si tamen prætendens se errasse, mutare velit, tunc potest vsque ad sententiam.§. si quis aliud inst.de act.c.fin.de confess. leg.error. C. de iur. & facti ignor. quod intellige, vt sit licita mutatio erroris, vsque ad sententiam, non autem actionis, & libelli. Cagnolus, d. loco numero 187.ver. & tenendo, vbi numero 188.dicit inspiciendam esse materiam subiectam, qua cognoscatur, an prohibitus mutare, prohibeatur etiam addere vel detrahere.

64 Licentia alienandi † concessa tutori per iudicem, potest reuocari Bart. leg. fin. §. fin. ff. de cond.indeb. item not. quod licentia capiendi debitorem concessa à iudice causa cognita, non reuocatur cum officio iudicis, secus, si sine causæ cognitione concessa sit. Doct. leg. fundi. ff. de acquir. possess.

Mandans delictum, potest reuocare mandatum, sed debet intimare reuocationem mandati, & contra quem mandauit vt sibi caueat, aliàs tenetur Bald.leg. mandatum. capit.mandati Innoc. c.ad audientiam de homicidio Bald.leg.1.colum. tertia, C. de seru. fugit. ratione tamen scandali non debet nominare eum, à quo est offendendus sed tantum, quod sibi caueat Bald. leg.non ideo. C.de accus.Felin.capitul.sicut de homicid.similiter mandans non tenetur de delicto, si mandatarius recusauit mandatum.Bald.l.si literas.c.mandati.l.1.col.3.C.de seru.fugit.

65 Mandatum reuocatur ad † voluntatem mandantis. Bart.leg.si verò.§.si mandauero. ff. mand. item reuocatur per mutationem status in pœnis. leg.cum quis.l.si cum.ff.de solut.ampliatur etiam si factum fuerit cum pacto, ne reuocetur. Bart.l. cum præcario. ff. de præcario, item mandatum creditori factum debitori, potest reuocari leg. si cum.ff.de sol.antequam sit acceptatum per creditorem, secus si post, quia mandatarius suscepit pro debitore suo.Alex.l. qui vsumfructum, ff. de ve b.oblig.item potest intra triduum solo verbo reuocari.Innoc.c. scriptum, de elect. item reuocatur ex banno sequuto Procuratoris.Bart.l.post litem,ff.de procurato. item reuocatur si procurator mutauit situm in compassibile mandato, vel iniquo, Dominus minus possit, quàm prius. Bal. l.mandatum, q.1.C. mand. item mandatum ad piam causam potest reuocari. Bald.l. cum hæres. C.de cond.ob causam. Ale.l.si pecuniam. ff. eod. tit.item mandatum procuratoris finitur per sententiam.Bart.l.si procurator.ff.de proc.item finitur si mandatarius fiat hæres mandantis, glos. & Bart.l.si remunerandi.§.si tibi.ff.mand.item mandatum ad diem finitur eueniente die. Cardi.clemen.1.de procur. item si à iudice ei interdicatur officium Bal.l.mandat.C. mandati.

66 Missio † in possessionem pro executione sententiæ in iudicio personali, reuocatur soluta debita pecunia, non aliter. Bald.l.properandum, §. sin autem, C.vt in poss.leg.Bar.l. consentaneum, C.quomodo,& quando iudex. Alex.l.si finita §. Iulianus.ff. de damno infecto. Item si facta fuerit in plus debito, est ipso iure nulla, & debet retractari.l.si non sortem,§.si censum,ff.de condit. indeb. item missio ex primo decreto potest reuocari intra triginta annos.Ang. §.si verò. Authen. de exhib.reis.Specul.titul. de restitu. in integr.§. 2.in fine, non tamen reuocatur missio propter solutionem non factam per satisdationem de soluendo.Bart.l.eum qui.ff.de priuil.credi.l.si pecuniæ,

niæ, vt in possess. legat. sed reuocatur per solutionem: sed missio propter contumaciam reuocatur per comparitionem. item missio ex primo decreto facta, debet de facto reuocari. gl. l. minor. ff. de euictio. item missio in possessionem rei cõis facta pro debito vnius socij, reuocatur altero socio satisdante, & ad sumere administrationem totius rei. l. is cui. §. si ex duobus vbi Bart. ff. vt in poss. leg. item missio in possessionem ex primo decreto reuocari potest intra annum, in actione reali, resiciendo expensas contumaciæ, & cauendo de iudicio sisti, nisi iudex intra annum statuerit reo terminum, ad recuperandum tenutam, quia eo elapso, non additur. Angel. l. à quo. ff. de damno infecto. Fallit etiam, nisi esset concessum primum decretum, post litem contestatam, nam tunc non auditur, nisi offerat statim se velle docere de iure suo. Bart. d. l. à quo.

67 Monatæ valor, si varietur † propter deteriorationem materiæ, vel formæ, tunc attenditur valor tempore promissionis, non tempore solutionis, propterea, vel ea met, si reperiatur, præstari debet, vel eius valor secundum æstimationem illius temporis. Doct. com. l. Paulus, ff. de solut. quia in contractibus attendi debet tempus facti contractus, quo ad valorem monetæ soluendæ. Oldr. consil. 31. Rom. consil. 123. Guid. in quæst. 193. Ampl. primo idem esse in contractu conditionali. Arei. consi. 11. Ant. consi. 148. Secundo ampliatur, quòd si moneta antiqua in totum sit reprobata; tamen soluitur in moneta noua, ad rationem antiquæ, nec sufficit offerre antiquam reprobatam. Abb. c. quanto de iure iurando vers. 1. Aret. l. quod te. ff. si cert. pet. Tertio declaratur, vt procedat interueniente mora debitoris, secus autem quando non interuenit. Roman. l. cum quid. ff. si cert. pet. Alia sit conclusio, quod si valor monetæ decreuerit ex deterioratione propter voluntatem Principis, vel si aliàs plus hodie valet aureus, quàm valuit tempore promissionis: tunc diminutio cedit ad incommmodum creditoris, ita quod satis est soluere secundum tempus solutionis. gl. c. quis ignorat 32. q. 4. Host. c. quanto de iure iur. Tertia sit conclusio, quod stante mora debitoris, diminutio monetæ cedit damno, & præiuditio ipsius. Ant. de Butr. c. quanto de iure ior. Bar. leg. Paulus. ff. de solution. Bart. l. cum certum. ff. de auro, & arg. leg. Iacobos. l. res in dotem. ff. de iure dot. quarta sit conclusio, quod in vltima vol. attendatur valor currens tempore dispositionis. Oldr. consi. 31. Socin. Iun. consi. 142. num. 7. volum. 2. quinta sit conclusio, quod in legibus, vel statutis attendatur tempus solutionis, non autem statuti, vel legis. Bald. consi. 269. volu. 2. not. l. fin. c. commonia de legat. Ant. c. quanto de iur. iur. Rom. l. cum quid. ff. si cert. pet. Sexta sit conclusio, quod quantum ad valorem monetæ, attenditur tempus sententiæ, & non tempus executionis. Albericus, l. cum quid ver. 1. ff. si cert. pet. Abb. c. olim nu. 4. de censibus, quod idem procedit etiam in laudo. Oldr. consi. 13. Septima sit conclusio, quod in gratia principis de certa moneta annuatim percipienda, intelligitur de moneta currente tempore solutionis. Ant. c. quanto de iure iurand. Octaua sit conclusio, quod in decimis, & tributis attenditur valor pecuniæ tempore solutionis, & sufficit secundum illam soluere. clem. fin. & ibi Doctor. de decimis.

68 Mora oltima nocet gl. l. illud. ff. † de peric. & com. rei uend. l. seruum. §. sequitur. ff. de uerbor. oblig. Cassaneus, de gloria mundi p. 12. consid. 100. numer. 16.

### *Mutatio nominis.*

69 Sicuti in initio nominis, cognominis, prænominis, recognoscendi singulos, impositio, libera est priuatis, ita eorum mutatio innocentibus periculosa non est, mutare itaque nomen uel prænomen, siua cognomen, sine aliqua fraude licito iure, si liber ea secundum ea, quæ sæpe statuta sunt, minime prohiberis, nullo ex hoc præiudicio futuro. leg. una. C. de mutatione nominis, not. Fel. capitul. ea quæ numero primo, de Sim. Alex. leg. si quis numero. 9. ff. de leg. 1. & 10 robr. solut. matrimon. numero 17. Bald. c. nonnulli numer. 2. de rescr.

70 Nuncij reuocatio, † etiam non intimata ualet, adeo, quod gesta per ipsum sunt nulla. Felin. c. ex parte de rescr.

71 Opinionem mutare, non est † pudor, vbi de veritate, & iustitia apparet. Bald. consi. 447. vol. 4. numer. 3. item not. quod vltima voluntas præualet primæ, doct. leg. bona fides. ff. depositi. leg. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell. Cassan. de gloria mondi p. 12. consid. 100. no. 17.

72 Pacta vltima † derogant primis Doct. comm. leg. pacta nouissima. C. de pact. leg. si mihi. §. in legatis. ff. de leg. 1. leg. duobus. §. idem, ff. de ior. iur. Cassan. de gloria muodi p. 12. consid. 100. numer. 1.

73 Patronus variare potest, † laicus præsentando, clericus autem non Lambertin. tract. de iure patr. lib. 2. p. 2. q. 7. nu. 1. & seq.

74 Pax dicitur reuocari † multis modis. Primò si quis fuerit bannitus, quo casu poterit impone offendi. doct. l. qui seruum. ff. de verbor. oblig. Secundo rumpitur pax, etiam surando. Bart. l. licitatio. §. quod illicite q. 2. ff. de poblic. Tertio, si offendatur, associans eum, cum quo facta est pax. doct. leg. si stipulatus. ff. de verbor. oblig. Quarto, si offendatur frater, cum fuerit facta pro ipso, & tota parte sua; secus, quando est facta simpliciter inter duos doct. leg. si ita. §. Chrysogonos. ff. de verbor. obligat.

75 Pignus dissoluitor † per nouationem obligationis, leg. nouatione. ff. de nouationibus, item liberatur remissione debiti. Bart. leg. soluitur. ff. quibus modis pignor. solu. Item resoloitur, resoluto iure debitoris. leg. lex vectigali. ff. de pignor.

76 Positio † mutatur, & corrigitur, tanquam erronea, constito de errore. Bald. in addit. ad Specul. tit. de positionibus ver. quis potest, item possunt etiam corrigi, & reuocari, in causa appellationis. Bald. leg. edita column. 38. C. de edendo.

Bart.leg. pen. ff. de in litem iur.item positio mea, confessata per te, potest reuocari à me, sed negata, & probata per testes, vel per instrumenta, potest reuocari negatio,& sic confiteri. Bart.leg.post legatum, ff. de his quibus, vt indignis.item positio facta per procuratorem, & iurata,potest mutari per dominum, etiam non reuocato errore expressim Rota decis. 63. in nouis, & decis. 264.in nouis.in casu tamen, quo potest reuocari, non reuocatur, nisi semel: dixi ego in tractat. de regul. iur.p. 1. reg. 4.ampl. 100.

77 Possessio vltima attenditur. Bald.c. 1. † de feudi cog. Ioan. And. c. cum ecclesia de elect. Oldr. consi. 313. Feder. consi. 234. Calder.consi. 12.tit. de iure patr. Castan. tract.de gloria mundi.p. 12. consid. 100.numer. 18. item possessio perditur, si in loco possesso aliquis construat ædificium.doct. l. 2. C. de rei vend. item per sententiam priuationem beneficij ecclesiastici, quæ transiuit in rem iudicatam, nec requiritur detectio. Bald.leg. 1.c. communia vtriusque iud.l.quooes. C.de rei vendic.l.traditionibus, C.de pact. item reuocatur,& amittitur per modicum tempus, si negligam recuperare possessionem naturalem vacantem, quam scio ab alio occupatam. doct. l. si de eo. §.si forte. ff.de acq.poss.& l. fin.de seru.fugit.Item perditur per inundationem. Bart.l.si ager.ff.quibus modis vsusfr.amitt.l.3.§.Nerua.ff.de acq.poss.item perditur per negligentiam. Bart.l. 2. C.de prætor. pign.vnde possess. Castri, vel episcopatus perditur quando quis Dominus, vel episcopus scit, & patitur alium imperare in castro vel in Diocesi, & non contradicit Innoc.cap.olim de test.spol.item reuocatur per expulsionem, si statim se non præparat contra expellentem, ad recuperandum possessionem gl.l.3.§.cū igitur.ff.de vi & vi armata.

78 Postulatio secunda † præualet primæ. Castan. de gloria mundi p. 12. nu. 11.

79 Præcarium mutari, atque † nouari potest. l. 2. ff. de præcar.

80 Præsentatio secunda præualet † primæ in casu, quo patronus variare possit. Casta.de gloria mundi p. 12.consid. 100.nu.20.

81 Præscriptio reuocatur, ac † interrumpitur multis modis. Primo per protestationem. doct.l. non solum.§.morte.ff.de oper.nou.nunc.Secundo per petitionem debiti.Bald.c. 1.§.quid ergo de inuest. de re alie.facta. Tertio per malam fidem superuenientem ante completam præscriptionem. l. cum notissimi. §. immo de præscr. trig. an.quarto per expressam recognitionem debiti. l. in contractibus,C.de non num. pec. Quinto per alluuionem doct.l. 1. C. de annali exc. Sexto sublata possessione.c.fine possessione de reg.iur.6.Septimo sublato titulo doct.d. c.sine possessione.

82 Priuilegium princeps indistinctè † reuocare potest concessum à suo antecessore. Alber. in tit. de iustin.cod. confirm.nu. 17. Laudensis tract.de priuil. q. 34. Fallit primo si concessa fuissent ob benemerita. Afflict.decis.228.nu. 10. Secundo fallit, si fieret reuocatio absque causa.l.digna vox.C. de legibus. Tertiò fallit, durante causa, ob quam fuit concessum. c. decet, & ibi doct. de reg. iur. 6. Quarto fallit, quando transiuit in contractum, not.c. 1.de probat.Quinto fallit,quando concessum fuit pio loco.leg.priuilegia, C.de sacrosanct. eccl.Sexto priuilegium secundum non tollit primum habens clausulam derogatoriam, nisi de ea fiat mentio in secunda,& ei derogetur. Ale.consi. 103.volum.4. Septimo priuilegium speciale non censetur reuocatum per generalem reuocationem priuilegiorum gl.l. decurionibus. C. de silent. lib. 12. Bald.l.non plures.C.de sacro sanctis ecclesijs. Octauo priuilegium, non subdito concessum,tribuit ius, vt reuocari non possit per concedentem.Abb.c. nouit col. 9. de iudic.Abb.cap. suggestum de decimis.

83 Procurator vltimus † derogat primo l. si quis cum. ff. de proc. Abb.c.non iniustè eod. tit. Castan. de gloria mundi p. 12.consid. 100.num.7.&c. not.quod procurator dicitur reuocari per voluntariam domini comparitionem, non per necessariam. Bart.l.fideicommissam.§.si tem.ff.de leg. 3. l.fin.ff.de procur.qui reuocari potest ex causa inimicitiæ,etiam post litem contestatam. gl.l.procuratoribus, C. de procuratoribus, leg. post litem. ff.eod. titul.

84 Reformatio contra statuta † habetur pro suspensione statutorum, item reformatio contra ius commune derogat iuri communi. Florian. leg. si domos. ff.de seru. vrb. præd.Ioan. de lign.c. 1.de rescr. item reformationes statutorum censentur reuocatæ, reuocatis statutis.Bald.l. 1.C.de lat.lib. toll. & potest reuocari reformatio ab ipsomet reuocante, nisi reformatio fuerit confirmata. Bald. leg.omnium.C.de testam.& nota quod reformatio non seruata solennitate statuti per populum facta, non valet. Bart.leg.omnes populi q. 3.ff.de iust.& iure.item non inserta in volumine statutorum non valet,sed præualet statutum. Bart.l.omnes in fine.C.de pet.bon. subl.lib 10.item non valet, nisi producatur in iudicio, nec valet contra statutum,nisi expressè deroget statuto.Bart.l.omnes populi.ff.de iust. & iure.

85 Rescriptum secundum tollit † primum c. 1. c. cæterum de rescr.& ibi Felynus Castan.de gloria mundi p. 12.consid. 100.nu.9. reuocari enim potest, vt testamentum Bald. consi. 233.vol. 1.nu. 3.

86 Statutum vltimum derogat † primo. Bart. l. si certum.§.fin.de testam.l. omnes populi q. 3.ff.de iust. & iure. Alex. consi. 58.vol.4. Rom. 57. Castan.de gloria mundi p. 12. consid. 100. num. 12. dummodo expressè deroget ei,alioquin præualet, si sunt contraria, in quo est maior ratio publicæ vtilitatis æquius, & iustius. Bald. c. cum olim de consuet.Item præualet quod plenius est. Bald.l.si ita,C.de hær.insti.non tamen valet secundū statutum in derogationem primi iurati, nisi petatur absolutio à iuramento, ad effectum statuendi, sicuti non valet statutum secundum in derogationem primi, quod transiuit in contractum.

87 Status vltimus † in beneficialibus attenditur Federic. de senis consil. 240. Ferretus consi. 343. numero 21.

88 Syndicus reuocatur cum decreto † decurionum, licet sine eo constituatur. gl. & Bart. leg. illud.

89 Iud. §. quod si. ff. quod cuiusque vniu.nomine.
Tempore † variante, variantur, & opera. Fulgos.l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond.indeb. Bart.l.denunciasse.§.quid tamen nu.3.ff.ad l. Iul. de adulter. l. ob crimen. §. si testes. ff.de testibus Ferrettus consi.389. nu.4.

90 Terminus ex causa tolli potest † per iudicem. Bald. l.à procedente. C. de dilat.l.vnius.§.cognitorum. ff.de quæst.Bald.l.cum reis.C.de pœnis.

91 Testamentum secundum † tollit primum. §. posteriore inst.quibus mod.test.infirm.Cassan.de gloria mundi p. 12. consid.100.numer.2.Dyn.c. quod semel nu.13.de reg.iur. 6.dummodo interueniat eadem solennitas, quæ interuenit in testamento.Crau.consi.25.numer.14.Cagnolus. l. nihil tam naturale num.2. ff.de reg. iur.

Ampl. primo, vt testamentum coram principe, vel de eius consensu factum, possit reuocari sine eius consensu. Doct.l.omnium.C.de testam.

Secundo reuocatur per resurrectionem testatoris, etiam si sit factum ad pias causas. Bart.l.1.q.4. c.de sacro sanctis eccl.

Tertio ampl. vt reuocari possit primum testamentum, per secundum, etiam si in primo sit institutus Princeps, quia ambulatoria est voluntas hominis vsque ad mortem.Bald.l.si quis, C. qui testamen.facere poss. etiam si sit approbatum per Principem.Bart.l.omnium.C.de testam.

Quartò ampliatur, vt testamentum primum solenne, in quo sint instituti hæredes extranei, dicatur reuocatum per secundum minus solenne, in quo sint instituti venientes ab intestato, quia reducitur res ad causam intestati.Bal.l.eam quam C.de fideicom.Barto.l.militis.§. Veteranus, ff.de testamen.milit.

Quinto ampliatur, vt testamentum secundum imperfectum tollat primum perfectum, quo ad legata, quæ nuda voluntate tolli possunt. Bald. l. hac consultissima.§.si quis.C.de testam.

Sexto ampliatur, vt testamentum secundum solenne tollat primum solenne minus, etiam si hæredes in secundo sint extranei, in primo autem venientes ab intestato. Authentic. hoc inter, C. de testament.

Septimo testamentum secundum probatum per testes, præualet primo in quo notarius confecit instrumentum.Ale.consi.136.uol.4.

Octauo amplia.vt testamentum secundum coram septem testibus valeat, licet in primo fuerint adhibiti viginti testes. Bartol.l. hæredes.§.si quis de testament.not. l. eius. §. finali.ff.de testament.milit.

Nono ampliatur, vt tollatur primum testamentum per codicillum, in quo instituantur venientes ab intestato. Bartol. l.2. ff.de iniusto rupto irrit.testament.

Decimo ampliatur, vt secundum deroget primo, etiam si testator in primo dixerit sibi pœnitere non licere. Bartol.& Doctor.l.si mihi,§. in legatis.ff.de legatis primo.Barto.l.si quis in principio.ff. de testament.

Vndecimo ampliatur, vt secundum testamentum tollat primum, etiam si in primo iuratum fuerit, quia nemo sibi potest legem inducere, qui minus dispositionem suam in tempus mortis collatam ante mortem, quandocunque mutare possit, & hæc est magis commun.opinio, de qua per Iul.Clarum.§.testamentum,q.94.num.3.

Duodecimo ampliatur, vt testamentum primum continens institutionem capacis, reuocetur per secundum continens institutionem incapacis, cum hæreditas fisco debeatur, l. cum quidam. ff. de his quibus, vt indign.

Decimotertio testamentum secúdum, factum coram duobus testibus ad pias causas, derogat primo facto coram septem testibus, etiam ad pias causas. Alexander.leg.hac consultissima.§.si quis de testament.

Decimoquarto reuocatur testamentum, si testator dicat: reuoco testamentum à me prius conditum, quia volo decedere intestatus, quia censetur voluisse instituere venientes ab intestato, l. 1. si hæres. ff.si tab.test.null. ex tab.Bart.l.si iure, numer.3.& est com.opin. de qua per Alexan. consi. 80.num.3.volum.3.

Decimoquinto reuocatur si testator testamẽtum conditum incidat, vel cancellet, l.nostram, C. de testament. quod procedit in testamento condito inscriptis tantum: sed si esset nuncupatiuum conditum à notario, cancellatio deberet fieri coram septem testibus ad hoc, vt diceretur reuocatum. Iulius Clarus, §.testamentum.q.93.

Decimosextò dicat nolle aliquo modo testamentum suum reuocare, quod si illud aliquando reuocaret, eo casu tunc donat omnia bona sua hęredi scriptor talis donatio irreuocabiliter non valet, sed potest reuocari secundum magis comm. opin.Iulij Clar.§.testamentum.q.95.

Decimoseptimo ampliatur, secundum testamentum tollit primum, etiam si primum fit inter liberos, dummodo sit conditum corá septem testibus, & quod expresse dicat, se primum testamentum reuocare. Auth. hoc inter. C. de testam. alioquin primum non censeretur reuocatum. Gomes.c.1.num.171.de constit. Boer.decis.240. num.10.si tamen secundum quoque esset inter liberos, reuocaret primum etiam minus solenne, glo.Auth. de testamento imperfecto in principio Socin.Iunior.consi.145.num.58. vol.2.

Decimooctauo testamentum solenne tollitur per testamentum minus solenne, concurrentibus tribus. Primò quòd in primo testamento fuerint instituti extranei. Secundò quod in secundo fuerint instituti venientes ab intestato. Tertiò, quod in secundo interuenerint saltem quinque testes. l.hac consultissima.§. si quis autem. C. de testam.

92 Testis mutare potest, † seu reuocare dictum suum, si incontinenti id agat, c.præterea, de testibus cogendis: alioquin redditur suspectus tanquam subornatus à partibus. Alciat.tract. de præsumpt.reg.2 præs.29.

93 Transactio reuocatur, † quando est simulata. Bald.l.2.C.plus val.quod agitur.Item reuocatur, si fuerit facta prætextu falsi iuramenti necessarij. glo.& Doctor.l.ex falsis.C.de transactio. Item rescinditur si fuerit facta falsis testibus, gl. & Bart.l. si ex

ſi ex falſis.C.de tranſact. Item ſi fuerit facta prætextu falſi inſtrumenti.Imol.l.debitoribus, ff. de re iud.Item reſcinditur per inſtrumenta de nouo reperta. Doctor.comm.l.ſub prætextu.C.de tranſact.Item reſcinditur ratione euictionis. Doctor. l.ſi pro fundo.C.de tranſact.

94 Variatio circa prorſus diuerſa † admittitur, non circa idem, vel connexa. Doctor.l.ſi cui, ff.de ſeru.Din. c. mutare, de reg.iur. 6. & uariare dicitur: qui primo dicit aliquid, deinde contrarium, nulla aſſignata cauſa variationis. Innocen.c.præterea, de teſtibus cogendis. & vbi eſt licitum variare, ſemper vltima derogant primis. Caſſan.tract.de gloria mundi, par.12.conſid.100.nu. 22. l. de reb.ff.rei.amot.dixi ego in tract. de reg. iur. reg.4. numer.115. maximè quando aduerſantur Coro.conſi.267.num.4.volum.1.niſi concordari poſſint.Rimin.conſi.80.num.81.

95 Venditio reſcinditur † contrario conſenſu emptoris, & venditoris, leg.ab emptione, ff. de pact. niſi ſit præcarium in ea.Bald.leg.prima.C. quando liceat ab emptione diſcedere. Item reſcinditur quando pactum dans cauſam venditioni, non ſeruatur, leg. cum te. C. de pact. inter empt. & vendi. item reſcinditur, vbi eſt deceptio vltra dimidiam iuſti precij, leg.2.C.de reſcin.vendi.

96 Vicarius primus videtur † reuocatus per conſtitutionem ſecundi.Ioann.Andr.cap.ſua, de offi. Vic.Doctor.c.1.eod.tit.Caſſan. de gloria mundi, conſid.100.par.12.nom. 8. quæ reuocatio debet ad eius notitiam peruenire.Boer. decil. 347. numer.14.& ſequent.

97 Vſusfructus reuocatur † per alienationem proprietatis, vſufructuario conſentiente, l. apud, §. quæſitum.ff.de doli excep.l.ſi fundum, ff.quibus mod.vſusfruct.amit.qui ſi extinguitur voluntare vſufructuarij, nunquam reuiuiſcit: ſecus ſi ſine eius voluntate.Bartol.l.ſi cui, §.ſuperuacuum, ff. quibus mod.pign.vel hyp.ſolu.

His ita ampliatis, & limitatis, declaratur hæc regula, qua habetur, vltima prioribus derogare, id procedere cum ea omnia oouiſſimè concurrunt, quæ initio rei gerendę affuerunt, tunc enim ſecundum naturam eſt, quo quid vinculum inductum, eodem etiam diſſolui, l.nihil, tam naturale ff.de regul.iur. verum cum non omnia ita coueniunt, tunc valet quod priore loco factum eſt. Cardinal.Paleotus de nothis, ſpurijſque filijs, c. 25.num.3.ideo verborum obligatio verbis tollitur, nudi conſenſus obligatio contrario conſenſu diſſoluitur, d.l.nihil, tam naturale, reuocatio enim & reſolutio actus eius eſt naturæ, cuius eſt conceſſio, & productio, & eadem ſolenitas, quæ ſequiritur in conficiendo actum, requiritur etiā in diſſoluendo, vnde teſtamentum factū coram ſeptem teſtibus, reuocatur coram alijs ſeptem, l. hæredes, §.ſi quid, ff.de teſtam. & ſicuti miſſio in poſſeſsionem mixti imperij eſt, ita eius reuocatio, l.ea quæ, ff.ad municipal.not.l.iubere, ff.de iuriſd.omn. iudic. abſolutio quoque & condemnatio in eadem ſpecie iuriſdictionis ſunt, l. nemo, qui condemnare.ff. de reg.iur. item ſicut delegatio iuriſdictionis eſt, ita reuocatio delegati, glo.c. ſi delegatus, de offic.deleg.6. item eodem modo, quo acquirimus, eodem in contrarium amittimus. quemadmodum, ff.de acqui. poſſ. declaratur præterea, vt procedat vbi in cōfectione actus de neceſſitate aliquid requiritur, vt pariter in reuocatione adhiberi debeat. ſecus ſi ex abundanti aliqua ſolenitas adhibita fuerit, quia non eſt neceſſaria in reuocatione, vt ſi in confectione teſtamētū fuiſſent adhibiti decem teſtes, non erunt tot neceſſarij in reuocatione, ſed ſufficient ſeptē, item procedit à communiter accidentibus, nam modus eſt magis naturalis, quādo eo modo, quo inducitur, eodem tollatur. tamen & alijs modis diſſolui poteſt. vnde iureconſ.in l. fere. ff. de reg. iur. vtitur illo temperamento ferè, ibi ferè quibuſcunque modis obligamur, iiſdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis acquirimus, iiſdē in contrarium actis amittimus, vt igitur nulla poſſeſsio acquiri, niſi animo, & corpore poteſt, ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum eſt.

FINIS.

TRACTATVS

# DE ACCEPTILATIONIBVS PARS PRIMA.

## SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI.

## Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

*SVMMARIVM.*

1 *Acceptilatio quid sit.*

### *Quæstio I. Primæ partis.*

1 PRimo quæro, quid sit † acceptilatio? Resp. acceptilatio, est liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusq; contingit ab eodem nexu absolutio.l.1.ff. de acceptilat.§. item.instit.quibus mod. toll. obligatio, dixi ego in tracta. de defin.par.2.defin.73.num.8. Azo. in summa, C.de acceptil.num.1.B.Brixonius in tract. de solut.in tit.de acceptil. in princ.

*SVMMARIVM.*

1 *Differentia acceptilationis, & apochæ quæ sit.*
2 *Differentia quietationis, & transactionis.*
3 *Differentia acceptilationis, & pact. nudi gratuitæ.*

### *Quæstio II. Primæ Partis.*

1 SEcundo quæro, † quid intersit inter acceptilationem, & apocham? Resp. quod inter acceptilationem, & apochã. hoc interest, quod acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit, apocha non aliàs, quàm si pecunia soluta sit, l. acceptilatum, ff.de acceptilationibus, differt etiam acceptilatio, seu

2 quietatio à transactione, † nam per transactionem finiuntur lites, & transactio est ad instar rei indicatæ, quod non contingit ita in transactione. Ber.consi.116.num.49.volum.1. differt quoque transactio facta per acceptilationem, vel per pa-
3 ctum nudum † nam inter pactum nudum gratuitum, & acceptilationem est differentia, nam acceptilatio vnius ex pluribus reis, porrigitur ad omnes, l.& per iusiurandum, l.& vno.ff.de acceptilã. quod non est in pacto, l.si vnus, in princip. ff.de pact. Bartol.l.1.nu.12.C.de transact.

*SVMMARIVM.*

1 *Acceptilatio quo iure sit introducta.*
2 *Acceptilatio est de iure gentium, & quomodo intelligatur.*

### *Quæstio III. Primæ partis.*

1 TErtio quæro, † quo iure sit introducta acceptilatio? Respond. de iure gentium, l.an in fine, ff.de acceptilatio.ibi, qa hoc iure vtimur, vt de iure gentium sit acceptilatio. Ale.l.2.§.si tamen, ff. de verborum oblig.Iaf.l.ex hoc iure, num.14.ff.de inst. & iure. Bolognetus in rubr. ff. de verborum obli c.38.num.4.& hoc intellige propter pactum, seu
2 consensum in liberando, † quem ante legem scriptam fuisse ignorat nemo: quo verò ad efficaciã, & formam, & approbationem acceptilatio est de iure ciuili, l.vno.§.1.ff.de acceptilat.l.penult.ff.de solut. Corasius l.obligationes, num.6.ff.de verb. obligat. Hieronymus Verius in rubr.ff.de verbo. oblig.

oblig.num.172.Lancellotus Galliaola, rubric.ff. de verb.oblig.num.103,Bartol.l. an inutilis.§.filius,nom.2.ff.de accepril.

*SVMMARIVM.*

1 *Acceptilationem, qui facere poſſit.*
2 *Tutor an poſſit facere acceptilationem.*
3 *Hæres an poſſit acceptilationem facere.*
4 *Filius familias an acceptum ferre poſſit.*
5 *Seruus, quando acceptum ferre poſſit.*
6 *Acceptilatio eſt iuris gentium.*
7 *Acceptilatio quibus verbis poſſit fieri.*
8 *Fideiuſſor, quando acceptum ferre poſſit.*
9 *Fideiuſſori acceptilatio facta, an proſit principali.*
10 *Acceptilatio facta principali an proſit fideiuſſori.*
11 *Acceptilatio facta fideiuſſori, an extendatur ad principalem.*
12 *Abſolutio fideiuſſoris prodeſt principali.*
13 *Hæredi vni acceptilatio facta, quando proſit alteri.*
14 *Inuito aliquo, an liberatio poſſit fieri.*
15 *Matris quietatio facta, non nocet filijs.*
16 *Minor, quando poſſit facere acceptilationem.*
17 *Monaſterio, non præiudicat liberatio facta per Abbatiſſmam.*
18 *Pupillus an poſſit acceptilatione liberari.*
19 *Liberatio pupilli triplex.*
20 *Procurator an poſſit acceptilationem facere.*
21 *Procurator petens poſt quietationem factam domino an faciat ipſum in pœnam incidere.*
22 *Patri quietatio facta per alium, non nocet ſibi, in bonis maternis.*
23 *Seruus communis, quando acceptum, ferre poſſit.*
24 *Acceptilationem facere poſſunt hi, quibus ex negocio ſecum geſtum eſt.*

## *Quæſt. IIII. Primæ partis.*

1 
Varto quæro, † qui poſſint acceptilationem facere, & quando acceptilatio facta vni, proſit alteri, & acceptilatione liberentur? Reſp. per multas concluſiones, & primo quod tutor, & curator furioſi, vel prodigi, acceptum ferre non poſſunt, nec procurator quidem poteſt facere acceptum: ſed hi omnes de-
2 bent † nouare, poſſunt enim & ſic acceptum facere; ne his quidem acceptum fieri poteſt, ſed nouatione facta poterit liberari per acceptilationem: nam & in abſentium perſona hoc vti ſolemus remedio, cum ſtipulamur ab aliquo id nouandi cauſa, quod abſens nobis debet: & ita accepto liberamus eum, à quo ſtipulati ſumus, & ita fiet, vt abſens nouatione præſens, acceptilatione liberetur. Hæres quoque & liberare, & liberari accepto po-
3 teſt & honorarij ſucceſſores, † ex pluribus reis ſtipulandi, ſi vnus acceptum fecerit, liberatio contingit in ſolidum.l. & per iuſiurandum.§.ſi legatorum.ff.de acceptil. Secunda ſit concluſio, quòd
4 filius familias promittendo, † patrem ciuiliter non obligat, ſed ſe obligat propter quod accepto rogare filius familias poteſt, vt ſe liberet, quia ipſe obligatus eſt, pater autem acceptum rogando, nihil agit, cum non ſit ipſe obligatus, ſed filius,
5 idem erit, & in ſeruo dicendum, † nam & ſeruus accepto liberari poteſt, & tolluntur etiam honorariæ obligationes, ſi quæ ſunt aduerſus dominum; quia hoc iure vtimur, vt iuris gentium ſit
6 acceptilatio, & ideo † puto græce acceptum ferri
7 poſſe, dummodo † ſic fiat, vt latinis verbis ſolet.l. an inutilis.§.fin.ff.de acceptilat. Tertia ſit concluſio, quod ſi fideiuſſori accepto fuerit latum, cum
8 reus re non verbis fuiſſet obligatus, † hoc iure vtimur, vt licet reus non ſit verbis obligatus, tamen acceptilatione per fideiuſſorem liberatur. l. & per iuſiurandum. §. etſi fideiuſſori. ff. de acceptilat. Quarta ſit concluſio, quod acceptilatio fa-
9 cta fideiuſſori, † pendente conditione, cuius exiſtentia non fingit, quem reum obligatum non prodeſt principali.l.& per iuſiurandum.§.ſi legatorũ.ff.de acceptil.quando autem nihil eſt actum, & reus obligatus eſt; vere tunc acceptilatio facta fideiuſſori prodeſt, etiam reo principali. Bart.l. ſi quis numer.2.ff.de lib.legata. Similiter liberatio, ſeu acceptilatio facta principali, prodeſt etiam
10 fideiuſſori. † leg.2.§.ſi tamen vbi Lancillottus Galiaula nume.6.ff.de verb. obligat. vnde talis colligitur concluſio: quod acceptilatio facta principali, cum pacto, ne proſit fideiuſſori, non prodeſt
11 fideiuſſori, † & acceptilatio facta fideiuſſori cum pacto, ne proſit principali, non prodeſt principali indubio tamen porrigitur ad principalem, niſi aliter actum ſit. gloſ. & Bart.l.ſi cum exceptione. §. Labeo. ff.quod met. cauſa Bart. l. fideiuſſor. §. qui ita.. ff.de acceptilat. Alex.l.2.§.ſi tamen. ff.de
12 de verb. oblig. ſimiliter fideiuſſoris † abſolutio prodeſt etiam principali. Dyn. c.ratu de reg.iur.6. Quinta ſit concluſio, quod acceptilatio vni ex hæredibus promiſſoris in genere, ſtatim liberat
13 pro parte. † Rom.l.ſtipulationum. §.ſi tamen nu. 3.ff.de verb. obligat. Sexta ſit concluſio, ſi is, qui hominem ſtipulatus eſt, Stichum accepto tulerit. Iulianus lib.4.digeſt. ſcripſit acceptilationem aliquid egiſſe, ſuſtuliſſeque totam obligationem, quod
14 enim inuito † ſtipulatore, promiſſor ſoluere poteſt, id eſt acceptilatum liberationem parcet. l.& per iuſiurandum. §. ſi is.ff.de acceptilat. Septima
15 ſit concluſio, † quòd matris quietatio facta non nocet filijs Bert. conſil, 228. numer. 2. vol. 11. Octaua ſit concluſio, quòd minor non poteſt facere acceptilationem tutori, niſi interuenerit auctoritas iudicis.gl.l.de tutela, vbi Iacobus de Sancto Gregorio numer.11.C.de in integr.reſt.Bart.
16 conſil.162. Decius † conſi. 247.numer.11. Rol. conſi.49. numer.42. volum. 1.nec poteſt minor renunciare reſtitutioni in integrum, Aret. conſil, 128. num 9.vnde liberatio facta cum adminiſtratore, in damnum pupilli, non nocet ei. Bertr.conſ. 295.num. 2.vol.5.poteſt tamen pupillus liberare tutorem, cum iuramento. Nichol. de Neap. leg. quid ergo.§.1.ff.de contr.vel vtili act. Bart.l.tutores.§.ab eo.ff.de adm. tutorum quæ tamen liberatio alteri nocere non debet Socin.Iun.conſi.150. numer.52. vol. 1. nec etiam ſibi nocet, ſi ex ea ſit læſus,

læſus, quamnis interuenerit authoritas iudicis;
17 Paulus conſi.309.Nona ſit concluſio, † quod mo-
naſterio non præiudicat liberatio, ſeu acceptila-
tio facta in morte per Abbatiſſam. Cephal. conſi.
239. nu. 10.nec etiam tempore infirmitatis idem
conſi.276.nu.17. Decima ſit concluſio, quatenus
proxime ſupradictum pupillum ſacere poſſe ac-
18 ceptilationem, ipſum † quoque per eam liberari.
l.2.ff.de acceptilationibus, ibi pupillum per acce-
ptilationem etiam ſine tutoris authoritate libera-
19 ri poſſe placet, liberatio † autem contingens ex ſo
lutione, facta pupillo eſt triplex, ſcilicet plena,
plenior,& pleniſſima.gl.l.1.ff.ſi adu.ſolut.Bald.l.
ait prætor. §. permittitur. ff.de minoribus.libera-
tio pleniſſima contingit, ſi fiat ſolutio debiti cre-
ditori minori, authoritate iudicis.Bal.l.falſus.C.
de furt. l.ait prætor. §. permittitur. ff.de minor:
vel cum authoritate curatoris, præſertim, quan-
do iudex præcepit ei ſolui, non obſtante exceptio
ne oppoſita de minori ætate gl. & doct. l. 1. C. ſi
aduerſ.ſolut.§.pœn.inſt.quibus alien.non lic. Vn-
20 decima ſit concluſio, † per procuratorem, nec li-
berari, nec liberare quiſquam acceptilatione, ſine
mandato ſpeciali poteſt l. 3.cum gl.ff.de accepti-
lat. nam & renunciare poterit iſto caſu doct. leg.
actione.§. renunciare. ff. pro ſocio. Docto.& per
iuſiurandum. §. Tutor. ff. de acceptilat. liberatio
tamen, quæritur domino per procuratorẽ, etiam
ſine ceſſione, licet obligatio non acquiratur, niſi
facta ceſſione. Bart.l.reſcriptum.§.fin.ff.de pactis.
procurator autem liberare non poteſt, etiam ſi
habeat liberam. Ruinus conſi. 116 num.3.vol.1.
ſed pone: quidam fecit quietationem de pecunia
ſibi debita, & promiſit vlterius non petere ſub pę
na: ipſe non petijt, ſed procurator eius generalis;
an committatur pœna?& videtur, quod non.quia
non venit in generali mandato. l. ſi procurator. ff.
de cond.indeb.& hoc verum ſi quis ageret ad pę-
nam tanquam dominus petierit, vel peti fecerit,
ſed ſi quis ageret ex alio capite, tacite intellecto,
ſcilicet quod debuit curare, ne peteretur, ſcilicet
ab ipſis quibus poterat prohibere: tunc pœna
committeretur, & exigi poſſet, nam eſt quaſi in
culpa, quod procuratorem non monuit, ne à tali
peteret: & hoc quando tacite, vel expreſsè eſt in
21 obligatione, quod teneatur † curare: aliàs ſecus.
Bart.leg.in illa num.2.ff. de verb.obligat.Duode-
22 cima ſit concluſio, † quòd patri quietatio facta
per filiam, non ſibi nocet in bonis maternis Pau-
23 lus conſi. 179.Decimatertia ſit concluſio, † quod
ſeruus communis, ſicut vni ex dominis ſtipulari
poteſt: ita etiam acceptum rogare vni ex dominis
poteſt eumque in ſolidum liberat, item accepto
liberare ſeruus communis alterum ex dominis,
etiam ab altero domino poteſt, item ſi à primo
domino, ſecundo Domino ſocio ſuo ſtipulatus
fuerit; poſſe, & à ſecundo accepto rogare, & per
acceptilationem primum liberare, quem ipſe obli
gauerat, & ſic fieri, vt per vnum, atque eundem
ſeruum,& conſtituatur, & tollatur obligatio.l.an
inutilis.§. ſeruus.ff.de acceptila. item fructuarius
ſeruus liberare acceptum rogando fructuarium
poteſt, quia ex re eius videtur ei acquirere, ſed
etſi vſum tantum habemus, idem fiet, idemque
dicemus in eo, qui bona fide nobis ſeruit,& in cę-
teris, qui noſtro iuri ſubiecti ſunt, ſed etſi ſeruo,
quod ipſe mihi promiſit, acceptum fecero, inuti-
les mihi erunt aduerſus dominũ honorariæ actio-
nes, quæ de peculio, vel de in rem verſo dantur, ſi
ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem, ac-
ceptum roget, quod defunctus mihi promiſerat,
verius puto contingere liberationem, vt per hoc
hæreditas ipſa liberetur, ſed ſi dominus apud
hoſtes ſit, dicendum eſt iure poſtliminij, confir-
mari acceptilationem, nã & ſtipulari ei, qui apud
hoſtes eſt, ſeruus poteſt.l.ſpecies.ff. de acceptilat.
item not quod ſeruus nec iuſſu domini acceptum
facere poteſt, quod domino debetur, niſi primo
ſtipuletur animo nouandi. l. ſeruus cum gl. ff. de
acceptilat. l.& per iuſiurandum. §. tutor. ff. eod.
Decimaquarta ſit concluſio, quod hi acceptilatio-
24 nem facere poſſunt, † quibus vel ex negotio ſe-
cum geſto, vel cum eo, cui ciuili honorariove iu-
re ſucceſſerunt debetur. l.& per iuſiurandum. §.
fin. ff.de acceptil.ita, vt paterfamilias, vel ſui iuris
ſit, nam pupillus, & perſonæ ſimiles liberare per
acceptilationem debitores non poſſunt, niſi tuto-
rum, curatorumve authoritate interueniente. l.1.
C.de acceptilat.

*SVMMARIVM.*

1 *Acceptilatio uni facta quando proſit alijs.*
2 *Fideiuſſor iudicati datus, liberatur acceptilatione.*

## *Quæſt. V. Primæ partis.*




1 Vinto quæro, † vtrum acce-
ptilatio facta vni, proſit alte
ri? Reſp. quod quando ſunt
duo rei, debendi obligati in
ſolidum, liberatio facta vni
prodeſt alij. Grat. cõſi.114.
nu. 30.vol.1, Alb.l. neque,
num.1.C. de tranſact.Alex.
l.1.num.8.C.eod.l.petens, num.16. C. de pact.l.
ſi marito, §.ſi pater, nu.2.ff.ſolut.mat. vbi dicitur
de emptoribus pluribus; hoc idem eſt de pluri-
bus ſocijs debitoribus.l.4.§.nunc.ff.de lib.legat.
Dyn.l.qui duos.ff.eod.l. & per iuſiurandum in fi
ne.ff.de acceptil.ibi ex pluribus reis, qui ſunt ſo-
cij ſtipulandi, ſi vnus acceptum fecerit, liberatio
contingit inſolidum.item vno debitore liberato,
alter liberatur, ſi ſocij ſunt in vtroque caſu, gl. in
d.l.& per iuſiurandum,& l.ſi ex pluribus, ff. eod.
tit.ibi, ſi ex pluribus obligatis, vni accepto fera-
tur, non ipſe ſolus liberatur, ſed & ij, qui ſecum
obligantur. nam ex duobus pluribusve eiuſdem
obligationis participibus, vni accepto feratur,
cæteri quoque liberantur. non quoniam ipſis ac-
ceptilatum eſt, ſed quoniam velit ſoluiſſe vide-
tur is, qui acceptilatione ſolutus eſt. ſimiliter ſi iu
2 dicati † fideiuſſor ſit datus, & acceptus, eique ac-
ceptilatum ſit, liberabitur, & iudicatus declara-
tur. Secundo quando acceptilatio facta fuit in
rem, ſecus in perſonam, glo. dict.l.ſi ex pluribus,
ver.

ver.liberatio. ff. de acceptilat. Tertio intellige in obligatione iuris ciuilis, secus autem in obligatione iurisgentium. Barto.l. ex duobus, num.5.ff.de duobus reis, vbi etiam Franc. Aretin. & Angel. ibid.num.1. l. stipulationem.§. si ita, num 2.ff.de verborum obliga. Bart. authen.hoc ita,num. 39. C.de duobus reis. Quarto declaratur, vt acceptilatio vni ex pluribus correis expressim singulariter indulta, alijs correis, nec proderit, nec oberit. Ronchegallus.l.2.num.110.ff.de duobus reis, dicit hanc esse communem Emanuel Soarez in suis comm.opin.ver.acceptilatio. quinto declaratur, vt non sufficiat, quod sint plures obligati in solidum, nisi fuerint etiam rei debendi. Roman. consil.209.num.1.l.stipulationum.§.si tamen, num. 8.ff.de verb.oblig. Alba consi.3. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Absente parte, an fieri possit acceptilatio.*
2 *Confessio ad obligandum requirit præsentiã partis.*
3 *Principali liberato, an liberetur accessorium.*

## Quæstio VI. Primæ partis.



1 Exto quæro, † vtrum absente parte fieri possit acceptilatio, vel liberatio? Respond. quod huiusmodi valebit in præiudicium renunciantis, secus in præiudicium absentis, nisi fuerit ei notificatum: Cephal.consi.272.num. 99. quatenus autem concernit fauorem absentis, fieri potest absente parte. Innoc.c.veniens, de renuncia. C.pridem de pactis, gl. l. 2. C. de pact.l.non solom.§.liberationis.ff.de liber.lega. Alex.consil. 108.volum.4. Vital.in tractat. Claufu l.pagin. 60. num.182.ratio enim primi dicti est, quia confes-
2 sio ad obligandum † requirit præsentiam partis, l.idem, ff.de pact.l. 1. in fine.ff. de contr. emptio.
3 an liberato † principali, liberetur accessorium? Respond.quod sic,l.non exiguum, num. 4. ff. si quis cautio. Felyn. consi.10.num.5.

SVMMARIVM.

1 *Filius viuo patre liberans paternos debitores, quando sibi præiudicet.*
2 *Filij vel filiæ renunciatio, quando sibi noceat. vide remissiue.*
3 *Succedens ab intestato, si quietationem fecerit, hæredi venienti ab intestato, an sibi noceat.*
4 *Promittens liberare, quando liberasse dicatur.*

## Quæst. VII. Primæ partis.




1 Eptimo quæro † vtrum filius liberans paternos debitores, viuis parentibus, sibi præiudicet? Resp. quod non, etiam post mortem parentum. l. & fuum. ff. de pact. Ias.l.filius.C.de pact.Paul.consi. 281. vol. 2. Strachs in tract. de mercat.p.6.no.7. nisi obliget se non petiturum, cum erit hæres. l. hoc iure. §.fin.ff. de pact. doct.l.filius. ff.de solut. & in c.quamuis de pact.in 6.l.hæredi.§.filia.ff.de pact.Alex.l.stipulatio. ff.de verb.oblig at.quando
2 autem † filij, filiæve renunciatio sibi noceat; vide Alba. consil.11.consil.89.consi. 23. numer.12.& consi.66. vbi in puncto habes, quod per hoc non sibi præiudicant in legitima. item not.quod quietatio facta per successurum ab intestato ei, qui est hæres ex testamento, nocet sibi data validitate te-
3 stamenti.Paul.consi.207.item not. † quod promittens, seu iubens liberare, dicitur liberasse: & ei
4 competit † exceptio. l. si creditoris, C. de fideic. Alciat.consi.117.no.7.

SVMMARIVM.

1 *Re obligatus non verbis, an per acceptilationem liberetur.*

## Quæst. VIII. Primæ partis.



5 Ctauo quæro † vtrum re obligatus non verbis per acceptilationẽ liberetur? Resp. quod non. l. si acceptilatum. ff. de acceptilat.ibi si acceptolatum fuerit, qui non verbis, sed re obligatus est, non liberabitur quidem, sed exceptione doli mali, vel pacti conuenti, se tueri potest: & sic non iure acceptilationis, sed pacti gl. 1. in d. l. facit.l. cum emptor. ff. de resc.vend.

SVMMARIVM.

1 *Acceptilatio super qua obligatione fiat, & in quibus casibus renunciatio sui iuris procedat.*
2 *Acceptilatio facta super obligatione, solo consensu contracta, quid operetur.*
3 *Forma non seruata acceptilationis, nullam exceptionem parit.*
4 *Acceptilatio quæ non valet in expresso, non valet nec in tacito.*
5 *Acceptilationem non vitiat adiectio vltra delictum.*
6 *Superfluum non nocens in obligando, non nocebit in dissoluendo.*
7 *Alimentis præteritis renunciatur in futuris.*
8 *Appellationis renunciatio fieri potest.*
9 *Restitutionis in integrum beneficio renunciari non potest.*
10 *Fauori suo vnusquisque renunciare potest.*
11 *Diuisionis beneficio renuncians, non renunciat cessioni.*
12 *Renunciatio conditioni indebiti, quid operetur.*
13 *Liberatus à redditione rationis, non liberatur à culpa.*
14 *Renunciatio exceptionum, quid operetur.*
15 *Renunciatio feudi facta per filium non nocet nepoti.*
16 *Renunciatio in causa principali, non extenditur ad appellat.*

*Renun-*

17 *Renunciatio iurium non extenditur ad ignorata.*
18 *Renunciatio iurium facta à minore non nocet.*
19 *Renunciatio actioni tutelæ quomodo valeat.*
20 *Renunciatio litis, & causæ quid operetur.*
21 *Renunciatio successionis, quomodo & quando de quibus, & à quibus fiat.*

## *Quæstio IX. Primæ partis.*

1 
Ono quæro † super qua re acceptilatio fiat? Resp. dicendum per multas conclusiones. Primo, quod acceptiatio fit super ea obligatione tantum, quæ erat verbis contracta: si verò alio modo erat contracta, deducitur, Primo in Aquilianam stipulationem postea sequitur acceptilatio. l. an inutilis. §. 1. ff. de acceptil. quandoque tameu fit in ea, quæ fuerat iure iurando contracta pro operis liberti. l. & per iusiurandum. ff.
2 eod. tit. † item & in ea, quæ solo consensu erat contracta, & valet potius iure consenius, quam acceptilationis. l. vlt. ff. eod. tit. leg. cum emptor. ff. de resc. vend. si verò inutiliter fiat acceptilatio, vt quia super ea obligatione erat interposita, quæ re erat contracta, habet pacti exceptionem: dixi su-
3 pra in proxima. q. si uero † forma non fuerit seruata nullam exceptionem habet l. an inutilis l. in diem ff. de acceptilatio. Secunda sit conclusio;
4 quòd si acceptilatio non valet † in expresso, non ualebit etiam in tacito. l. & per iusiurandum. §. si Stichum. ff. de acceptilat. ibi si Stichum aut decem sub conditione stipulatus, Stichum acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus decesserit, decem in obligatione manebunt, perinde, ac si ea acceptilatio interposita nõ fuisset. Ter-
5 tia sit conclusio, † quod adiectio ultra debitam acceptilationem non uitiatur. l. si is, qui. ff. de acceptilat. ibi si is, qui Stichum promisit ita interrogetur, quod Stichum promisi, Stichum, & Pamphilum habes ne acceptum, puto rectè acceptolatum, ei pro superuacuo, Pamphili mentionem factam quemadmodum, si is, qui decem promisit, ita interrõgetur, quod tibi decem promisi, & uiginti, habes ne accepta? etiam decem nomine
6 erit liberatus, † sicuti enim in obligando non nocet superfluum, ita nec in dissoluendo. l. quæ extrinsecos. ff. de uerb. obligat. l. 5. §. fin. l. si mihi. ff. eod. tit. Quarta sit conclusio, quod alimentis præteritis, cum iuramento renunciari potest, non au-
7 tem futuris. §. † Bald. l. pactum. C. de collat. Doct. l. si quis à libetis. §. parens. ff. de liber. agnosc. Innoc. c. cum contingat de iure iur. Fel. 1. si diligenti de foro compet. Quinta sit conclusio, quod renunciatio appellationis fieri potest doct. l. si quis libel
8 los. C. de appell. Innoc. c. instituros † eod. tit. declaratur, primo, ut non dicatur renunciasse interlocutoriæ, qui appellauit à diffinitiua. Innoc. c. dilecto de appell. similiter renuncians in uno articulo potest appellare in alio. Abb. antiq. d. c. dilectus. Secundo declaratur procedere in causa ciuili, secus autem in criminali, in qua causa non ualet. doct. l. non tantum. ff. de appell. l. fin. §. fin, C. de temp. appell. Tertio declaratur, ut possit renunciari, etiam appellationi futuræ per viam, tamen pacti. Bal. l. 1. C. de pactis. Quarto declaratur quod in casu, quo quis renunciauit appellationi, renũcians potest agere contra iudicem, à quo pro grauamine. Innoc. & Abb. c. sæpe, de appellat. Sexta sit con-
9 clusio, quod † minor, & ecclesia renunciare non potest beneficio restitutionis in integrum, sed debet restitui. Bart. l. generaliter, ff. de non num. pecun. glo. & Bart. l. si iudex. ff. de minor. gl. & Abb. c. si diligenti, de foro competenti. Septima sit conclusio, quod fauori suo vnusquisque renunciare
10 potest. l. si quis in † conscribendo. C. de pac. ét si fauor sibi detur a iure, vnde mulier certiorata pót renunciare Vell. Doct. com. l. si quis. C. ad Velle.

Item renunciari potest beneficio. l. 2. C. de rescind. vendi. dummodo pars non fuerit in dolo. declaratur tamen hæc septima cóclusio, vt renunciatio omnium beneficiorum facta a correis, vel fideiussorib. non extendatur ad beneficium cedendarũ. Bal. l. si diuersa. C. locati. Ale. l. si ex duob. §. si a Titio. ff. de duob. reis, l. hi qui, ff. de fideiuss.
11 Item renuncians † beneficio diuisionis, non videtur renunciasse beneficio cessionis. Bal. l. Modestinus, ff. de solution. Tertio renunciari non potest beneficio. l. ad egregias. ff. de iure iur. Quarto non potest renunciari beneficio, l. si vnquam. C. de reuoc. don. Quarto renunciatio in instrumentis conditioni indebiti, & sine causa actionum in
12 factum, & omni † auxilio non tollit cõditionem indebiti, quia sicuti indebitè promisit, ita indebitè renunciauit, nisi addatur clausula, sciens se non teneri promisit, &c. renunciauit &c. vel clausula, & si aliquo casu apparet prædicta indebitè promissa, ex nunc dedit, & donauit, quia nunquam datur condictio indebiti. Bar. l. fin. §. idem. ff. de cond. indeb. & ibi Doct. com. & Ias. l. prima. ff. eo-
13 dem ti. Corn, consi. † 285. num. 6. volum. quarto, consi. 189. nume. 1. volumi. 1. Quinto liberatus à redditione rationis, non videtur liberatus a culpa, quæ nec per pactum remitti potest tacitè vel expresse, ubi daretur occasio committendi culpam: secus ubi non daretur huiusmodi occasio. Ruin. l. cum tale. §. Titius, numer. 1. & seq. ff. de condit. & demonst. dolus autem nunquam remitti potest, vt ibidem per eundem. Sexto declaratur, ut renunciatio exceptionum, debeat esse spe-
14 cialis, aliàs ad ignorata non extenditur. † Bar. l. sed & si. §. quæsitum, ff. si quis caution. quo casu ualet etiam si fiat de nullis exceptionibus opponendis. Doctor. d. §. quæsitum. Cyn. l. pen. C. de pact. Bart. & Ale. l. quamquam ad Maced.

Fallit tamen primo in exceptione præscriptionis statutariæ, cui renunciari non potest. Bar. l. nemo. ff. de legat. primo.

Secundo fallit in renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ facta, statim post confessionem, nam censetur eadem facilitate lapsus ad renunciandum, qua ad confitendum. Abb. c. cum contingat, de iure iur. Felin. c. si cautio, de fide instru. Ias. §. fuerat, num. 76. in stit. de action.

Tertio fallit in exceptionibus futuris, quibus

renuntiari non potest. Doctor. l. sed & fi. §. quæsitum. ff. si quis caut. nisi interuenerit iuramentum. Corn. consi. 5. num. 1. uol. 1.

Quartò fallit in causis criminalibus, in quibus renunciatio exceptionis non valet.

Quintò, non potest renunciari exceptionibus fori, iam competentibus, nor. l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit.

Sexto fallit in exceptione simulationis, cui renunciari non potest. Doct. l. nemo, ff. de legat. primo, nor. l. prima. C. plus valere, quod agitur, nisi ex interuallo post contractum, vel nisi interuenerit iuramentum. Et nor. quod in regula, quæ dicit quemlibet posse fauori suo renunciare, non procedit, quando vertitur præiudicium tertij. Vital. Clem. constitutione, num. 16. de elect.

Similiter renunciatio omni iuri, quod quis habet, vel sperat habere in futurum, intelligitur renunciare futuro causam habenti à præterito, & non aliter. Aret. consi. 93. num. 8.

15 Septimo declaratur principalis † conclusio, quod renunciatio feudi facta per filium, non noceat nepoti, ex eo postea concepto. Bal. l. qui se patris, C. vnde liberi. nor. l. liberti, C. de oper. lib.

Octauo declaratur, vt renunciatio facta hypothecæ in bonis viri per vxorem, nocet ei Authen. si qua mulier. C. ad Velleian. l. iubemus, & ibi Doctor. ff. eodem titu. quod est verum, si maritus haberet aliunde bona doct. l. etiam. C. eodem titulo, maximè cum interuenit iuramentum. not. c. cum contingat, de iureiur.

16 Nono renunciatio hæreditatis † paternæ, non comprehendit feuda. Dec. consi. 78.

Decimo renunciatio iurium, in causa principali non extenditur ad causam appellationis. Innoc. cap. cum venissent, de testibus, nisi actum sit expresse. nor. l. 1. C. de fide instr.

Vndecimo renunciatio vnius iuris; non extenditur ad aliud. not. l. si domus. ff. de seru. vrb. prædio. l. si mihi, de seru. rust. præd.

17 Duodecimo † renunciatio iurium non extenditur ad ignorata. Bar. Auth. qui semel, C. de probar. l. mater, ff. de inoffic. testamento.

Decimotertio renunciari non potest iuri prohibitiuo, gl. & Doct. l. 1. C. ne fideiuss. dot. detur.

Decimoquarto, nec iuri tradenti aliquam formam, nor. l. cum hi, de transact.

Decimoquinto renunciatio iurium, & exceptionum facta à minore muliere rustico ignoranter non nocet, gl. & Doct. l. fin. §. pen. ff. ad Vell.

18 Decimosexto non valet † etiam facta per metū glo. & Bar. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum aut. non detur.

Decimoseptimo non extenditur ad ius postea quæsitum. Bal. l. pactum, C. de collat. Bart. l. quod seruus, ff. de cond. ob causam.

19 Decimooctauo † renunciatio actioni tutelæ facta tutori per pupillum, non valet, etiam cum iuramento. Bal. Auth. facta pub. C. si aduers. vend.

Decimonono renunciatio beneficij iuris, non intelligitur beneficio statuti, sed iuris communis, nomen enim iuris debet restringi ad ius commune. Bal. l. sed etsi. §. quæsitum. ff. si quis caut.

20 Vigesimo, renuncians † liti, & causæ, iuri sibi competenti, non censetur renunciasse, not. c. cum inter, de elect. c. veniens, de renunc. quæ renunciatio etiam absente parte, fieri potest. Innoc. c. cum pridem, de pact. dummodo pro absente index recipiat, aliàs secus, nam renunciatio litis, debet fieri, coram iudice causæ: aliàs non valet, gl. capitul. quamuis, de elect. 6. & renuncians liti non potest pœnitere, & ad ipsam redire. l. postquam, C. de pact. Ampl. vt possit etiam renunciari in causa appellationis. Doctor. l. 1. ff. de actio. empt. Secundo declaratur, vt debeat condemnari in expensis, ut si causa de nouo superueniat. Bal. l. postquam, in fine. C. de pact. Tertio declaratur, vt in renunciatione litis, non requiratur causa, nisi sit facta ab administratore, quoniam tunc debet inseri causa: aliàs non valet, ideo debitores qui recipiunt sese rationem à tutore, vel curatore, seu ab alio administratore, in ea faciunt exprimere causam, sine qua refutare non possunt. Barto. & Ang. l. 1. C. de Apoch. publ. lib. 10. Quarto declaratur, vt renuncians liti, non amittat possessionem, nec statim cogi possit à iudice ad satisfaciendum, sed citari debet. glo. & Doct. l. sciendum. §. si qui fundum, ff. satisd. cogan. Innocen. c. accepta, de restit. spoliat. Quinto fieri non potest in præiudicium aduersarij. Bald. l. suus. C. de repud. hær. Doctor. d. l. postquam. Sexto requirit speciale mandatum. Barto. l. cum mota, C. de transact. Alex. consi. 22. vol. 1. Septimo renuncians, non dicitur succumbere, sed desistere, & non comprehenditur statuto de succumbente. Bal. l. alia. C. de his quib. vt indign.

21 Vigesimoprimo † renunciatio successionis heri potest. Et primo à sorore fratribus, etiam de bonis paternis: maximè cum iuramento. Federi. consil. 36. Bald. l. pactum. C. de collat. Secundo fieri potest patri hæreditatis maternæ per filiam. Bal. l. liberti, C. de oper. libert. Tertio renunciatio facta per matrem nocet filijs. Bal. l. fin. C. de pactis, Bart. l. qui superstitis. ff. de acquir. hæredi. renunciatio tamen successioni paternæ, non comprehendit legitimam. Doct. l. 3. C. de impube. & alijs substit. nisi expresse de ea dicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Generalem quietantiam, an quis cogatur facere.*

2 *Generalis quietantia ad quæ se extendat.*

3 *Quietantia generalis non extenditur ad rem quæ vendicari potest.*

4 *Quietatio generalis, non cōprehendit ius de futuro.*

5 *Dotis petitionem, non excludit liberatio generalis.*

6 *Legatum dotis non comprehendit generalis quietatio.*

7 *Quietatio generalis, non extenditur ad contenta in strumento de quo mentio habita non fuit.*

8 *Conditionalem obligationem, non comprehendit liberatio generalis.*

9 *Dolo res occultatas, non comprehendit generalis quietatio.*

10 *Legitima non comprehenditur in quietatione generali.*

11 *Erranti, non nocet quietatio generalis.*

*Filia,*

12 *Filia, non nocet in bonis maternis generalis quietatio data.*

13 *Quietatio generalis restringitur ex ratione præsumpta.*

14 *Occultatas non comprehendit res generalis quietatio.*

15 *Generalis quietatio restringitur ad rationem calculationis.*

16 *Matrem non liberat quietatio generalis, si apparet computa recte non fuisse facta.*

17 *Filiæ quietatio facta patri, quando sibi noceat.*

18 *Sorori quietatio facta generalis, non nocet*

19 *Quietatio generalis porrigitur ad cogitata tantum in genere.*

20 *Quietatio generalis non facit recedere ab obligatione prohibitionis alienationis.*

21 *Generalis quietatio non ualet, cum quis fuerit enormiter læsus.*

22 *Fideicommissi ius non comprehendit quietatio generalis.*

23 *Præiudicium tertij non comprehendit liberatio generalis.*

24 *Aliam causam non comprehendit quietatio facta in vna.*

25 *Feudum non comprehendit quietatio generalis.*

26 *Reuisionem tutori non tollit quietatio.*

27 *Geminata quietatio valet, quæ simplex non valeret.*

28 *Administrationem malam quando comprehendat quietatio generalis.*

29 *Futura quando respiciat quietatio generalis.*

30 *Fideicommisso quando videatur renunciatum per quietationem generalem.*

31 *Rationis reddenda quietatio generalis ad quid extendatur.*

## *Quæst. X. Primæ partis.*

1 DEcimo quæro, † vtrum quis cogi possit ad faciendum generalem quietationem? Respond. quod non, sed specialem, sic hoc est de solutis tantum Bartol. l. cum Aquiliana, numer. tertio. ff. de transactio. Aret. §. item, nume. 6. institut. quibus modis toll. oblig. Ias. l. si de certa, nume. 5.
2 C. de transact. in casu † autem quo fiat, vt l. pluribus. ff. de acceptil. quæri possit, ad quæ extenderetur.

Et primo not. quod quietatio generalis facta per patrem, non extenditur ad rem, quam potest vendicare. Bald. l. pactum. C. de collat.

3 Secundo facta inter pupillum, † & substitutum, non extenditur ad ius fideicommissi. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres col. 4. ff. de verb. oblig.

4 Tertio non comprehendit † ius de futuro post mortem. not. l. Paulus. §. 1. ff. de leg. 3.

Quarto non excludit à petitione dotis debitæ per statutum. Paulus consi. 145.

5 Quinto refertur solum † ad id, quod est satisfactum. Bald. l. si ex maiore. C. de except.

Sexto restringitur ad contractum solum, super quo interponitur. Bald. l. iubem. C. ad vell.

Septimo restringitur ad specificata. Bart. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact.

Octauo, si facta fuerit occasione cuiuscunque litis, quæ esse possit inter partes, non extenditur, nisi ad ea, de quibus est actum.

6 Nono quietatio generalis † facta per vxorem, non comprehendit legatum dotis ei factum à viro suo. Paul. consi. 242.

Decimo, non extenditur ad contenta in testamento; de quo non est facta mentio. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.

7 Vndecimo, † non extenditur ad obligationes contractas sub conditione, quæ nondum extitit. Angel. consi. 189. num. 1.

8 Duodecimo non porrigitur † ad species dolo
9 vnius contrahentium occulte subtractas. † Ange. l. tres fratres numer. 1. ff. de pact.

10 Decimotertio, non porrigitur † ad legitimam. Bertr. consi. 17. nu. 3. vol. 2. consi. 63. nu. 6. vol. 2.

11 Decimoquarto, non extenditur † ad res, quæ vendicari possunt. Boer. in consu. Burg. Tit. des Droict. §. q. verb. de Tous, nu. 3.

12 Decimoquinto, non nocet errantibus, † quando agitur de vitando damno. Crau. consilio 221. numero octauo.

13 Decimosexto non † valet facta per filiam de bonis maternis, matre non consentiente. Crau. consi. 11. numer. 1.

Decimoseptimo restringitur ex ratione præsumpta. Crau. consi. 42. nu. 3.

Decimooctauo non includit legatum dotis. Ias. consi. 3. volumin. 4.

Decimonono quietatio in laudo, non se extendit ad postea quæsita. Gozad. consi. 30. numer. 18. consi. 38. numer. 18.

14 Vigesimo, non extenditur † ad occultata pro vt præsumitur in rebus preciosis. Ias. l. sub prætextu nu. 2. C. de transact.

15 Vigesimoprimo restringitur † ad rationem calculationis. Ias. l. emptor. §. Lucius nu. 9. ff. de pact.

Vigesimosecundo si fuerit facta per filiam matri, quæ gesserat tutelam, non liberat eam, si appa-
16 ret computa non fuisse recte facta cum † tutoribus filiæ. Paul. consi. 343. vol. 1.

17 Vigesimotertio si fuerit, † facta à filia patri ipso authorante etiam cum iuramento, non valet. Paul. consi. 460. vol. 1.

18 Vigesimoquarto, non nocet † sorori erranti etiam si sit iurata Paul. consi. 372. nu. 2. volum. 2. consi. 2. eod. volum.

19 Vigesimoquinto porrigitur † ad cogitata tantum in genere. Rom. consi. 403. nu. 13.

20 Vigesimosexto, quietatio generalis † non facit recedere ab obligatione prohibitionis, alienationis. Soc. Iun. consi. 129. nu. 19. vol. 2.

Vigesimoseptimo, restringitur ne sit captiosa. Alex. consi. 45. nu. 8. vol. 1.

Vigesimooctauo generaliter accipitur, si salua ratione recti sermonis, non potest ad specificata restringi. Alex. consi. 46. vol. 1.

Vigesimonono non extenditur ad ea, quæ possunt vendicari. Alex. consi. 46. num. 4. vol. 1. Anc. consi. 330. nume. 13.

21 Trigesimo, quando quis † fuerit enormiter læsus. Cephal. consi. 62. numero 33. etiam si in-

teruenerit iuramentum. Ceph.consi. 34.numero 25.consi.62.num. 15.

22 Trigesimoprimo † non comprehendit ius fideicommissi Soc. consi.25.numer.2.l.& vno.5.& idem.ff.de accept.l.si ita.ff.de leg.2.Ripa.l.qui Romæ. §.duo fratres, ff.de verb.oblig.Curt.consilio 16.numero 10.

23 Trigesimosecundo, non comprehendit † præiudicium tertij. Crau.consi.80.nu.9.

24 Trigesimotertio, non extenditur † ad aliam causam, etiam si fuerit similis Rimin.consil.134. num.59. volum. 1.

Trigesimoquarto, non impedit reductionem. Dec.consi.11.num.6.

25 Trigesimoquinto non comprehendit † feudum.Dec. consilio 395. numero 10.consilio 269. numero 11.

Trigesimosexto restringitur, ad causam societatis, quando super illa fuerit facta Bart. consil. 159.num.41.volum.2.

26 Trigesimoseptimo, non tollit † reuisionem tutori.Ial.consi.219.volum.2.& consi. 14. vol.3.

Trigesimooctauo non extenditur ad Socium incapacem. Goffred.l. si is numero quarto, ff. de lib. legata.

Trigesimonono, acceptilatio generalis refertur ad omnia, nisi appareat esse sensum contrarium.l.pluribus. ff. de acceptilat. ibi pluribus stipulationibus factis, si promissor, ita accepto rogasset, quod ego tibi promisi, habes ne acceptum. si quidem appareat, quid actum est, id solum per acceptilationem sublatum est, si non apparet, omnes stipulationes solutę sunt, dummodo illud sciamus: si ego aliud accepto tuli, aliud tu rogasti, nihil valere acceptilationem.

27 Quadragesimo quietatio geminata † valet, quæ simplex, facta parte absente, non valeret. gl. & Doct.C.si cautio de fide instrum. l. si mater. C.ad Velleian.& valet etiam de iure futuro. Cephal. consi.46.numer.31.

28 Quadragesimoprimo, comprehendit † administrationem malam, si sciens, & patiens fuerit. Ber.consi.701.num. 9.vol.1.tenetur nihilominus consignare liberos Paris.cons.84.nu.22.vol.1.

Quadragesimosecundo quietatio non comprehendit obligationes, sub conditione contractas. Tiraquel.de retr. in gl.2. ver.vendiderit nu.24.

29 Quadragesimotertio non respicit † futura.Ber. consi. 130.nu.8.vol.2.Bald.l.1.col.3.C.de pact.

30 Quadragesimoquarto, † quamuis per quietationem generalem non videtur renunciatum fideicommisso, nihilominus si in ea dicatur expressè de eo certioratus, quis de testamento, tunc comprehendetur, ita in puncto Aug. Ber. consil. 57.nu.23.volum. 3.

Quadragesimoquinto quietatio generalis, etiam iuraměto firmata, rescindi potest, eo quod altera pars, in instrumento contenta, non impleuit.Anch.consi.180.nu.1.& seq.

31 Quadragesimosexto quietatio † reddendæ rationis, operatur remissionem scrupulosæ redditionis rationum, non autem remissionem debiti, vel dolose gestorum.l. si seruus. ff.de leg.1. not.l.Lucius.ff.de liber. leg.Cephal.consi.39. numer. 21. consi.192.nu.6.Didac.Var. resol.lib.1.c.14.num. 2.Grat.consi.23.numer.1.& seq.vol.1.aliàs limit. & ampl. videre poteris ad hanc materiam, quæ scripsi in tract. de reg. iur.p.1.reg.1.Dicas igitur, quod in dubio acceptilatio generalis refertur tantum ad id, de quo specialiter actum est doct. l. si decreta.C.de transact. nisi aliqua verba subijciantur, quæ non possunt salua ratione recti sermonis, referri tantummodo ad specificata, sed vltra specificata important, & intelligi debent. Vnde licet narratio fiat, quod decem, quæ tibi mutuaui reddidisti mihi, & propterea generaliter ab omni eo, & toto, quod petere possum à te, libero te; intelligitur quod petere possem, ratione dicti mutui facti de decem, & non de alia causa, secus si subicijatur, vel alia quacunque dicta de causa, vel quid simile, quia dicta verba salua ratione, recti sermonis, non possunt referri tantum ad dictum mutuum, vnde referuntur etiam ad aliàs obligationes, vel causas doct. l. si ex pluribus. §. 1.ff. de solut.l.pluribus.ff.de acceptil.l.Aurelius.§.Caius. ff.de lib.legata. Vnde sis cautus, quando facis istas liberationes generales, qualiter verba concipiantur Angel.§.item numer.5.inst.quibus modis tollatur oblig.

*SVMMARIVM.*

1 *Acceptilatio quibus modis fiat.*
2 *Apoca quomodo fiat.*
3 *Restituta apoca, parit obligationis liberationem.*
4 *Apoca, ad hoc vt probet, qualis esse debeat.*
5 *Cancellatio Apochæ, vel instrumenti, qualiter solutionem probet.*
6 *Acceptilationis forma quæ sit.*
7 *Acceptilatio sub conditione fieri non potest.*
8 *Acceptilatio in codicillis, habet vim taciti pacti.*
9 *Formæ vitium est maius, quam materiæ.*
10 *Regula, si non valet, quod ago, vt ago &c. declaratio.*
11 *Dolo acceptilatio facta non valet.*
12 *Renuncians instrumento debiti, an debito renunciasse dicatur.*
13 *Acceptilatio quibus mod. fiat, & an valeat sub impossibili modo, vel conditione.*
14 *Acceptilatio in diem fieri non potest.*
15 *Liberatio in testamento legari potest.*
16 *Liberatio quibus modis relinquatur.*
17 *Effectus liberationis legatæ.*
18 *Debitori, vel alteri fieri potest liberationis legatum.*
19 *Legata liberatio præsenti, & acceptanti, habet vim pacti de non petendo.*
20 *Instrumentum reddi debet, liberatione legata.*
21 *Conductori liberatio facta intelligitur, vt gratis fruatur bonis conductis.*
22 *Liberatio legata ad tempus, quid operetur.*
23 *Executionem trahit secum liberationis legatum.*
24 *Liberatio legata non extenditur ad possessores rerum.*
25 *Liberationis legatum quid non comprehendat.*
26 *Fideiussore liberato, non liberatur reus.*

Nomi-

27 *Nominatus non existens in testamento habetur pro legatario.*

28 *Patri, vel filio liberatio legata quid operetur.*

29 *Liberatio, quando ab omni iure liberare dicatur.*

30 *Pars remitti potest per legatum liberationis.*

31 *Liberatio legata rei alternatiue debitæ, quid operetur.*

32 *Liberationis legatum euanescit, si à testatore creditum exactum sit.*

33 *Creditum hæredis legari potest.*

34 *Liberationis legatum quando ad hæredes non transeat.*

35 *Nominare hæredem, quando non sit opus in liberatione legata.*

36 *Liberatio depositi legari potest.*

37 *Fideiussoris liberatio qualiter legari possit.*

38 *Liberatio reddēdarū rationum, ad quæ extendatur.*

39 *Liberatio legata crediti exacti est nulla.*

40 *Liberatio crediti in diem, vel sub conditione, legari non potest.*

41 *Hæres hæredis petere non potest creditum liberatione legatum.*

42 *Habitatio legata intelligitur, vt gratis habitare debeat.*

43 *Liberatio generalis legata administrationis quando ad pecunias creditas extendatur.*

44 *Liberationis legatum qualiter extinguatur.*

45 *Procuratori liberationis legatum, ad quid extendatur.*

46 *Liberationis legatum, ad quod debitum extendatur.*

47 *Liberationis legatum vitiatur defectu crediti demonstrati.*

48 *Pupillo legatum quando liberet tutorē à reddenda administratione tutelæ.*

49 *Pupillo liberatio facta an extendatur ad tutorem.*

50 *Liberationis legatum ad quod debitum extendatur.*

51 *Verba restrictiua liberationis legatæ in legato, quando extendatur ad testamentum.*

52 *Liberatio relicta ad tempus quid operetur.*

53 *Iuri accrescendi quando sit locus, in liberatione legata.*

54 *Liberationis legatum in causa principali non valet etiam in accessoria.*

55 *Legatum liberationis, ad quod debitum referatur.*

56 *Præscriptio habet vim solutionis.*

57 *Acceptilatio debet esse correspondens obligationi.*

58 *Liberatio præsupponit obligationem sicuti priuatio præsupponit habitum.*

59 *Oblatione in iudicio facta, inducitur liberatio.*

60 *Pars obligationis potest tolli per acceptilationem.*

61 *Acceptilatio inutilis, quæ dicatur.*

62 *Liberatio debet fieri in scriptis.*

63 *Acceptum ferri non potest, nisi quod verbis obligatum est.*

64 *Vsusfructus pro parte acceptilatione, liberari potest.*

65 *Plures obligationes vna acceptilatione tolli potest.*

66 *Ambitiosa liberatio non valet.*

67 *Liberatio informiter facta nulla est.*

## *Quæst. XI. Primæ partis.*



1 Ndecimo quæro † quibus modis
acceptilatio fiat? Resp. per multas conclusiones, & primo si fiat
Apocha, debet inscribi in ea,
2 dies consul. † mensis, causa, &
summa, & nomen soluentis. Bal.
l.1.C.de Apochis publicis. Secundo si fiat obligatio per apocham, ea restituta parit liberationem.
nisi ex ea aliqua alia commoditas resultaret. Bal.
3 l.creditorem.C.de † remiss. pignoris, vel instr.l.2.
ff. de pact. Innoc. c.2.de fide instr. non autem per
redditionem pignor.l.postquam.ff.de pact.Bertr.
consi. 24.num. 1. vol.7. ad hoc tamen vt apocha
plene probet, debet esse subscripta à tribus testi-
4 bus, & ab vtraque parte aliàs † semiplene tantum probaret. not. l.scripturas,c.qui por.in pign.
hab.l.plures.C.de fid.instr.Bart.& Ias.l.admonendi.ff.de iur.iur. Tertio cancellatio apochæ, vel in-
5 strumenti arguit liberationem, † quando reperitur apud creditorem, secus autem apud debitorem, licet faciat aliqualem præsumptionem, secundum qualitatem personarum; sed est locus
iuramento, in supplementum probationis, vnde
dicas: si debitor habet instrumentum cancellatum; aut allegat se liberatum pacto, & non probat; nisi probetur instrumentum redditum: aut
allegat se liberatum solutione, si est persona domestica creditori, non probat cum præsumatur illud
subtraxisse creditori, cui est domesticus debitor:
aliàs præsumitur liberatus solutione. Doct.com.l.
habeo. ff. de pact.l.postquam. C.eod.tit. Cyn.l. si
de possessione.C.de prob.& l.Fullo.ff.de furt.not.
l. si Chirographum de probat. ibi si Chirographum cancellatum fuerit, licet præsumptione
debitor liberatus esse videatur, in eā tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor
sibi ad hoc debeti ostendit, rectè debitor conueni
tur Bet. consi. 97. num.8.volum.3. Ruin.consil.
156.volum. 1. Alex.l.1.num.2.ff.de pact. l. si non
sortem.§.adeo nomet.2. ff. de cond. indeb. Bertr.
6 consi.164.vol.3.consi.23.† volum.7. Quarto acceptilationis forma ponitur in l. sane. ff.de acceptil.
ibi (sanè, & sic acceptilatio fieri potest: Accepta
facis decem? ille respondet, factio ipsa enim per
fictur consensu Bellam. c. cum super num. 21.de
reiud.c.vna numer.5.de appell.qui verbis exprimitur. l. habeo de supel.l. legata acceptilatio sub
condit ne fieri non potest item in dieto acceptilatio facta nullius † momenti est, nam solutionis
7 exemplo acceptilatio solet liberare. l.4. & seq. ff.
de acceptil. Alber.l.hæc verba num.3.ff.de leg. 1.
potest tamen fieri sub modo. Alex. l. siquis accepto num.2.ff.de cond.ob causam item & sub conditione tacita, cum d. leg. quarta, de acceptil. &
expressa, quando apponitur effectus ipsius d.leg.
in diem.
8 Quinta sit conclusio, quòd † acceptilatio in
codicillis habet uim taciti pacti, quando est inutilis ratione materiæ, ut quia interposita est super
contractu iurisgentium, tunc enim si non valet,

quod ago, ut ago, ualet ut ualere potest. l. cum emptio de resc. uend. l. si acceptolatum. ff. de accept. si uerò peccat in forma, ut quod est facta contra formam in §. præterea. inst. quibus mod. toll. obliga. tunc non ualet, etiam iure pacti, nisi hoc expresse actum est. Albericus. leg. an inutilis. ff. de acceptilat. leg. prima, §. eum qui. ff. de constitu. pecun. quia maius peccatum est in forma, siue in substantia, quàm in re, siue in materia, in qua fit, quia forma dat esse rei. l. Iulianus, §. sed si quis ad exhib. l. Labeo, ff. de verborum signification. quando enim peccatum est in forma est in ipsa re: cum verò in materia extra rem, magis autem parcitur alieno vitio laboranti, quàm proprio. l. legem, C. de natur. liber. ad illud, quod dicitur;

10 si non valet quod ago, & dic † aut est actus, qui habet terminos limitatos in sui productione, vt testamentum, & codicillus; & tunc si non valet, vt agitur non valet, & vt valere potest, l. 1. ff. de iure codic. l. sub cohæredi, §. cum filiæ. ff. de vulg. nisi expresse in ipso actu diceretur si non valet iure testamenti &c. si verò actus, non habet certam formam, si fit ad obligandum si non valet, vt agitur, nec valere potest, l. 1. §. eum qui, ff. de constit. pec. si ad liberandum, tunc dic aut peccatur in forma, aut in materia, vt prædixi. Albet. l. si vnus, §. pen. ff. de pact.

11 Sexto dolo † acceptilatio, seu liberatio facta non valet, glo. l. de tutela. C. de in integr. restitut, Batt. l. quidam. ff. de dolo. Socin. Sen. consi. 159, volum. 2. Bal. consi. 49. num. 57. vol. 1,

12 Septima sit conclusio, † quod renuncians instrumento debiti, non videtur renunciare debito, sed probationi ipsius instrumenti. Fel. c. capitulum, num. 14. de rescri. & not. quod si dedi tibi instrumentum, in quo eras obligatus, tu, & alius debito tuo videor facere liberationem, & contra alium videor tibi donare actionem, quando expresse appatet, quod donatio facta fuit instrumenti: aliàs in dubio præsumitur potius, eum constituisse procuratorem ad exigendum ab illo. Abb, c. pen. vt lite pend. Ale. l. habeo. ff. de pactis.

13 Octauò, quamuis † non valeat liberatio sub impossibili conditione, valet tamen sub impossibili modo. Alex. l. cum donationis, nume. tertio, C. de transactio.

14 Nono, quamuis † in diem acceptilatio facta nullius sit momenti, quod tamen in diem, vel sub conditione debetur acceptilatione tolli potest, sed ita id factum appatebit, si cond. o stipulationis extiterit, vel dies venerit, l. quod in diem ff. de acceptilat.

15 Decima sit conclusio, quòd † etiam in testamento liberatio legari potest, l. 1. ff. de liber. lega. ibi omnibus debitoribus, etiam ea, quæ debent rectè legantur, licet domini eorum sint, quæ li-

16 beratio relinquitur † quatuor modis. Primo cũ testator dicit: relinquo Titio quod mihi debet, l. 3. ff. de liber. legat. Secundo, cum dicit testator: damno hæredem meum non petere. l. 2. l. non solum. ff. eod. titu. Tertio cum dicit lego liberationem, l. 3. ff. eod. tit. Quarto cum testator dicit lego chirographum, l. 3. §. 1. ff. de liber. leg. l. non solum, ff. eod. effectus autem liberationis legatæ ra-

17 lis est: nam siue † ipse legatarius sit solus debitor, vel sint plures socij correi, tenetur hæres liberare per acceptilationẽ. si verò non sint socij, tunc ille solus, cui liberatio est legata, liberandus est pacto personali tantum, l. 4. §. nunc, de effectu. ff. de liber. leg. Alter effectus est, quod si administratori relinquatur liberatio suæ administrationis præteritæ, trahitur ad omnia, ad quæ erat obligatus, præterquam ad dolosè commissa, & ad reliqua restituenda, quæ habet penes se, de bonis pupilli. l. Lucius. l. procurator. ff. de liber. legat. fallit in parte legatario, in quo amplior fit talis legati interpretatio, vt liberatio porrigatur etiam ad dolosè commissa. l. Aurelius. §. Titius. ff. de libe. legata.

Secundo fallit, si testator mandauit remitti, quicquid ex quauis causa, ab eo exigi posset, ratione dictæ administrationis. l. si quis rationes. ff. de lib. leg. si verò liberatio legetur administrationis futuræ, tunc nunquam veniunt dolosè commissa. l. non solum. §. fi. ff. de lib. leg.

18 Tertius est effectus, † quod si legetur alteri nõ debitori, quod per debitorem debetur ipsi testatori, valet legatum, & transmittitur creditum in legatarium. l. si sic, §. 1. l. non quocunq;. §. qui Caium. ff. de lib. lega. Papiensis in forma libelli pro legato, nume. 146. & seq.

19 Quartus est effectus, vt † legata liberatio alicui prætenti, & acceptāti, habeat vim pacti de non petendo, & reuocari non potest. Ber. consi. 45, num. 14. uolumin. secundo.

Quintus est effectus, quod liberatio legata debetur, licet relicta sit in testamento minus solenni, quia ex eo oritur naturalis obligatio. l. fina. ff. de reb. dub. l. in testamento. ff. de fideic. lib. l. cum quis. C. de iur. & fact. ign. l. 1. ff. de cond. ind. Docto. c. fin. ff. de sol, & naturalis obligatio de per se, est potens ad excipiendum, & retinendum. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. l. si unus. §. pactus, ff. de pact. Gulielm. de Bened. in c. Raynut. p. 2. ver. si absque liberis, num. 173.

20 Sextus est effectus, † vt liberatione legata reddendum est instrumentum, si illud habet creditor, vel hæres, quod si non habet, faciet legatario, solennem quietationem per instrumentum. Bal. l. instrumenta. C. de fideic.

21 Septimus est effectus, † vt legata liberatio conductori per locatorem intelligitur, vt gratis utatur, & fruatur re conducta. Bart. l. si ei. ff. de liber. legata.

22 Octauus est effectus † quod liberatio legata ad tempus operatur, vt interim hæredi silentium imponatur. Bartol. l. Aurelius. §. centum. ff. de liber. legata.

23 Nonus sit effectus, vt † liberationis legatum trahat secum executionem. Bald. auth. hoc amplius, C. de fideic. ideo ipso iure quæritur per legatum liberationis. Bald. l. si creditoris. C. de fidei comm. unde liberatio legata possidenti rem alienam acquirit ipso iure liberationem legatario, quia uidetur legatum dominium rei, quod trãsfertur ipso iure. l. creditoris. C. de fideicomm. l. 1.

C. de

24 C.de falsa causa. not. tamen quod liberatio † de-
bitoris legata non extenditur ad possessiones re-
rum. Bal.l.cum necessitatem. C.de fideic.l.Aurel.
§.mænia, ff.de liber.legata.Bald.l.1.column.2.C.
de falsa causa.l.pactum. C.de collat.nisi fiat men-
tio etiam de actione reali . Bart.d. §. mænia . Item
25 liberationis legatum non comprehendit † pecu-
nias apud legatarium existentes, pro satisfando
creditoribus testatoris.Item damnatus hæres non
26 petere à fideiussore; petere † potest à reo princi-
pali, secus è contra, quo casu nec hæres hæredis
petere poterit.l.2.ff.de liber. legata.
27 Decimus est effectus, vt † etiam non nomina-
tus in testamento habeatur pro legatario, si testa-
tor illi proficere voluit, & interest nostra plures
reos habere. l. 4.§.consequenter, & ibi Bart.ff.de
liber. legata.
28 Vndecimus, est effectus, † quòd pater, cui libe-
ratio relicta est, debet liberari pacto, etiam si ni-
hil est in peculio, sed si filio liberatio relinquitur,
acceptilatione liberabitur. leg. si quis rem & ibi
Bart.§.idem Iulianus.ff.de lib.leg.
29 Duodecimo si liberatio † relinquitur ei, qui
duobus iuribus tenetur, ab vtroque liberandus
est in dubio, nisi aliter sit actum. l.si quis reum.§.
fin.ff.de lib. legata.
30 Decimotertio non solum quod debetur, † re-
mitti potest, verum etiam pars eius, vel pars obli-
gationis.l.non solum. ff.de lib.leg.
31 Decimoquarto liberatio † legata ab vno, ex re-
bus alternatiuè debitis, per acceptilationem, libe-
ratio sequitur ab altera, leg. non solum. §.1,ff.de
lib. legata.
32 Decimoquinto liberationis † legatum habet
effectum, nisi à testatore vero legatū sit exactum:
secus si à testatore ficto, vel ab hærede exigatur.l.
non solum.§.liberatio. ff.de lib.leg.
33 Decimosexto, non solū † debitorem nostrum,
sed etiam hæredis, & cuiuslibet alterius, vt libere-
tur, legare possumus: potest etiam hæres damnari
vt ad certum tempus non petat à debitore suo,
sed sine dubio nec liberare eum intra id tempus
cogitur, sed etsi debitor decesserit ab hærede eius
intra id tempus peti non poterit, nec illius tem-
poris pœna, vel vsura petetur. l. non solum. ff. de
liber. legata.
34 Decimoseptimo, tale legatum: † hæres meus à
solo Lucio Titio, ne petito, ad hæredem Lucij
Titij non transit, si nihil viuo Lucio Titio aduer-
sus testamentum ab hærede (eo quod ab eo exi-
gere debitum tentauit) sit commissum, quoties
enim cohæret personæ id quod legatur, veluti
personalis seruitus ad hæredem eius; id, quod le-
gatus, non transit: si non cohæreat, transit. l. non
solum.§.tale ff. de lib.leg.
35 Decimooctauo, si verba liberationis † in rem
sint scripta, puta quod mihi debetur à Titio, peti
nolo; non est opus hæredem nominare. l. non so-
lum.§.si liberationis.ff.de lib.leg.
36 Decimonono liberatio † rectè legatur, apud
quem deposuero, vel cui commodauero, pigno-
riuè dedero, vel ei, quem ex furtiua causa mihi
dare oportet.l.non solum. §.fin.ff.de lib.leg.

37 Vigesimo, si debitor † fideiussorem suum ab
hærede suo liberari iusserit, an fideiussor libera-
ri debeatur ? dic quod sic.leg. si debitor. ff. de li-
ber.legata.
38 Vigesimoprimo liberatio ab onere † redden-
darum rationum ad reliqua, non porrigitur, nisi
exprimatur.l. Lucius.ff.de lib.leg.
39 Vigesimosecundo, † si creditor debitori, qui se
exceptione perpetua tueri poterat, legauerit,
quod sibi deberet; nullius momenti legatum erat,
at si idem debitor creditori legauerit, intelligen-
dum erit, exceptionem eum remitti creditori vo-
luisse.l.si creditor, ff.de lib.leg.
40 Vigesimotertio legari † non potest debiti libe-
ratio, quod est in diem, vel sub conditione, pen-
dente termino, vel conditione. leg. idem. ff. de
liber. legata.
41 Vigesimoquarto, si quis † in testamento dam-
natus est, ne à Titio debitore exigat, neque ip-
sum, neque hæredem eius potest conuenire, nam
neque hæredis hæres agere, neque ab hæredis
hærede peti potest, hæredis autem hæres potest
damnari, ne exigat debitorem. leg.si quis in testa-
mento. ff.eod.
42 Vigesimoquinto, si cui legata † est gratuita ha-
bitatio, potest agere contra hæredem, vt eum libe
ret à pensione.l.Cassius.ff. de lib. leg.
43 Vigesimosexto si legatum liberationis, † admi
nistrationis factum fuerit, & de omni eo, quod
sibi debetur, hæres nec creditas ab eo quoque pe-
cunias exiget. l.cum ita. ff.de lib. legata.
44 Vigesimoseptimo legatum liberationis, † vel
nominis extinguitur solutione, vel alia liberatio
ne, viuo testatore contingente, secus, si eo mor-
tuo, facto hæredis contingit.leg. si id, quod. ff.
de lib.legata.
Vigesimooctauo, procurator, à quo rationem
hæres exigere prohibitus, eoque nomine procura
torem liberare damnatus est pecuniam ab argen-
45 tario debitam † ex contractu, quem, vt procura-
tor fecit, iure mādati cogetur restituere, vel actio-
nes præstare.l.procurator.ff.eod.tit.
Vigesimonono si legatur liberatio debitoris
46 hæredis, restringitur ad debitum, † quod manet
tempore apertarum tabularum. leg. cum hæres.
ff. de lib.leg.
47 Trigesimo, † defectus debiti demonstrati im-
pedit substantiam legati relicti à creditore debi-
tori, sed non impedit substantiam legati relicti
à debitore creditori, si certa quantitas exprima-
tur, aliàs secus.l.legaui.ff.de lib.leg.
48 Trigesimoprimo † testator legauit pupillo ter-
tiam partem bonorum, si hæredibus suis super
tutela non fecerit controuersiam: si accepit di-
ctum legatum, non potest ab hæredibus testato-
ris eius tutoris administrationem tutelæ, quia ob-
staret ei doli exceptio, nisi sit paratus reddere di-
ctis hæredibus dictum legatum, & super hoc pe-
tat restitutionem in integrum. leg. tutor. ff. de
lib. legata.
49 Trigesimosecundo, effectus † liberationis reli-
ctæ pupillis, non extenditur ad tutorem.l. Aure-
lius. ff. de liber. leg.

Trigeſimotertio, legatum liberationis ad debitum, tempore primi teſtamenti reſtringitur,
non autem ad poſt contractum extenditur. l. Au-
50 relins. §. † teſtamento. ff. de lib. leg. extenditur tamen ad debitum acceſſorium, poſt teſtamentum co otractum. l. Aurelius. §. legatum. ff. eod. titu. & l. fin. §. antep. ff. eod.

Trigeſimoquarto verba reſtrictiua adiecta le-
51 gato in codicillis facto, reſtringuunt † legatum factum in teſtamento tacite repetitum, cum ipſo legato codicillorum. l. Aurelius. §. teſtameoto. ff. de liber. legat. Item reſtringitur etiam per rationem. §. Sticho. d. l. Aurelius eod. tit.

Trigeſimoquinto cui relinquitur liberatio ad
52 tempus poteſt petere, † vt interim hæredi ſilentium imponatur. l. Aurelius. §. centũ. ff. de lib. leg.
53 Trigeſimoſexto, inter duos reos, quibus † eſt relicta liberatio, eſt locus iuri accreſcẽdi, item Socius non capax, propter Socium capacem percipit commodum legati. l. ſi is, qui. ff. de lib. leg.
54 Trigeſimoſeptimo, † ſi non valet legatum liberationis propter rem principalem, non valet etiam propter ſumptus litis, & ſic propter acceſſorium. l. petitor. ff. de lib. legata.

Trigeſimooctauo, legatum liberationis non extenditur ad debitum, poſt teſtamentum teſta-
55 toris ſolutum, † ſed ad debitum primo ſolutum exteoditor, ſi per verbum præteriti temporis legatum fuit relictum, & teſtator non ignorauit. l. creditor. ff. de lib. leg.
56 Vndecima ſit concluſio † principalis, quòd liberatio inducta per præſcriptionem æquiparatur liberatiooi inductæ per pactum in præſcriptione quadraginta annorum not. l. omnes. C. de præſcript. Roland. conſi. 66. nu. 46. vol. t.

Duodecima ſit concluſio, quod acceprilatio
57 debet eſſe correſpondens † obligationi. l. niſi. ff. de acceptilat. ibi (niſi cõſentiat acceptilatio cum obligatione, & niſi verum eſt, quod in acceptilatione demonſtraretur, imperfecta eſt liberatio, quia verbis ea demum verba perſolui poſſunt,
58 quæ inter ſe † congruunt: obligationem enim præſupponit liberatio, ſicuti priuatio præſupponit habitum. l. decem. ff. de verb. oblig.
59 Decimatertia ſit concluſio, † quòd oblatione in iudicio facta, inducitur liberatio. Ber. conſilio t 96. numer. 2. uol. 1. Bart. l. t. numer. 2. C. de ſuſceptoribus libr. t o.
60 Decimaquarta ſit concluſio, † quod pars ſtipulationis, accepto fieri poteſt, non tantum ſi ſic dicat ex nũmis decem, quos tibi promiſi, quinque habes ne acceptos? ſed etſi ſic, quod ego tibi promiſi, id pro parte dimidia habeſne acceptũ? l. pars, ff. de acceptilat. §. ſicut inſti. quibus modis toll. obligatio. l. pluribus. ff. de acceptilat. l. non ſolum, in princ. ff. de lib. lega. l. qui hominem. ff. de acceptilat. ſi tamen id, quod in ſtipulationem deductum eſt diuiſionem non recipiat, acceptilatio in partem nullius erit momenti. l. & per iuſiurandum, in princ. ff. de acceptil.
6t Decimaquinta ſit concluſio, † quod acceptilatio inutilis ratione rei, habet vim pacti, ſecus ſi eſt inutilis ratione ineptæ conceptionis. Faber. §. item, num. t. inſtitu. quibus modis toll. obligatio, in principio.
62 Decimoſexto liberatio † debet fieri in ſcriptis. vel probari per quinque teſtes, quando contractus debiti eſt in ſcriptis. Bart. l. teſtium, C. de teſtibus.
63 Decimoſeptimo, acceptum † ferri non poteſt, niſi quod verbis obligatum eſt. acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia & ipſa verbis fit. neque enim poteſt verbis tolli, quod non verbis contractum eſt. l. an inutilis, ver. acceptum ff. de acceptilat.
64 Decimooctauo, ſi † vſusfructus ſit in ſtipulatum deductus, puta fundi Titiani; poterit pro parte acceptilatio fieri, & erit reſiduæ partis fundi vſusfructus. ſi tamen viam quis ſtipulatus ſit, & acceptum iter, vel actum fecerit, iſta acceptilatio nullius erit momenti. Hoc idem eſt probandum ſi actus fuerit acceptolatus. ſi autem iter, & actus accepto fuerit latus, conſequens erit dicere liberatum enim, qui viam promiſit: illud certum eſt, cum qui fundum ſtipulatus, vſum fructum vel viam accepto faciat, in ea eſſe cauſa, vt acceptilatio eius non valeat. l. & per iuſiurandum, §. planè. ff. de acceptilationibus.
65 Decimanona ſit concluſio, † quod vna acceptilatione tolli poſſunt plures obligationes. l. & voo ff. de acceptil. ibi, & vno ex plurib. contractibus, vel certis, vel incertis, vel quibuſdam exceptis cæteris, & omnibus ex cauſis, vna acceptilatione, & liberatio fieri poteſt.
66 Vigeſima ſit concluſio, quod † ambitioſa liberatio non valet. l. præſes. C. de tranſact. l. ambitioſa. C. de decr. ab ord. fac. Paulus conſi. 13. nu. 63. voluminе tertio.
67 Vigeſimaprima, & vltima ſit cõcluſio, † quod liberatio informiter facta, nulla eſt. Pariſ. conſil. t oo. num. 60. volum. t. & ex ea non iuuatur tertius, etiam ſi fuiſſet valida, quando fuit perſooalis.


### S V M M A R I V M.

1 *Effectus acceptilationis, qui ſint.*
2 *Liberatio apoca quietantia, acceptilatio, & ſolutio ſunt paria.*
3 *Remittere dicitur dare.*
4 *Remiſſio habet vim ſolutionis.*
5 *Remiſſio reuocatur natiuitate filiorum.*
6 *Inſinuatione indiget quietatio facta animo donandi.*
7 *Actio quando ſit perempta per acceptilationem.*
8 *Actionem omnem tollit acceptilatio.*
9 *Acceptilatio non tollit acceptilationem.*
t o *Inutilis acceptilatio quando pariat actionem.*
t t *Cauſa ceſſante liberationis, ceſſat liberatio.*
12 *Remiſſionis cauſa inualida, an pariat actionem.*
t 3 *Remiſſio ſine cauſa quando valeat.*
t 4 *Cauſa non ſequuta, vtrum remiſſio valeat.*
t 5 *Acceptilatio ſuper principali extenditur ad connexa.*
t6 *Acceptilatio obijci poteſt, non obſtante ſtatuto de non excipiendo.*

Sub-

17 *Subscriptionis dies attenditur in apocha.*
18 *Plures quietantiæ plures arguunt solutiones.*
19 *Apochis duobus magis creditur, quam libro communi.*
20 *Dotis causa acceptilatio facta, non sequutis nuptijs, nullius est momenti.*
21 *Dotis acceptilatio facta per maritum, sine consensu mulieris, non nocet ei.*
22 *Instrumentum confessionis dotis, quando probet satisfactionem.*
23 *Promittens non molestare possessorem, non per hoc dicitur renunciare dominio.*
24 *Emphyteoticus contractus acceptilatione sola non extinguitur.*
25 *Fauorabilior, est causa liberationis, quam obligationis.*
26 *Interpretatur late liberatio.*
27 *Obligatio cum iuramento potest per acceptilationem resolui.*
28 *Renunciatio iurata tenet, quæ aliàs non teneret.*
29 *Acceptilatiò quando extinguat legatum.*
30 *Liberatur quis, vbicunque soluatur.*
31 *Quietatio probat liberationem, non autem liberat.*
32 *Acceptilatio dicitur imaginaria solutio.*
33 *Acceptilatio quando fieri debeat.*
34 *Obligatio mutua tollitur per acceptilationem.*
35 *Apoca peti potest ab eo, qui soluit.*
36 *Acceptilatio non tollit ea, quæ sunt iurisg.*
37 *Prohibita obligatio prohibetur, & liberatio.*
38 *Liberatio quando præsumatur.*
39 *Acceptilatio quomodo liberet satisdationem.*
40 *Liberatio facta, an rescindatur remedio. l. 2. C. de resc. vend.*
41 *Absenti fieri potest liberatio debiti.*
42 *Renunciatio cessionis bonorum, non obligatur.*
43 *Stipulatio contraria non extinguit acceptilationem.*
44 *Acceptilatio seruitutis quando teneatur.*
45 *Quietationes duæ arguunt duplicem solutionem.*
46 *Reuocatio reuocari non potest.*
47 *Liberatus semel, amplius molestari non debet.*
48 *Absolutus à iudice, non est absolutus à Deo.*
49 *Remissio plus potest, quam statutum.*
50 *Quietatio si nõ valet, vt trãsactio, valebit vt pactũ.*
51 *Acceptilatio anticipata impedit stipulationem pœnalem.*
52 *Acceptilationis vincula sunt duo.*
53 *Remissio vsurarum facta ex causa donationis, præsumitur simulata.*
54 *Remissio facilius inducitur vsurarum quam in alio.*
55 *Remissio vsurarum liberat à restitutione.*

## *Quæst. XII. Primæ partis.*

1 

Vodecimo quæro, † qui sint effectus acceptilationis? Respon. quod cù liberatio apoca, remissio quietantia, acceptilatio, habeat vim solutionis. ita in Enchirid. parium com. opin. ver. † liberatio; dicemus per multas conclusiones, de effectu singulorum. quarum prima sit,
2

quod remittere dicitur donare. Bart. l. Aurelio. §.
3 Gallus. ff. de lib. leg. † idem l. sub prætextu, C. de transact. Enchiridium parium in com. opin. ver. remittere, l. peculium, ff. de peculio. Et hoc quando remittitur liquidum, aliàs secus. Bar. l. actione C. de transactio. & in l. transactio. eod. tit. Paul. l. contra, l. tale, ff. de pact. Ale. l. si mulier, ff. de condi. ob causam, & Doctor. c. veniens, c. 1. de test. Abba. consi. 10. num. 6. Corn. consi. 284. nume. 2. volum. 1. Decius consi. 402. num. 5. Barbat. consi. 16. num. 3. vol. 2. Ias. consi. 149. volumin. 4. est
4 enim actus habens vim † solutionis. Areti. consi.
5 163. nu. 1. reuocatur † tamen natiuitate filiorum. Alciat. consi. 97. num. 38. vnde quietatio, & libe-
6 ratio huiusmodi factæ † animo donandi, egent insinuatione. Ias. consi. 199. volum. 2. Bart. l. Modestinus, num. 2. ff. de donat. Socin. Senior, consi. 92. num. 20, vol. 4.

7 Secunda sit cõclusio, † quòd si donationis gratia, nouatione facta per acceptilationem, præstiti liberationem, omnis agendi via perempta est secus, si non donationis, quia tunc ageret præscriptis verbis in id, quod conuenit. l. 2. C. de accept. cum glo. 1. & l. ob eam ff. de præscr. verb.

8 Tertia sit concl. quòd acceptilatio tollit † actionem realem, personalem, & mixtàm omnemque obligationem naturalem, & ciuilem. Bar. l. vt responsum. C. de transact. Specul. ti. de except. & repl. §. 1. ver. defensiones: non tamen tollit acce-
9 ptilationem † præcedentem. Iacobinus. l. si vnus. §. pactus, numero 36. ff. de pact. vnde licet acceptilatio tollat obligationem ipso iure, tamen per contrariam acceptilationem non tolleretur. Lancellotus in Rubric. de verborum obligat. numero 154.

10 Quarta sit conclusio: quòd etiam si acceptilatio sit inutilis, † parit actionem. Ale. l. 1. §. si quis, ita numero 2. ff. de verborum obligat. nisi sit inutilis, respectu solennitatis omissę. nor. l. an inutilis. ff. de acceptilat.

11 Quinta sit conclusio, † quòd liberationis causa cessante, cessat liberatio. Angel. consilio 189. quantumcunque enim verba quietationis sint plena, & pregnantia, si tamen causa ipsius non non potest ex proprietate sermonis adaptari ad aliquam speciem debiti, illam non comprehendit. Aret. consilio 160. Bartol. l. cum Pater. §. dulcissimus. ff. de leg. 2. nor. l. si quis animo. ff. de acq. possess. Cassan. consi. 69. num. 9. Socin. consi. 159. volu. 2. idem erit si causa remissionis fuerit inua-
12 lida. † Alciat. consi. 297. nume. 1. & seq. & licet li-
13 beratio valeat sine causa Cor. † consil. 104. num. 12. volum. 2. tamen facta cum causa, nulla est ea cessante. Crau. consil. 142. num. 9. consil. 221. nu.
14 7. similiter causa † nõ sequuta, acceptilatio ob causam reperitur. Alb. lic. si quis accepto. ff. de cond. causa data, Angel. l. si quis, ff. de conditio. causa data.

15 Sexta sit conclusio, † quòd acceptilatio super principali, extenditur etiam ad eius connexa. Bartol. l. Aurelius §. Caius, quæstin. 6. ff. de liber. leg. Marsil. sing. 251. Abb. consil. 18. vol. secundo. Marsi. in pract. de fideiussor. num. 192.

Septima

16 Septima conclusio, † quòd acceptilatio obijci potest contra literas compulsorias, non obstante statuto de non opponendo. item statutum loquēs quòd possit opponi exceptio solutionis tantum, poterit opponi etiam exceptio acceptilationis. Guido in tract. de compulsorijs litteris, quæst. 5. num. 3. & seq.

17 Octaua sit conclusio, † quòd si vno die Apocha scribitur, alio sigillatur, & alio subscribatur, valet apocha, & dies subscriptionis attenditur. Bartol. l. si testamentum. ff. de testam.

18 Nono si duæ quietationes † reperiantur factæ diuersis temporibus pro summa quinquaginta intelliguntur duæ summæ, non vna Ange. l. si plurib. §. si eadem, nu. 3. ff. de leg. 1.

19 Decimò creditur magis † duabus apochis, quàm libro communi, Bal. l. ne casu num. 6. C. de discuss. lib. 11.

20 Vndecimò, dotis causa acceptilatio † facta, non secutis nuptijs, nullius est momenti. Alber. l.

21 licet, num. 1. ff. de iur. dot. † item dotis acceptilatio facta per maritum debitori dotis sine mulieris voluntate, non impedit dotis repetitionem. Rom. l. in his. §. si vir num. 1. ff. sol. matr. item do-

22 tis † instrumentum, in quo dicit maritus, se contentum, non dicitur tantum confessus, sed satisfactus de dote. Aug. Ber. consi. 47. num. 16. volu. 1.

23 Duodecimò, si Dominus promittat † quæstionem non mouere possessori, seu renunciauerit liti, non per hoc dicitur renuntiasse Dominio. Alc. l. si super num. 13. de transact.

24 Decimoquartò Emphyteoticus † contractus acceptilatione sola non extinguitur, quia non verbis contrahitur, sed consensu. Alcia. l. actione nu. 14. de transact.

25 Decimaquarta sit conclusio, † quòd fauorabilior est causa liberationis, quàm obligationis, ideo in ea fit interpretatio. Fulgos. l. hoc edicto.

26 §. eum qui. ff. de cons. pecu. l. pacta † conuenta nu. 2. ff. de contrahen. empt. l. peculium, num. 2. ff. de peculio. Salic. l. eius qui nu. 8. ff. si cert. pet. Ceph. consil. 39. num. 26. consil. 40. num. 37. præterim quando facta est coniunctæ personæ. idem consi. 142. numero 53.

27 Decima sit conclusio, † quòd obligatio iuramenti potest per acceptilationem resolui. l. & per iusiurandum, ff. de accepti. ibi & per iusiurandum liberti, interpositam operarum obligatio-

28 nem per acceptilationem tolli verius est. † item iurata renuntiatio tenet, quæ aliàs, minimè valeret. Alciat. consilio 97. & consi. 227. in terminis. Bertran. idem inquietantia consil. 62. nu. 3. vol. 1. consi. 163. num. 7. vol. 5.

29 Vndecima sit conclusio, † quòd acceptilatio facta uni ex correis debendi, extinguit legatum. las. l. non quocunque, §. qui casum nume. 13. ff. de legat. 1. si verò sub conditione legatum mihi datum nouandi causa, stipulatus sim, & ante existentem conditionem acceptum fecero. Nerua filius ait, etiam si conditio extiterit, neque ex testamento competituram actionem, quia nouatio facta sit, neque stipulato, quæ acceptilatione soluta sit.

Duodecima sit conclusio, quòd liberatio non

30 impeditur respectu certi loci, † sed vbicunque soluit, obligatus liberatur. Alber. l. sceuola nu. 1. ff. de eo quod certo loco.

31 Decimatertia sit conclusio, † quòd quietatio probat liberationem, non autem liberat Paul. con sil. 1. Neuij consil. 96. num. 7. & quia acceptilatio dicitur imaginaria solutio. Alexand. l. vbi pa-

32 ctum nu. 3. C. de transact. † vnde liberari propriè non dicitur per solutionem, qui liberatur per acceptilationem, sed per satisfactionem. Paul. l. so-

33 lutam num. 3. ff. de solut. † quando autem est vera satisfactio, nunquam facias acceptilationem: sed quando esset facta simplex confessio de recepto, tunc esset vtilis acceptilatio, quia non potest opponi per creditorem exceptio de non recepto, siue de non numerata pecunia. Doct. l. si acceptolatum. ff. de acceptilat. Aret. §. item num. 8. instit. quibus mod. toll. obligatio.

34 Decimaquarta sit conclusio, † quòd mutua obligatio tollitur per acceptilationem, l. fin. ff. de accepti. ibi si ego tibi acceptum feci, nihilo magis ego à te liberatus sum. Imò cum locatio conductio, emptio, venditio conuentione facta, & nondum res intercessit, vtrique per acceptilationem tametsi ab alterutra parte duntaxat intercesserit, liberantur obligatione.

35 Decimaquinta sit conclusio, † quòd sicut ille, qui soluit, potest petere apocham de soluto, l. plures. C. de fide instrum. ita ille, qui non soluit, sed obtulit, eo casu, quo per obligationem contingit liberatio, & seruata admissione, vel obligatione facta, potest petere Apocham de soluto. Bart. l. acceptam q. 2. de vsuris. Barto. l. 1. num. 3. C. de susceptoribus lib. 10.

36 Decimasexta sit conclusio, † quòd cum acceptilatio sit inuēta saltem quo ad formam de iure ciuili. Doct. com. l. an inutilis. §. fi. ff. de acceptil. nō potest tollere ea, quæ sunt iuris gētium, nisi prius deducatur in aquilianam stipulationem: nam stipulatio nouat omnes contractus præcedentes, & ideo nouata actione, & deducta in stipulationem, efficitur debita de iure ciuili: potest postea tolli per acceptilationem creaturam iuris ciuilis, non tamen acceptilatio tollit omnes obligationes ciuiles, sed tantum ciuiles contractus verbis, & stipulatione, si quis autem quærat rationem diuersitans, quare stipulatio, quæ est creatura iuris ciuilis, tollit, & nouat omnes contractus, etiam iuris gentium, acceptilatio autem non? Resp. quòd stipulatio principaliter inuenta fuit, ad inducendas obligationes, & non tendit totaliter ad perimendum, prout facit acceptilatio: quia licet stipulatio nouet contractum præcedentem tamen inducit aliam de nouo obligationem, quod non facit acceptilatio. ideo tanquam malignantis naturæ, & odiosa, est restringenda. Curt. l. actione nume. 13.

37 C. de transact. † vnde prohibitus obligari, prohibetur quoque liberatio. Barto. l. si vnus. §. Pactus col. 4. ff. de pactis, quia liberatio parit obligationem, ad non petendum. Bar. d. loco. col. 2.

Decimaseptima sit conclusio, quòd liberatio

38 non præsumitur. † Bar. l. 1. C. de ed. diu. Adr. tol'. nisi

nisi ex patientia longi temporis. Ceph. consi. 151.
nu. 44. vel nisi simul inter coniunctas personas,
in quib. facilè præsumitur remissio debiti. Guid.
sing. 89. l. procula. ff. de probat.

39 Decimaoctaua sit conclusio: † conueni te in
iudicio: tuus procurator satisdedit iudicatum
solui, quæ satisdatio tria in se continet, primo, vt
soluatur vt iudicatum, secundo, vt dolus absit, ter
tio, vt defendatur res. ego accepto fero clausulā,
ob rem iudicatam: certæ aliæ duæ clausulæ sunt
etiam sublatæ, l. si accepto, ff. de acceptilat. ibi si ac
cepto fuerit lata, ob rem iudicatam. Marcellus ait
cæteras partes stipulationis euanuisse, propter
hoc enim tantùm interponitur, vt res iudicari
possit.

40 Decimanona sit conclusio, † quòd uitio libe-
rationis lædente liberantem, etiam vltra duplum
non rescinditur ex capite læsionis, ex remedio. l.
2. C. de rescin. vend. nam fauore liberationis, va-
let acceptilatio sine causa. l. patri, §. fin. ff. de mino.
l. tale. ff. de pact. l. si intra. ff. eod. tit. hoc tamen non
procedit, in minore, vel ecclesia, & similibus, qui
bus competit restitutio in integrum, speciali eo-
rum fauore, propter quod denotatur secus esse in
maiore l. si es maiore. ff. de except. Pantaleon. de
Crema, l. 2. num. 132. C. de rescin. vend. ubi etiam
Bald. num. 12.

41 Vigesima sit conclusio, † quòd remitti potest
debitum, etiam absenti, & parit ei exceptionem,
gl. l. non solùm. §. liberationis. ff. de lib. leg. l. postq̄
litē, & ibi Rayn. C. de pact. l. idem duob. ff. eo. tit.

42 Vigesimaprima sit conclusio, † quòd renun-
cians cessioni bonorum cum iuramēto debet ab-
solui, quia quamuis teneat ipso iure, nihilominus
quia continet inhumanitatem ne intrudatur in
carcerē. & persistat in excommunicatione. decis.
4. in antiquis tit. de renunciat. decis. 2. de arbitr. c.
cum quidam de iur. iur.

43 Vigesimasecunda sit concl. † quod stipulatio
contraria non extinguit acceptilationem. Bart. l.
si vnus. §. pactus num. 24. ff. de pact.

44 Vigesimatertia sit concl. † quod si quis uiam
stipulatus sit, & acceptum iter, uel actum fecerit;
ista acceptilatio nullius erit momenti. hoc idem
est probandum, si actus fuerit acceptolatus: si au
tem iter, & actus accepto fuerit latus, consequens
erit dicere liberatum eum, qui uiam promisit, l.
& per iusiurandum. §. si tamen. ff. de acceptilat.

45 Vigesimaquarta sit cōcl. † quòd in dubio quie-
tationes duæ arguunt, duplicem solutionem, ita
in puncto. Neuizan. consi. 96. nu. 1. & seq.

46 Vigesimaquinta sit conclusio, † quòd repeti
non potest, quod iam remissum est. Alciat. consi.
47. numer. 1. sicuti nec reuocatio reuocari potest.
Bald. l. 1. C. de furt. l. postquam. C. de his quibus,
ut indignis, nec semel liberatus debet iterum mo
lestari. Paris. consil. 156. num. 14. uolum. 4. absolu
47 tus † tamen ab obligatione, non est absolutus à
48 Deo, si scit † rem petitoris fuisse: cuius scientiæ
probatio nulla est alia. quam ex ipsius confessio-
ne. Alciat. leg. quinque pedum numero 18. ff. fin.
regundorum.

49 Vigesimasexta sit concl. † quod quoties ali-
quid introducitur fauore alicuius, plus potest eius
remissio, quam statutum, ita Alciat. c. cum contin
gat nu. 54. de iur. iur. ubi id eleganter probat per
quatuor rationes.

50 Vigesimaseptima sit concl. † quod quietatio,
seu remissio iurium, si non ualet, ut transactio,
ualebit tamen, ut pactum gratuitum, ita Angel.
consi. 94. numer. 7.

51 Vigesimaoctaua sit concl. † quòd si fiat acce-
ptilatio anticipata, impedit stipulationem pœna-
lem: similiter liberationem consequitur, qui se-
mel facit, quod per plura tempora faciendum
Alber. l. si cum nu. 3. ff. quando dies leg. ced.

52 Vigesimanona sit concl. † quòd vincula acce-
ptilationis duo sunt: vnum liberatorium alterū
obligatoriū. Ang. l. vbi pactum nu. 3. C. de transa.

53 Trigesima, & vltima sit concl. † quòd remissio
facta fœneratori ex causa donationis, præsumi-
tur colorata, & in fraudem vsurarum. Alex. cons.
80. nu. 13. vol. 3. facilius tamen inducitur, quam
54 in alio debito. † Alex. cons. 63. nu. 7. vol. 4. vnde li
beratus à sorte, liberabitur quoque ab vsura. l. nō
solùm l. fi. §. fi. l. Aurelius. §. fi. & ibi Bar. ff. de libe.
legata. remissio tamen libera vsurarum, iam qui-
55 dem † iniquè extortarum, facta per debitorē cre-
ditori habenti animum non restituendi eas, sed
retinendi, absoluit eum ab obligatione restituen-
di, de communi attestatur. Didacus in Reg. pecca-
tum 2. p. Relect. nu. 7. 5. Ant. 2. p. tit. 2. c. 6. col. 3. l.
si rem. §. omnis. ff. de pign. actione, l. item. ff. quib.
mod. pign. vel hyp. soluatur, &c.

F I N I S.




# DE VENATIONE, PISCATIONE, ET AVCVPIO.

## PARS PRIMA.

## SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI.

## Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

*SVMMARIVM.*

1 *Bestiæ, volucres, & pisces capientium fiunt.*
2 *Naturali ratione quod nullius est occupanti conceditur.*
3 *Inuocatio diuini nominis, quid operetur.*
4 *Generaliora preponi debent.*
5 *Præmissa quid operentur.*
6 *Aer est communis, & non potest impediri.*
7 *Mare quid sit, & an in eo piscari possit.*
8 *Flumen quid sit, & quando in eo piscari possit.*
9 *Lacus quid sit, & quomodo in eo possit piscari.*
10 *Stagnum quid sit, & quando in eo piscari possit.*
11 *Torrens quid sit, & an liceat piscari in eo.*
12 *Torrens vnde dicatur.*
13 *Vallis aquosa quid sit, & an ibi possit piscari.*
14 *Piscinæ pisces non possunt capi inuito Domino.*
15 *Venatio vbi fiat regulariter.*
16 *Foresta, Nemus, & Sylua in quo differant.*
17 *Bestia appellatione quid veniat.*
18 *Pecudum appellatione quid veniat.*
19 *Ferarum appellatione, quid contineatur.*
20 *Apes quomodo, & quando capi possint.*
21 *Fauos mellis, qui eximere possit.*
22 *Pauonum fera natura dicitur, & qualiter capiantur.*
23 *Cerui quomodo capi possint.*
24 *Animalia, quæ abire, & redire solent quando capientium fiant.*
25 *Gallinarum fera natura non est ideo capi non possunt.*
26 *Animalium tria genera.*
27 *Mansueta, & fera animalia an sint capientium.*
28 *Fera accidentaliter mansueta an fiat occupantis.*
29 *Appellatione auium quid contineatur.*
30 *Auibus legatis, quæ animalia veniant.*
31 *Volucres, quæ dicantur.*
32 *Aquatilia animalia quæ dicantur.*
33 *Pisces quando capientium fiant.*
34 *Venatio in genere sumpta quot habeat species.*
35 *Venatio quibus modis fiat.*
36 *Aucupium quibus modis fiat.*
37 *Piscatio quibus modis fiat.*
38 *Occidere an liceat quæcunque viuentia.*
39 *Ordo Naturæ est, vt imperfectiora sint propter perfectiora.*
40 *Planta sunt propter animalia, animalia autem propter hominem.*
41 *Natura omnia hominum causa comparauit.*
42 *Definitio est initium cuiuslibet tractatus.*

### *Præfatio.*

1 
OMnia animalia, † quæ Mari, Cœlo, & Terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, integentium statim illius esse incipiunt, quod enim ante nullius est id naturali ratione occupanti conceditur. §. feræ. inst. de rerum di
2 uis. l. 1. & seq. ff. de acqu. † rerum dom. capiuntur autem Bestiæ, volucres, & pisces, quæ Mari, Cœlo, & Terra nascuntur venatione, piscatione, & aucupio, de quibus tractatum præsentem edere decreui, & inuocato diuino Trinitatis præsidio,
3 quo consequamur † bonum initium, melius medium, & optimum finem. Doct. comm. Rubr. ff. de oper. nou. nunciat. dixi ego, in tract. de leg. &
4 stat. in proœ. † nume. secundo, quia à generalioribus est inchoandum. §. His igitur inst. de iustitia & iure,

& iure, nonnulla prius generalia præfari oportet,
quæ maximè conducere videntur ad declaratio-
5 nem rei, † de qua agitur.l.proponebatur.ff.de ca-
str.pecul.l.1.ff.si cert. pet. Notandum est igitur,
Primò quòd aer, eiusque vsus communis est.l.in-
6 iuriarum.§.fina.ff. ne quid † in loco publico.§.1.
inst.de rerum diuis. ideo tãquam communis per-
petuò in totum occupari non potest.l.item lapil-
li vbi Bald.ff.de rerum diuis.vnde si quis vti aere
prohibuerit, actione iniuriarum tenetur.d.§. fin.
ex quo sequitur quòd aues quæ sunt in arbore cũ
dici possint esse in aere, & volucres, quę in cœlo
nascuntur, vbicunque sint, capientium fiunt, nisi
expreßè reperiatur prohibitum. Secundò Not.
7 quòd † mare est collectio multarum aquarum
salsarum. Bar.in tract.de insula princ. cuius quo-
que vsus communis est, ad cuius littus nemo ac-
cedere prohibetur.§.1.inst.de rerum diuis.in quo
nemo prohibetur piscari, sicuti nec etiam in flu-
8 mine publico, † dicto §.1.vers. flumina. Cepolla
tit.de fluminibus.capitulo 31.numero 6. est au-
tem flumen aliud publicum, aliud priuatum, pu-
blicum flumen, seu perenne dicitur, quod sem-
per fluit.l.1.§.item fluminum, ff.ne quid in loco
publico, priuatum est, quod ad tempus fluit.l.1.
§.fluminum.ff.de flumin.Proprietas fluminis pu-
blici est Principis.Ange.l.fluminum.ff.de damno
infecto, priuati autem est eius, in cuius agro ori-
tur, & discurrit per sua prædia vsque ad flumen
publicum, vel mare gl.l.si quis.diurno. ff. si seru.
vend.Cæpola tit.de flum.priu. capitulo 82. Item
quod dictum est de mari, & flumine publico, q
9 ibi piscari possit; intellige etiam de lacu, † & sta-
gno, quando sunt in vsu publico, nisi id expreßè
prohibeatur, vt in lacu perusino, vel nisi sit priua-
tus. Cæpolla, titu.de lacu.c.30.nu.6.& not.quod
lacus est qui perpetuam habet aquam.l.1.§.lacus.
10 ff.vt in flumin.publi. nau. lic. † stagnum est quod
temporalem continet aquam ibi stagnantem, quę
quotidie plerunque hyeme augetur.d.l.1.§. sta-
11 gnum eo.tit. † Quartò hoc idem in torrente exi-
stente in vsu publico, vsu tunc etiam ibi licitum
est unicuique piscari.not.l.2.§. hoc interdicto. ff.
ne quid in loco publico. Est autem torrens, qui
12 in hyeme currit, & perenne † non est. l. 1.§.2.ff.
de flumin. & dicitur torrens à torreo, quod si-
gnificat siccare, atque arefacere. Cæpolla titu. de
13 torrente.capitulo 38.num.primo. † Quintò hoc
idem in Vallibus aquosis in quibus licitum est pi-
scari cuilibet, si sint publicæ, secus si sint priua-
tæ.not.§.littorum inst.de rerum diuis. Cæpolla ti
tulo de Vallibus aquosis num. 2. non tamen lici-
14 tum, est piscari in piscina, † nam pisces ibi colle-
cti possidentur à domino piscinæ. Didac.2.p.De-
lectionis regulæ peccatum.§.8.nu.15.Tertiò not.
quod plerunque Bestiæ, & feræ capiuntur in ne-
15 more, † & Syluis. Franciscus Zoanettus. l. 2. nu.
144.C.de pact.inter empt.& vendit. & differunt
16 in hoc, † quod nemus latum sine clausura, &
aqua dicitur foresta, quando verò est prope hu-
mum, dicitur Sylua; sed quando concluditur
muris, vel palis vocatur Barcus. ita Veronensis in
tit.de montibus, nume.7. In foresta autem, & Syl-
ua licitum est venerari, in viuario autem, seu bar-
co nequaquam. Ita Didacus dicto loco proximè
citato numero 15. ver.animalia inclusa viuarija.
17 Quartò notandum est, † quòd in præsenti casu
appellatione Bestiæ non venit mortua. l.1.§. Be-
stias.ff.de postul.not.l.prima.ff.de cadu.pen.Bart.
l.cum delanionis num.1.in princ.ff.de fund.instr.
similiter appellatione Bestiæ non veniunt anima-
lia mansueta, & domestica, nisi aliter ex commu-
ni consuetudine vsurparetur. Ioannes in tract.de
primogen.quæstio.2.nume.7.Barto.l.1.§. remo-
uet.in 1.not.ff.de postul. Ioan. Bapt.l. omnes nu.
243.ff.de iustitia, & iure.Item appellatione Bestię
veniunt tantùm animalia terrestria non aues se-
cus appellatione animalis. glo.capitul. Sexto die.
ver. Bestiæ trigesimaquinta distin.

Item bestiæ appellatione veniunt, Vrsi, Leo-
nes, Panteræ, quasi mixti sunt Elephantes, & Ca-
meli, nam & iumentorum operam præstant, &
18 naturam eorum fera est. Pecudum † autem nume
ro sunt quadrupedes, quæ gregatim pascuntur,
veluti oues, Capræ, Boues, Equi, Muli, Asini, nam
in memor.ver.pecudum.

19 Quinto not. † quod ferarum appellatione non
venit canis, quia propriè fera animalia dicuntur
nocentia, cap.fin.de iniur.dicitur tamen Apium,
Pauonum, Columbarum, & Ceruorum, quoque
fera natura, l.naturalem.§.apium ff. de acquiren.
rerum dominio. §. Apium. institu. de rerum di-
20 uis.ibi apium quoque † fera, idest non mansueta
natura est. Itaque apes, quæ in arbore tua conse-
derint antequam a te alueo, idest vase, vbi manẽt
includantur, non magis tuæ intelliguntur esse,
quam volucres, quæ in arbore tua nidum fece-
rint. ideoque si alius eas incluserit, is earum do-
minus erit fauos quoque, si quos effecerint, exi-
mere quilibet potest antequam integra re, idest
antequam intrent, vel priusquam eximantur. Si
21 præuideris † ingredientem fundum tuum pote-
ris eum iure prohibere, ne ingrediatur: examen
quoque (idest vniuersitas apium) quòd ex alueo
tuo euolauerit eo, vsque intelligitur esse tuum,
donec in conspectu tuo est, nec difficilis perse-
quutio eius est, alioquin occupãtis fit: Pauonum
22 quoque fera, idest † non prorsus domestica, vel
mansueta natura est. nec ad rem pertinet, quod
ex consuetudine euolare, & reuolare solent, nam
& apes idem faciunt, quarum constat feram esse
23 naturam. Ceruos quoque † quidam ita mansue-
tos habent, vt in Syluam ire, & redire soleant;
quorum & ipsorum feram esse naturam, nemo
negat. in his autem animalibus, quæ ex consue-
tudine abire, & redire solent, regula comproba-
ta est, vt eo vsque tua esse intelligantur, donec
24 animum † reuertendi habeant, nam si reuertendi
animum habere desierint, etiam tua esse desinũt,
& fiunt occupantium. reuertẽdi autem animum
videntur desinere habere, cum reuertendi con-
25 suetudinem deseruerint. Gallinarum † autem, &
anserum non est fera natura, id quod ex eo pos-
sunt intelligere, quod aliæ sunt gallinæ quas fe-
ras vocamus, vt Fasianos, alij sunt anseres, quos
feros appellamus. Ideoque si anseres tui domesti
ci, &

ci, & gallinæ tuæ domesticæ aliquo modo turba-
ti, turbatęve scilicet per Vulpem, vel per Miluum
euolauerint, licet conspectum tuum effugerint
quocunque tamen loco sint, tui, tuæve esse intelli
guntur, & qui lucrandi animo, (scilicet vt habeat
pennas, vel oua) ea animalia detinet, furtum com
mittere intelligitur. §. gallinarum. Instit. de rerum
diuis. l. naturale. §. gallinarum. ff. de acquiren. re-
rum dom. & sic notanda sunt tria genera anima-
26 lium mansueta, vt † sunt gallinę in quibus locum
habet regula hæc; vt vbicunque sint domini esse
intelligantur, d. §. gallinarum. item fera prorsus,
27 & in his † habet locum altera regula, quod occu-
panti conceduntur. §. feræ. inst. de rerum diuisio.
item fera naturaliter, sed accidentaliter mansue-
28 ta, & in his procedit † regula, vt eo vsque esse tua
intelligantur, donec animum reuertendi habeāt.
d. §. pauonum. inst. de rerum diuis. Sextò princi-
paliter not. quod appellatione auiū, venit omnis
29 volucris, quæ oua parit, † & pennis decorata est,
dicta ab auijs idest locis secretioribus, quibus
aues delectantur ad Herenn. lib. 1. auium dulce-
do ducit ad auium. vnde auibus legatis, anseres,
& Phasiani, & gallinæ Sylnestres, & auiaria idest
30 gabiæ † vbi stant aues debentur, si testator talia
habebat, aliàs secus: Phasinarij autē idest serui,
qui sciunt artificia capiendi aues, & pastores anse
rum non continentur, nisi id testator expresserit.
l. auibus. ff. de legat. 3. Volucres autem dicuntur
31 quæcunque volare possunt, † vnde apes, vespæ,
muscæ, papiliones, volucres sunt, non tamen
32 aues: Septimò, not. † quòd omnia animalia de-
gentia in aquis generali nomine aquatilia dicun-
tur, nam alia corio, & pilis teguntur, vt vituli
marini, alia corio tantum, vt delphini, Cortice,
vt Testudines. silicum duritia, vt Ostreæ, &
cōchę: crustis, vt locustæ, crustis, & spinis vt Echi
ni, squamis, vt pisces. Plinius lib. 9. cap. 12. pelle,
vt anguilla, eo dicta, quia specie anguem repre-
sentat, quæ aquatilia, si fuerint in loco publico,
33 siue mari, † lacu, flumine, vel stagno capientium
fiunt, nisi aliter prohibitum sit, vt dicetur infe-
34 rius suo loco. † Octauò not. quòd venatio in ge-
nere sumpta tres habet species, scilicet ferinam,
aucupium, & piscariam. ferina fit multis modis,
35 scilicet retibus, † pedicis, laqueis, præcipitijs,
arcubusis, iaculis, cuspide, indagine, pennarum,
odore, canibus, accipitribus, aucupium aūt fit re
36 tibus, † laqueis, pedicis, præcipitijs, arcu, visco,
hamo. piscatura fit retibus, sagenis, gargustijs, ha
37 mis iaculis. † S. Ant. 2. p. tit. 1. c. 3. §. 9. ver. venatio.
Nonò & vlt. not. quòd homini licet occidere quæ
cunque viuentia ratione carentia, nam Aug. lib. 1.
38 c. 20. vol. 5. de ciuit. Dei, † dicit quòd illud dictum
(non occides) non accipitur de frutetis, quia
nullus eis est sensus, nec de irrationabilibus ani-
malibus, quia nulla ratione nobis sociantur restat
ergo, vt intelligamus de homine, quod dictum
est non occides. S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 1. Dom. So
to de iust. & iure lib. 20. q. 1. art. 1. Pisan. ver. homi
cidium 1. 6. nu. 2. Sylu. al. 1. nu. 5. Tab. nu. 2. nullus
enim peccat ex hoc, quòd vtitur re aliqua adhoc,
ad quod est ordinata, in rerum autem ordine im-
39 perfectiora † sunt propter perfectiora, sicut enim
in generationis via, natura ab imperfectis ad per-
fecta procedit, & inde est, quod sicut in genera-
tione hominis prius est viuum, deinde animal, vl
timò autem homo, ita etiam ea, quæ tantū viuūt,
vt plantæ sunt propter animalia, omnia autem
40 animalia sunt propter hominem, † & ideo si ho-
mo vtatur plantis ad vtilitatem animalium, & ani
malibus ad vtilitatem hominis, non est illicitum
Arist. 1. polit. c. 5. Inter alios autem vsus maximè
necessarius esse videtur, vt animalia plantis vtan-
tur in cibum, & homines animalibus, quod sine
mortificatione eorum fieri non potest, & ideo lici-
tum est, & plantas mortificare in vsus animalium
& animalia in vsus hominum, & ex ipsa ordina-
tione diuina dicitur Genes. j. ecce dedi vobis oēm
herbam, & vniuersa ligna, vt sit vobis in escam, &
cūctis animantibus terræ. & c. 9. Gen. omne quod
mouetur, & viuit, erit uobis in cibum. Et lex ciui-
lis ita de hoc disponit dicens, quod videtur absur
41 dum † hominem in fructu esse cum omnes fru-
ctus rerum natura hominum gratia comparane-
rit. l. in pecudum. ff. de vsuris, nō obst. c. 22. exod.
vbi prohibetur occisio bouis, & ouis, nam Resp.
quod occidere animal alterius est peccatum qui-
dem, non quia occidit illud, sed quia damnificat
hominem in re sua, vnde non continetur sub pec
cato homicidij, sed furti, rapinæ, vel damni dati,
ita dixi ego in summa pec. cap p. 1. tit. 4. q. 92. His
ita generaliter cognitis, deueniendum est ad spe-
42 cialiter dicēda, & primò initium † sumam à defi
nitione, vt dixi ego, in proœ. tract. de defi. nu. 1.

*S V M M A R I V M.*

1 *Venatio quid sit, & quid piscatio, & aucupium.*
2 *Venatio multiplex, & quæ sit oppressiua.*
3 *Venatio addatoria quæ sit.*
4 *Venatio arenaria quæ dicatur.*
5 *Venatio saltuosa quæ sit.*

## *Quæstio I. Primæ partis.*



1 Rimò igitur quæro, † quid sit
venatio? & quotuplex sit. Ad
primum Resp. q venatio est
ferrarum persequutio, seu di
cas venatio est exercitium
ordinatum ad captionem fe-
rarum terrestrium, sicuti au-
cupium ad captionem auiū,
& piscatio piscium. Syl. ver. venatio nu. 1. in prin.
2 Ad secundum Resp. † q quędam venatio dicitur
oppressiua hominum, & hæc omnino illicita est.
c. non est. §. his itaq; 6. dist. Quædam addatória
quæ fit per uerba. & hæc quoq; est illicita. c. qui
3 venatoribus † 86. dist. c. sunt nonnulli. 56. dist. c.
4 plurimi 6. q. 1. quædā est † arenaria quæ fit in are
na & mala. c. infamis. §. tria. 3. q. 6. quę permitti-
tur laicis sed si inde recipiunt pecuniam infames
sunt, si causa virtutis probandæ faciunt, ij non
sunt infames saluis tornecamentis, quæ prohiben
tur.

tur. c. 1. de torneam. clericis autem hæc omnino
interdicitur not. c. 1. de cler. pugn. in duello. Quæ-
9 dam autem est saltuosa, † & clamorosa licita lai-
cis, clericis non, sed quieta, vel causa necessitatis
vel recreationis, vt dicetur inferius suo loco gl. c.
1. ver. voluptate de cler. ven. Alij ponunt tres spe-
cies tantum, videlicet oppressiuam, arenariam, &
saltuosam. gl. 1. c. qui venatoribus. 86. dist. Sylu,
tab. Angel. Rosella, & Armilla ver. uenatio. Astens
lib. 6. tit. 50. art. 3. Abb. Anto. de Butrio. c. 1. nu. 3.
de cler. ven. Præpos. d. c. qui venatoribus. 86. dist.
Cassan. in consuet. Burg. rubr. 13. §. 8. vers. sed
aduerte. Host. in summa de cler. ven. num. 1. Tur-
recr. c. qui venatoribus, num. 2. 86. distin. Enricus
Borch. c. 1. nu. 1. de cler. uen. Iac. Men. de arb. iud.
2. p. lib. 2. Cent. 5. Cas. 41 3. nu. 3. Gemin. c. qui ue-
natoribus. 86. dist. Franciscus Marcus decis. 530.
nu. 1. uol. 1. Marian. Soc. Sen. c. 1. nu. 7. de cler. uen.

*S V M M A R I V M.*

1 *Quo iure sit introducta venatio.*
2 *Venatio est iurisgentium.*
3 *Deus creauit omnia in hominum usum.*
4 *Animalia sunt homini subiecta naturaliter.*
5 *Imperfectiora cedunt in vsum perfectiorum.*
6 *Inferiora per superiora gubernantur.*
7 *Homo in statu innocentiæ dominabatur cunctis re-*
*bus, exceptis Angelis.*
8 *In homine quatuor considerantur.*
9 *Homo in statu innocentiæ ad quid indigeret animan-*
*tibus.*

## *Quæst. II. Primæ partis.*



1 Ecundo quæro † quo iure sit in-
uenta venatio? Resp. esse iuris-
gentium. §. feræ inst. de rerum
diuis. ibi feræ igitur bestiæ, & vo-
lucres, & pisces, & omnia ani-
malia, quæ mari cœlo, & terra
nascuntur simulatque ab aliquo capta fuerint; iu-
re gentiũ statim illius, esse incipiunt, quod enim
2 ante nullius est, id naturali ratione † occupanti
conceditur conc. l. 1. & 3. & l. quod in litore. ff. de
acq. rerum dom. not. l. 1. ff. de acq. poss. summus
3 enim Deus omnia animalia † creauit in hominum
vsum, & cibum. c. 1. genes. facit. l. in pecudum. ff.
de vsuris, & Cic. lib. 3. de finibus cumque hæc
omnia animalia communia ipsa natura fecerit,
plane licet per eandem naturæ legem cuilibet pri-
mo capienti, ea sibi acquirere. Didac. 2. p. p. relect.
reg. peccatum. §. 8. nu. 1. S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 1.
Rom. Sot. lib. 4. q. 6. art. 4. de iust. & iure. Zoaner-
tus. l. 2. num. 146. C. de pact. inter empr. & vend.
Aug. Ber. consi. 81. nu. 3. vol. 1. Rymin. consil. 35.
no. 1. Nata consi. 604. vol. 3. nu. 1. consi. 522. nu.
6. volum. 3. consi. 375. nu. 1. vol. 1. Roi. consi. 9.
num. 2. vol. 2. & est com. opin. de qua per Ias. cons.
119. vol. 4. Emanuel Soarez. tract. com. opin. ver.
nouatio, omnia enim animalia sunt homini natu-
raliter subiecta quod apparet ex tribus. Primo ex
4 ipso naturæ processu, sicut † enim in generatione
rerum intelligitur quidam ordo, quo proceditur
de perfecto ad imperfectum, nã materia est pro-
pter formam, imperfectior propter perfectio-
rem, ita etiam est in vsu rerum naturalium, nam
imperfectioria cedunt in vsum perfectiorũ, plan-
5 tæ enim vtuntur terra ad sui † nutrimentum, ani-
malia verò plantis, & homines plantis, & animali-
bus, vnde naturaliter homo dominatur animali-
bus. Vnde Arist. 1. polit. c. 5. vol. 5. dicit quod vena-
tio Syluestrium animalium, est iusta & naturalis,
quia per eam homo vendicat sibi quod est natu-
raliter suum. Secundo appatet hoc ex ordine diui-
næ prouidentiæ, quæ semper inferiora per supe-
riora gubernat. Vnde cum homo sit super cætera
animalia, vt pote ad imaginem Dei factus conue-
nienter eius gubernationi, alia animalia subdun-
6 tur. Tertio apparet ex † proprietate hominis, &
aliorum animalium, in alijs enim animalibus in-
uenitur secundum æstimationẽ naturalem, quæ-
dam participatio prudentiæ, ad aliquos particula-
res actus, in homine autem vniuersalis pruden-
tiæ, quæ est ratio omnium agibilium, omne au-
tem quod est per participationem, subditur ei,
quod est per essentiam, & vniuersaliter, vnde pa-
tet quod naturalis est subiectio aliorum anima-
lium ad hominem. S. Thom. 1. p. q. 96. Art. 1. In sta-
tu autem innocentiæ homo nõ dominabatur An-
gelis, sed animalibus imperando plantis verò, &
alijs inanimatis, vtendo absque vllo impedimen-
7 to: in ipso enim homine † quodammodo sunt om-
nia, & ideo secundum modum quo dominatur
his, quæ in se ipso sunt, secundum hunc eundem
modum competit ei dominari alijs: est autem in
8 homine quatuor considerare, † scilicet rationem,
secundum quam conuenit cum Angelis, vires sen-
sitiuas, secundum quas conuenit, cum animali-
bus, vires naturales secũdum quas conuenit cum
plantis, & ipsum corpus secundum quod conue-
nit cum rebus inanimatis. Ratio autem in homi-
ne habet locum dominantis, & non subiecti do-
minio. vnde homo Angelis non dominabatur in
primo statu, & quod dicitur genes. 1. præsit vni-
uersæ creaturæ intelligitur, quæ non est ad imagi-
nem Dei, viribus autem sensitiuis sicut irascibili,
& concupiscibili, quæ aliqualiter obediunt ratio-
ni, dominatur anima imperando. Vnde in statu in-
nocentiæ animalibus alijs per imperium domina-
batur viribus autem naturalibus, & ipsi corpori
homo dominabatur, non quidem imperando, sed
vtendo, & sic etiam homo in statu innocentiæ do-
minabatur plantis, & rebus inanimatis, non per
9 imperium † vel per immutationem, sed absque
impedimento vtendo eorum auxilio, & quamuis
homines in statu innocentiæ non indigebant ani-
malibus ad necessitatem corporalem, neque ad te-
gumentum, quia nudi erant, & non erubescebant
nullo instante inordinatæ concupiscentiæ motu,
neque ad cibum, quia ligni Paradisi vescebantur,
neque ad vehiculum propter corporis robur: in-
digebant tamen eis ad experimentalem cognitio-
nẽ sumendam, de naturis eorũ quod significatum
est per hoc, quod Deus ad eum animalia adduxit,
vt eis nomina imponeret, quæ eorum naturas desi-
gnant. S. Thom. 1. p. q. 96. art. 1. ad 3. & art. seq.

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *Venatio an sit licita.*
2 *Ius gentium permittit venationem.*
3 *Ius ciuile non prohibet venationem.*
4 *Ius canonicum, quando prohibeat venationem.*
5 *Oppressiua venatio prohibita.*
6 *Adulatoria venatio qualiter prohibeatur.*
7 *Adulatio triplex.*
8 *Arenaria venatio non conceditur.*
9 *Taurorum torneamenta prohibita.*
10 *Clerici pugnare non possunt.*
11 *Saltuosa venatio quando concessa, & quando prohibita.*
12 *Tempore Quadragesimæ an sit concessa venatio.*
13 *Feræ vastantes agros expelli possunt quocunque tempore.*
14 *Venatio quieta quibus permittatur.*
15 *Redditus bonorum consistentes in venatione, faciunt, vt etiam clericis venari liceat.*
16 *Monachi non possunt retinere canes venaticos in eorum monasterijs.*

## *Quæst. III. Primæ partis.*



1 Ertiò quæro † vtrum venatio sit licita? Resp. quod in hoc plura iuta cōsideranda sunt, nam si inspiciatur ius gentiū, vtique repetitur licita absolutè venatio ferarum † vt di-
2 xi supra, in proxima præcedenti q. de iure autem ciuili ita disponitur. l. vnica. C. de ven. fer. lib. 11. ibi oc cidendorum leonum cunctis facimus potestatē, neq; aliquam finimus quēquam calumniam formidare. Bestias autem, † quæ ad conitiatum ab
3 omnibus limitum ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas ciuitates detineri præcipimus violatoribus eorum quinas libras auri fisci iuribus illaturis. de iure autem canonico facit primo c. vident. 86. dist. 1. ibi vident
4 homines venatores, † & delectantur: væ miseris si se non correxerint, qui enim venatorem uident, & delectantur, videbunt saluatorem, & tristabuntur. Secundò facit. c. Esau venator erat quoniam peccator erat, & pœnitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem, piscatores inuenimus sanctos, Tertiò. c. quid prodest, 86. dist. ibi quid prodest ieiunare visceribus, abstinere à cibis, & errare peccatis, &c. vt igitur iura iuribus concordentur, ita distinguendum dicas, aut quæris de venatione hominum oppressiua,
5 & hæc † omnino dicitur illicita. c. non est. §. ijs, 6. dist. aut quæris de adulatoria, & hæc semper, &
6 & omnibus est † illicita & infamat. c. qui venatoribus. 86. dist. c. sunt 46. dist. & not. quod tribus modis venator adulando, aut tribuendo alicui bo
7 num quod non habet, † vel nimium extollēdo bonum quod habet, vel approbando malum, quod
8 habet. c. væ q dicitis 11. q. 3. aut † quæris vtrū sit permissa Laicis, aut clericis. si Laicis, tunc, aut hi Laici pro hoc pecuniam recipiunt, & tūc non est licita, sed sunt infames talem venationem exercētes, aut non recipiunt, sed hoc faciunt causa virtu
9 tis exercēdæ, & tunc est permissa, † nec sunt infames, saluis torneamentis, quæ prohibentur. c. j. de torneam. & taurorum spectaculis, vt dixi in summa pec. c. p. 2. tit. 9. excom. 200. si quæris de cleri-
10 cis, tunc dic q illis venatio † arenaria est omnino
11 interdicta. not. c. 1. & seq. de cler. pugn. † in duello, aut quæris de venatione saltuosa, & tunc aut de clamosa, aut de quieta, seu recreatiua, si de clamosa, quæ in saltu, vel nemore fit hominum, canum, & auium multitudine congregata, tunc, aut quæris nunquid est omnibus interdicta tempore Quadragesimæ, & ieiuniorum, seu præcipuarum Festiuitatum, c. 1. c. fi. de ferijs, quibus homines
12 debent conuenire † in Ecclesia, & orare, & Resp. q ista tunc temporis est prohibita, siue sint clerici, siue Laici. c. 20 putaris 86. dist. fallit, vbi necessitas famis vrgeret, vel si feræ venirent vastare se-
13 getes, † vel vineas, l. 2. C. de fer. aut in alijs dieb. ferialibus, vel nō ferialibus, & tunc Laicis est concessa. §. feræ. inst. de rer. diuis. clericis verò est omnino interdicta, c. j. §. fin. ne. Cler. vel Mon. c. 1. de cler. venat. si de quieta, seu recreatiua, puta cum
14 retibus, laqueis, † canibus cum silentio, & modestia, tunc aut quæris de laicis, & illis est permissa: aut de clericis, & tunc, aut fit causa voluptatia, vel vagationis, uel nimis frequentet, & tunc est eis interdicta. c. 1. de cler. ven. aut aliquando causa necessitatis, vel vtilitatis, & tunc est licita, vt si fiat forsan ad excitandum calorem naturalem, vel etiam appetitum dicto capit. primo, argum. à contrario sensu, similiter si redditus bonorum,
15 etiam Religiosorum † fuerint in venatione licebit etiam eis in proprijs personis saltem si familia deficiat, venationem suam recolligere, & vendere, dum tamen hoc faciant tempore competenti, quia hoc non est vagari sed necessitati, vel saltem vtilitati ecclesiæ prouidere, ad quod vnusquisque clericus est adstrictus, capitulo præsentium. 7. quæstio prima, cap. qui verò 16. q. 1. non tamen possunt Religiosi in eorum clausura vbi habitant, venaticos canes retinere, nec uenationi exhibere corporalem, nisi urgens necessitas aliter eos adstringat. clement. nean agro. §. porrò de stat. monac. Henricus capitulo primo, numero secundo, & sequeo. de cler. uenat. Host. in titulo de cler. uen. numero secundo, & sequ. quibus autem modis reddatur illicita uenatio dicam in seq. quæst.

*SVMMARIVM.*

1 *Venatio quibus ex causis redditur illicita.*
2 *Venatio inferens damnum proximo est illicita.*
3 *Personæ qualitas inspicitur in venatione.*
4 *Tempus venandi est considerandum.*
5 *Affectus immoderatus reddit venationem illicitā.*
6 *Venari non potest in loco alterius contra voluntatem Domini.*
7 *Prohibens venationem quando peccet.*
8 *Exercens venationem prohibitam an peccet.*

Quæst.

## Quaest. IIII. Primae partis.



1 Vartò, † quia dictum est venationem secundum se esse licitam, est enim vsus naturalis dominij homini praestiti super animalia, per accidens tamen redditur illicita, ideo quaero quibus modis siue causis non liceat venari? Respondetur pluribus.

2 Primò videlicet, † si fiat cum periculo, aut damno proximi, non considerando, si homo percuti possit, aut si damnum inferatur agris, & tunc iudicatur illicita secundum temeritatem, periculum, & damnum. Sylu. ver. venatio in fine.

3 Secundò ex consideratione personae, † vt quia Clericus, vel Monachus, capitulo quorundam 24. distin.

4 Tertiò ratione temporis † cum impeditur debitus cultus exhibendus, vt die festo, & ieiunij. c. an putatis. 86. dist.

5 Quartò ex immoderato † affectu, ex qua causa facilè omnia humana opera redduntur illicita. Doct. c. 1. de cler. ven.

6 Quintò si contra voluntatem † Domini quis in eius loco venatus fuerit. §. ferae instit. de rer. diuis. vt dicam in seq.

7 Sextò si quis prohibuerit † venationem in casu, quo non possit.

Septimò si custos nō seruauerit fideliter quod promisit seruare. Nau. man. conf. capitulo decimoseptimo, numero 170. Caietan. ver. venatio. Domi. Soto libro quarto, de iustitia, & iure quaestione sexta, articulo 4. Pisan. verficul. venatio.

8 Octauò exercens † venationem aliquam ex prohibitis nempe oppressiuam, adulatoriam, & arenariam modis, & nominibus, quibus dixi supra proxima praec. quaest.

### SVMMARIVM.

1 *Venatio an prohiberi possit per Principem.*
2 *Ratio triplex, quare princeps venationem prohibere possit.*
3 *Ferae, volucres, & pisces sunt non solum pro ornamento vniuersi, sed pro vtilitate hominum.*
4 *Princeps potest loca communia proprio vsui dicare.*
5 *Princeps inferior non potest prohibere venationem.*
6 *Ferae, volucres, & pisces sunt communes.*
7 *Poena afflictiua corporis, quando infligenda in prohibitione venationis.*
8 *Damna data ob prohibitionem venationis sunt resarcienda.*
9 *Communia etiam iure naturae possunt per principem vni applicari.*
10 *Lege humana facta est distinctio rerum.*
11 *Lege naturae permissum, potest per leg. humanam prohiberi.*
12 *Lege naturae prohibitum non potest humana lege concedi, &c.*

## Quaestio V. Primae partis.



1 Vintò quaero † vtrum venatio possit prohiberi per Principē. Respond. quod sic secundùm magis commun. opin. Doctor. de qua per Didac. secunda parte relect. reg. peccatum numero primo. glo. capitulo qui venatoribus 86. distinct. Caietan. tract. quaestione decimaseptima, capitulo duodecimo. Iohan. Medina tractat. de restitutio. quaestione duodecima. Dominicus Soto libro quarto, de iustitia, & iure quaestione sexta, articulo quarto. ver. pari ferme faber. §. flumina inst. de rerum diuis. Boer. in consuet. Bituric. titulo de consuetudine praediorum. §. quinto, Gulielm. capitulo Raynutius ver. & vxorem numero 869. de testamen. Cassan. in con suetud. Burgun. rubr. 13. §. 7. Grammat. decis. 67. Rebuff. l. vnica. C. de vena. fer. libro vndecimo, Bertrand. consil. 255. libro primo, numero nono, Tiraquell. tract. de nobil. capitulo 37. nume. 141. Roland. consilio nono, numero primo. volumine primo. Gemin. capitulo ius naturale numerò vndecimo, distinct. prima, Natta consilio 522. numero septimo, volumine tertio, consilio 604. numero secundo volumine tertio. leg. vnica. §. nemo de pace tenenda de feudis, ibi nemo retia sua, aut laqueos, aut alia qualibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad vrsos apros, vel lupos capiendos, quibus in locis Doctores omnes concludunt principem iusta ex causa venationem prohibere posse. conc. turre crem. cap. qui venatoribus 86. distinct. etiam nota quod venatio potest prohiberi per Principem, non recognoscentem superiorem triplici de causa.

2 Primò etsi venationis locus † sit communis Ciuitatis, aut oppidi, vetari licitè potest à Principe, & à Domino per viam gubernationis, nam ferae, volucres, & pisces, non solum ornamento

3 sunt, & decori Reipublicae, † verùm, & necessitati seruiunt, ob idque non est vulgi temeritati venatio committenda, sed debet ordine, ac lege fieri, ne dispereat.

Secundò, quia Princeps etiam communia loca

4 Reipub. potest alicui proprio vsui † dicare, neque ad hoc, vt quidam putant, requiritur consensus populi, iustum quippe est, vt pro sua dignitate, gratia recreandi animi, venationem habeat paratam praeter quam quòd apros, & ceruos & id genus bestias, non condecet à plebeis venatu impeti, sed vt referuentur ingenuis, qui praeliorum simulacra aduersus eas meditentur.

Tertia ratio est, quia prohiberi potest venatio, nempè quia est in loco non communi oppidi, sed proprio ipsius domini, quo suam custodit venationem, nam si pōt fundi Dominus particula ris phibere, ne quis venationis grā illū ingrediat

multò magis Princeps.§.feræ, ver.planè instit. de rerum diui.ibi planè, qui alienum fundum ingreditur venandi,aut aucupandi gratia, potest à Domino, si is præuiderit,prohiberi, nè ingrediatur, declaratur tamen.

Primò vt licet princeps prohibere possit venationem,non tamen est eadem ratio in Magna-
5 tibus ad custodiendam sui gratia, † venandamq; venationem, quamuis in principe etiam si cũ suis iuribus ea fuerit ipsis largitus.

Secundò decaratur, vt non conueniat Principi in suo territorio in totum venationem prohibere,sed pro loco, & tempore, nam grauamen fieret nimis Populo cum feræ, volucres, & pisces
6 sint † iurisgentium communes, & auferretur libertas, tum animum recreandi, tum & quæritandi victum.


7 Tertiò declaratur, vt in prohibitione † cauendum sit, ne pœnæ acerbæ statuantur, quia illud non æstimatur furtum, aut latrocinium perinde ac dum domus,ac bursæ compilantur, vnde crudele est pœna corporali plecti ingredientes loca vetita,venationis gratia, sed satis est si duplum, aut simplum perderent, & plagas instrumentaq; amitterent, quòd si in bis cresceret contumacia possent relegari in insulam, seu in certum aliquem locum alterum. Si verò isto in casu adesset contemptus superioris, tunc non ratione venationis prohibitæ, sed contemptus; posset pœna corporali puniri pro modo contemptus.

8 Quartò declaratur, vt stante † prohibitione venationis, damna data ob eam resarciantur à Principe his personis quę damna passę sunt,non obst.
9 quod iure naturæ † omnia sint communia, quia possunt nihilominus à principibus, qui eorum quæ in nullius bonis sunt dispensationem habent, quædam priuatis ita concedi, vt in posterum ea priuata nõ communia sint.§. singulorum instit.de rerum diuisio.leg.prima.ff. de acquiren. rerum dominium: etiam absque corporali apprehensione, ad hoc facit, quòd sicut occupatio terum,quæ nullius sunt, priuatum iure naturali efficit illud, quod prius commune erat, propriumipsius occupantis.leg.prima.ff. de acquiren. poss. ita ipse Princeps poterit, quæ communia prius erant,nullius que in bonis habebantur, in priuatum,iure dominij,transferre, iure si quidem naturali omnia fuere ab initio communia, & tamen
10 humana † lege facta est rerum distinctio inter prinatos, post quam distinctionem non licet cuiquam occupare dictam rem, & alicui priuato lege humana addictam. Conradus libro de contractibus quæst.10. Preterea princeps facere potest, vt dominium rei priuatæ quæ dominum habet, absque traditione transferatur in alterum ipsius Domini consensu, qui exigitur ad tollendam iniuriam.leg.fina.C.de sacrosanct.Eccle.l. raptores, C.de Episcopis,& cler.nor.l.traditionibus. C. de pactis,ergo earum rerum, quæ nullius sunt, & principi dispensationi subiacent, poterit Princeps dominium absque apprehensione corporali in priuatum transferre. Hinc etiam constat Principem posse harum rerum, quæ communes sunt, ex causa occupationem priuatis interdicere, & sic venationem prohibere. Ad rationem autem Resp.feras,volucres, & pisces, non esse communia positiuè, & affirmatiuè, quia omnium propria sint communis domini causa, sed negatiuè, quia nullius sint, & iure naturalis nullis sint, applicatæ.San.Thom.1.2.quæstio.articulo quinto, ideo lex humana potest ea vni potius,quàm alteri ex causa concedere,ex quibus infertur venationem iure naturali omnibus permissam ex varijs causis posse per Principem prohiberi, non enim valet consequentia hoc est iure naturali permis-
11 sum, ergo per legẽ humanam † prohiberi nõ potest,cum multa sint iure naturæ licita, quæ inspecta Reip.vtilitate, & iuxta æquissimum communitatis regimen per legem humanam prohiberi possunt. benè procedit argumentum hoc; istud
12 est † iure naturæ prohibitum, ergo lege humana permitti non potest, Princeps ergo potestatem habens legis condendæ,venationem prohibere poterit ex varijs causis; inferior autẽ, à Principe iurisdictionem habens, idem agere poterit ad tẽpus aliquod, & ex causa iustissima non quidem per legem, quam statuere non valet, sed per edictum,perpetuò verò non potest Princeps,qui superiorem habet prohibere venationem, nisi ius id per immemorabilem præscriptionem legitimè acquisiuerit,secundùm Doct. com. superius citatos. de qua præscriptione dicemus nos inferius suo loco.

*SVMMARIVM.*

1 *Venari non liceat in alieno fundo.*
2 *Domino inuito si quis ceperit feras non tenetur restituere.*
3 *Actione iniuriarum conueniri potest ingrediens fundum alienum venandi causa inuito Domino.*

## *Quæstio VI. Primæ partis.*



1 Extò quæro vtrum † liceat venari in alieno fundo? Resp. quòd venari licet recreationis causa,etiam in fundo alieno,auibus, & canibus, non autem laqueis foueis, retibus, & cæteris similibus arti bus fraudolentis, prætersquam in occidendis capiendisque bestijs nociuis, prout sunt Leones, Lupi, Panteræ & similes capitulo primo,§. nemo retia de pace tenenda vnde captum in agro alieno efficitur capientis, nec
2 restituere † tenetur gl.l.Diuus. ff.de seruit.rustic. prædio.l.tertia. ff. de acquirend. rerum dominio Franc. Marcell. decisione 530. numero decimoquarto, volumine primo, Doctor.comm.§. feræ. inst.de rerum diuis. Franc.Viues lib 2.com. opi. concl.311. Emanuel Soazz. in Thesauro recept. sentent.ver. venator.Cępolla de seru.rustic.præd. capitul. de aucupio, Cassan. in consuet. Burg. §. septimo,quæstione secunda, Socinus Iunior consilio quinquagesimooctauo, numero secundo, vol.1.

volumine primo. Præposit.capitu. omnes nume-
ro 20. distinct. prima Guido decis. 218.
Fallit hoc quando dominus prohibuit. Bartol.
leg. venationem. ff. de vsur. nam si quis inuito do-
mino ingrediatur alienum fundum, venandi gra-
tia, quamuis efficiatur Dominus feræ captæ, vt
dicam in seq. quæst. tenebitur tamen actione in-
3 iuriarum † secundum communem opinionem,
Docto. §. feræ inst. de rerum diuis. ibi nec interest
feras, & volucres verum in suo fundo, quis ca-
piat, an in alieno, plane, qui alienum fundum in-
greditur venandi, aut aucupandi gratia potest à
Domino, si is præuiderit prohiberi ne ingredia-
tur, quicquid autem eorum ceperis, eousque
tuum esse intelligitur donec in tua custodia coer-
ceatur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Restitui, an debeat quicquid in venatione captum fuerit.*
2 *Dominium ferarum non habet Dominus fundi.*
3 *Terra non fert animalia.*
4 *Auium tria sunt genera.*
5 *Columbarium quando construi non possit.*
6 *Fera vulnerata an fit capientis.*
7 *Apes quando fiant capientium.*
8 *Pauones an fiant capientium.*
9 *Cerui quando fiant capientium.*
10 *Gallinæ non sunt capientium.*
11 *Prohibita venatione an restitui debeat. quod captur in ea.*
12 *Clerici an teneantur restituere quod ceperint in venatione.*
13 *Laici venantes in die festo an teneantur restituere.*
14 *Capta in venatione cum certis instrumentis prohibitis an sint restituenda.*
15 *Iniuria fit Domino prohibenti venari in loco suo.*
16 *Venatio facta in loco præscripto an compellat restituere.*
17 *Venatio facta in loco priuilegiato an restituere faciat.*
18 *Venatio facta in loco muro circumsepto oblig. ad rest.*
19 *Capta in viuarijs quando sint restituenda.*
20 *Columbæ non possunt capi.*
21 *Capta extra viuaria quando sint restituenda.*

## *Quæst. VII. Primæ partis*

1 Eptimo quæro, † vtrum restituen-
dum sit quicquid captum fuerit
in venatione, piscatione, & aucu-
pio? Respon. quod vbi venatio
prohibetur in loco communi,
arbitror ad restitutionem nul-
lam teneri, quamuis culpa sit facere contra le-
gem, quoniam cum venatio sit publica, non præ-
sumitur lex obligare ad restitutionem, sed ad pœ-
nam, si condemnetur, quando verò locus est pro-
prius Domini. si locum ipsum ingrediaris, spe-
cies est furti, & tunc maxime, dũ muro est cincta:
secus si locus fuerit paruulus, (nam licet Do-
minus ibi ius venandi habeat, & alios inde arce-
2 re valeat,) non tamen habet † ipse dominium fe-
rarum, quæ ibidem nutriuntur, perinde, atque
arborum aut terra nascentium, quia feras terra
non fert, vt cæteros fructus, sed ipsa animalia se
3 generant, † & quia eadem animalia vaga sunt, &
ad quodcunque diuagandum libera, si ergo Do-
minus fundi non est ferarum Dominus, non te-
nebitur, qui ea ceperit ei ipsa restituere, qui au-
tem prohibitus feram ceperit, non sibi, sed domi
no fundi obueniat, in pœnam scilicet, quod in-
gressus sit fundum alienum inuito domino; &
ante sententiam ad nihil tenetur. Circa aucupium
verò dicendum est, aues esse in triplici differen-
tia, nam aliæ sunt meræ Syluestres, & harum au-
cupium defendere, etiam in fundo proprio ini-
4 quom est. Doctor. §. feræ † institu. de rerum diuis.
quando quidem nullibi, nisi per modum transi-
tus commorantur: aliæ sunt prorsus domesticæ,
quas surripere omnino furtum est, & ad restitu-
tionem tenetur. §. gallinarum. institut. de rerum
diuis. aliæ sunt mediæ, vt columbæ, quæ nec pror-
sus domesticæ sunt, nec prorsus Syluestres: tunc
si lex municipalis prohibeat, vt infra certum lo-
cum non capiantur, tunc si captæ fuerint infra
dictum locum, iudicatur de his, sicuti de dome-
sticis dictum est, non tamen sunt eodem rigore
vrgendi, ac si de ipso columbario illas furaren-
tur, vbi autem nullæ sunt leges ciuiles, sed solum
ius naturale disponit, quod nemini reclaman-
tibus illis, qui damna sunt accepturi licitum esse
5 columbarium extruere, † quando maxime infer-
retur ingens damnum, & domini Pabulum non
esset sufficiens pro columbarum numero, in co-
lumbario existentium, alioquin columbarum
exigi potest, quia hoc genus auis non solum est
in escam, verum etiam ratione stercorationis, est
valde vtile Reipubl. Dom. Soto libro sexto, de
iust. & iure quæstio. sexta artic. 4.
Similiter licet fera Syluestris ab aliquo vulne-
rata sit, ita vt verisimiliter possit capi, tamen non
6 efficitur vulnerantis, † nisi eam ceperit, & per
consequens capiens illam, non tenetur restitue-
re, etiam si alius eam vulnerauerit. §. illud in-
stitut. de rerum diuis. quæ omnia habentur in §.
feræ institut. de rerum diuis. ibi feræ, bestiæ, &
volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ ma-
ri, cœlo, & terra nascuntur, simul atque ab ali-
quo capta fuerint, iure gentium statim illius es-
se incipiunt, quod enim ante nullius est, id na-
turali ratione occupanti conceditur, nec interest
feras, bestias, & volucres, vtrum in suo fun-
do, quis capiat, an in alieno; plane, qui alienum
fundum ingreditur venandi aut aucupandi gra-
tia, potest à Domino, si is præuiderit, prohiberi
ne ingrediatur, quicquid autem horum cepe-
ris, eo vsque tuum esse intelligitur, donec tua
custodia coerceatur, cum verò tuam euaserit cu-
stodiam, & in libertatem naturalem se se recepe-
rit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit.
naturalem autem libertatem recipere intel-
ligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel

ita sit in conspectu tuo, vt difficilis sit eius persecutio. desera verò ita deciditur. §. illud instit. de rerum diuis. ibi illud quæsitum est an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit statim tua esse intelligatur. Et quibusdam placuit, statim esse tuam, & eò usque tuam videri, donec eam persequeris quod si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alij vero putauerunt, non aliter tuam esse, quam si eam ceperis. Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quòd multa accidere soleant, ut eam nòn capias. De animalibus verò partim domesticis, & partim Syuestribus, dicitur. §. Apium inst. de rerum diuision. ibi Apium quoque fera natura est, itaque Apes, quæ in arbore tua consederint, antequam à te alueo includantur, non magis tuæ intelligun tur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint, ideòque si alius eas incluserit, is earum Dominus erit. fauos quoque si quos effecerint eximere quilibet potest, planè integra re si præuideris ingredientem fondum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur: examen quoque ex alueo tuo si euolauerit, eousq; intelligitur esse tuum donec in conspectu tuo est, nec difficilis
8 persecutio eius est, † alioquin occupantis fit. Pauonum quoque, & columbarum fera natura est, nec ad rem pertinet, quòd ex consuetudine euo-
9 lare, & reuolare solent, † nã & apes idem faciũt, quarum constat feram esse naturam. Ceruos quoque quidam ita mansuetos habent, vt in Syluam ire, atque redire soleant quorum & ipsorum feram esse naturam, nemo negat. in ijs autem animalibus, quæ ex consuetudine abire, & redire solent, talis regula comprobata est, vt eousque tua esse intelligantur, donec animum reuertendi habeant, nam si reuertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupantiũ. reuertendi autem animum videntur desinere habere tunc cum reuertendi consuetudinem deseruerint; & tunc non cadit materia restitutionis sed benè in primo casu, nisi in secundo lex municipalis aliter disponat. De animalibus etiam prorsus domesticis ita disponitur. §. gallinarum instit.
10 de rerum diuis. ibi: † gallinarum autem, & anserum non est fera natura, idque ex eo possumus intelligere quod aliæ sunt gallinæ, quas feras vocamus, item alijs sunt auseres, quos feros appellamus, ideòque si anseres tuæ, aut gallinæ tuæ aliquo modo turbati, turbatæque euolauerint, licet conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui, tuæve esse intelliguntur, & qui lucrandi animo, ea animalia detinet, furtum committere intelligitur, & per consequens ad restitutionem tenetur. Ex superius dictis colligitur.

11 Prima conclusio, † quòd prohibita venatione ob venatoris, uel temporis rationem, aut propter aliam causam, vel publicam, vel priuatam, non tamen ex eo quod animalia sint propria alicuius: acquisitum ex ea non est in conscientiæ iudicium restituendum, quia leges prohibentes venationem non prohibent, neque vetant acquisitionem ferarum, sed vsum venationis, causa honestatis, vel simili: idcircò nulla oritur a venatione prohibita obligatio restituendi, sicuti acquisitum ex meretricio, non est necessario in animæ iudicio restituendum, licet vsus meretricius iure diuino, & naturali damnatus sit atque prohibitus, nam si qua obligatio restituendi per venationem prohibitam contingere potest, in hac specie ea ducenda est, an commutatiua iustitia per hanc venationem infringantur, at hæc minime infringitur, cum nullum damnum detur alteri, si quidem captæ feræ nullius sint, nec ex venatione auferatur alicui, quod eius sit proprium, vel ei debitum, igitur nulla est obligatio ad restituendum. Hoc tamen dictum limitari potest dupliciter.

Primò quando lex in pœnam venantis in loco prohibito obligaret ad restitutionem, nam tunc post sententiam restituere tenetur, nõ autem ante, nisi lex dicat quòd eo ipso restituere teneatur absque alia declaratione.

Secundò limitatur, quando aliquis emeret ius venandi à Principe in aliquo certo loco, nam tunc si quis caperet feras dicto in loco, ob damnum datum ementi, tenetur restituere, vel ad interesse.

Tertiò limitatur, quando venatio esset in fructu prout contingit pluribus in locis, nam tunc quando redditus bonorum consistit in venatione tantum, si quis in tali loco prohibito muro circumsepto, aliquid caperet, teneretur restituere.

Ampliatur tamen, & declaratur hęc prima principalis conclusio, vt procedat etiam, si fuerit
12 aliquid captum à clericis, † nam licet his magis sit prohibita venatio, quam Laicis, non tamen in iudicio animæ tenentur restituere.

Secundò ampliatur etiam quò ad Laicos, qui-
13 bus est interdicta venatio tẽpore † festo, ne retrahantur studio venandi à diuinis officijs, glo. & Doctor. capitolo Esau. 86. distin. nam tunc etiam si eo tempore, quis venationem exerceat, malè quidem agit, sed non tenetur ad restitutionem eorum, quæ per venationem habuerit.

Tertiò ampliatur, ut procedat etiam si aliquid cœperit in venatione prohibita, cum certis in-
14 strumentis, prout sæpe contingit. † Medina in tit. de restitutione q. 12.

Quartò ampliatur. hoc idem procedere etiam si probibitio facta fuisset per Iudicem, possunt tamen tolli à Iudice in pœnam criminis, non tamen per hoc sequitur quin fiant capientium, & quòd in foro animæ teneantur restituere; quamuis grauiter peccauerint, transgredientes Iudicis præceptum.

15 Quintò ampliatur, vt quamuis † grauis iniuria fiat Domino fundi priuati, si venator eum ingrediatur ipso Domino prohibente. leg. iniuriarum. §. finali, ff. de seruit. rusticor. prædior. tamen ex hoc non tenebitur ad restitutionem auium, aut ferarum, qui Domino vetante fundum alienum ingressus fuerit glo. leg. tertia. ff. de acquiren. rerum dominio. Bartol. leg. prima. §. omnia. ff. eodem titulo. Et est commun. opin. vt per Ang. & Cantiunculam. §. feræ; institution. de rerum diuisione.

Ratio

Ratio est quia etsi lege humana ob iniuriam Domini vetitum sit, ne quis eius agrum eo inuito ingrediatur, non tamen ex hoc acquisitio ferarum, quæ intra eum agrum in nullius bonis sunt, est impedita, nec per hanc prohitionem feræ ipsius agri Domino applicantur, nec eius propriæ efficiuntur, immo adhuc liberæ manent iure naturali, vt primi occupantis fiant.

Præterea hoc idem probatur tali ratione, nam si in hac specie feræ ipsius agri priuati essent propriæ Domini fundi, vel id contingeret per applicationem legis, vel per occupationem: nullum horum hic datur, ideo ad huc ea animalia communia maneut, nec in vllius bonis sunt iuxta propriam iuris naturalis rationem: lex equidem humana prohibẽs, ne quis inuito Domino agrum alienum ingrediatur ad venationem exercendam non impedit animalium, quæ nullius sunt primi occupantis acquisitionem, nec ea animalia applicat Domino fundi, donec, & ipse dominus ea occupauerit iure naturali: idcirco venator ad restitutionem non tenetur eorũ quidem animalium, quæ à Domino fundi non fuerunt occupata, nam res non potest absque obligatione restitutionis obtineri quando lex humana, siue in pœnam, siue ob aliam causam impedit primam alicuius rei acquisitionem, constitutio autem prohibens venationem cum pœna, quod captum à venatore pertineat ad dominum fundi prohibentem venationem, non per hoc impedit primam illius rei acquisitionem, sed tantum sanxit domino fundi restituenda in pœnam vetiti ingressus: vnde donec iudex secundum eandem legem per sententiam condemnauerit venatorem ad restitutionem, legemque ipsam exequatur, minime in conscientiæ foro venator tenebitur ad ferarũ restitutionem. Sexto, ampliatur, vt procedat etiam si fructus agri prohibiti à domino, ne quis ibi ingrediatur venandi gratia, consisterent in venatione. Medina.tit. de restitutione q.12.quamuis in foro exteriori contrarium sit, Litem si. §.aucupiorum.ff.de vsufructu, quia feræ existentes in dicto agro non pertinent ad dominum iure dominij, cum ipse in his, quæ nullius sunt, & iure naturali communia censentur, non plus iuris habeat; quàm alius. Se-
16 ptimo ampliatur † etiam si quis uenetur in loco, alterius præscriptione acquisito, quo casu licet in foro conscientiæ restituere, non teneatur, tenebitur tamen in foro exteriori gl. in §. feræ inst. de rerum diuis. Octauo ampl. etiam si quis uenatus
17 fuerit in loco alterius † per priuilegium Principis concesso, nam etiam eo in casu non tenetur, nisi in foro exteriori, restituere. Nono ampl. hoc
18 idẽ † procedere in venatione facta in locis adhuc publicis per inferiorem, à principe absque iusta causa, qui tamen præscriptione, aut priuilegio Ius prohibendi acquisiuit: si quis aduersus hanc prohibitionem venetur, sibi feras acquirit, nec tenetur in foro conscientiæ eas restituere. Altera elicitur conclusio ex supra dictis, quod venatio, piscatio, & aucupium ferarum, piscium, & volucrum in loco proprio, seu quæ priuatim alicuius proprij sunt, prohibetur, & quicquid capitur restitutione obnoxium dicitur esse, perinde ac si domesticum, ac mite aliquod animal caperetur. Probatur hoc ratione commutatione Iustitiæ, à qua deducitur obligatio restituendi, ex causa acceptionis iniquæ, quæ processit in damnum, atque iniuriam proximi, cuius propria res capitur, & aufertur, vnde & in hoc casu potest dominus aduersus venatorem agere actione furti. §. gallinarum.Inst.de rerum, diuis.

19 Ampliatur † primo hæc cõclusio, vt venator teneatur restituere animalia capta, quæ priuatim sunt inclusa viuarijs, leporarijs, piscinis, aut stagnis, etiam si dicta animalia exire soleant, modo consuetudinem habeãt, eundi & redeundi. Idem erit in apibus priuato alueo inclusis, & de ceruis priuatæ Syluæ muro circundatæ.l.3.§.item feras, ff.de acquiren. poss. procedit tamen quando hæc viuaria facta fuerint priuata hominum opera. quod si ab ipsis animalibus naturaliter facta fuerint absque industria priuatorum, secus erit, §. apium, Inst.de rerum diuis.

Secundo ampliatur, vt restitutio fieri debeat, etiam si capta fuerint extra locum, in quo inclu-
20 duntur † in vicinio, dummodo consuetudinem eundi, & redeundi non amiserint. adhuc enim propria sunt illius, qui ea incluserint. Medina.in tractat.de restit.q.12.

21 Tertio ampliatur, † vt si quis arte & fraude columbas deducat ab alterius columbaria, atque ad proprium attrahat, tenebitur is ad columbarum restitutionem etiam in animæ iudicio, eritque in foro iudiciali puniendus. Didac. par.2.relect.§.8.num.15.de reg.iur.6.Alber.l.diuus, nume.1.ff.de seru.rust.præd. vbi etiam Paulus, nume.4.Natta consi.375.num.6.vol.2.Doct.§.feræ. Instit.de rerum diuis.Franciscus Marc.decis.530. num.16.Roland.consi.9.num.19.volum. 2. Nauar.man.confess.c.17.num.120.

*S V M M A R I V M.*

1 *Clericis an sit prohibita venatio.*
2 *Clerici non poßunt alere canes.*
3 *Piscatio fit sine clamore.*
4 *Venatio magis adfert delectationem, quam piscatio.*
5 *Caro ferina luxuriam fouet.*
6 *Venatio est proximior crudelitati.*
7 *Venatio fit cum maiori periculo, quam piscatio.*
8 *Venatio est minus decora, quam piscatio.*
9 *Sanctum venatorem non inuenimus.*
10 *Apostoli fuere piscatores.*
11 *Venari est magis luxuriæ, quam rationis.*
12 *Venatio infert damnum agris alienis.*
13 *Venatio rixam parit.*
14 *Oppreßiua venatio probibita clericis.*
15 *Adulatoria venatio prohibetur clericis.*
16 *Arenaria venatio probibita clericis.*
17 *Clamosa venatio, quando permißa clericis.*
18 *Clericis quomodo, & quando venari liceat.*

## Quæstio VIII. Primæ partis.

1 OCtauò quęro utrum uenatio † liceat cle
ricis Respond. quòd de hoc est textus
expressus capitulo primo de cler. uena
tore, ibi: Episcopum, Præsbyterum,
aut Diaconum, canes, aut accipitres, aut huiusmo
di ad uenandum habere non licet. quòd si quis ta-
lium personarum in hac uoluptate sæpius detẽtus
fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à com-
munione, si presbyter duobus, si diaconus ab o-
mni officio suo suspendatur, & c. 2. eo. ti. ibi: om
nibus seruis Dei venationes, & syluaticas sagitta-
2 tiones, † cũ canibus, & accipitres, aut falcones ha-
bere interdicimus conc. c. 1. 34. dist. & c. Esau. 86.
3 dist. ratio † autem quare venatio interdicatur cle-
ricis, piscatio autem non, est multiplex p. quia pi-
scatio fit sine clamore, venatio autem non. Secun
da, propter maiorem delectationem, qua venator
detentus, non potest interim de diuinis cogitare.
4 glo. c. Esau 86. dist. Tertia, † quia venatio fit cum
maiori sumptu comeduntque bestiæ, quod Chri-
sti pauperes alere deberet, contra illud Euangelij
non est bonum sumere panem filiorum & dare
5 canibus. Quarta, † quia carnes ferinæ luxuriam
fouent, & vitia sub ministrant, quod secus faciunt
pisces, ideo tempore ieiunij illæ prohibentur isti
permittuntur. Quinta, quia venatio est proximior
6 crudelitati, quàm piscatio. Sexta; quia † venatio ma
7 gis affert periculum vitæ homini, † quàm pisca-
tio, quoniam, vt docet experientia, interimuntur
sæpè homines à feris, vel semet impetu aliquo pr
cipites agunt in illis persequendis, quod raròcon
tingit in ipsa piscatione. Septima ratio, quia vena-
8 tio † est minus decora, quàm ipsa piscatio & mi-
nus grauis. quid. n. turpius, quàm clericum huc,
& illuc pedibus cursitantem aut equo volitantem
9 videre? Octaua † ratio, quia venatio caret exem-
plis sanctorum virorum. c. Esau. 86. dist. ibi. Esau
venator erat, quia peccator erat, & penitus non in
uenimus in scripturis sanctis sanctum aliequem
venatorem, piscatores inuenimus sanctos, cum pi
10 scatio ipsos habeat Apostolis † ante, & post resur
rectionem Christi, immo Christum ipsum ap-
probantem, & iubentem retia tendi, ac de pisca-
tione comedentem. Luc. & Ioan. capit. fin. Nona,
quia persequi feras appetitus magis, & luxuriæ
11 quàm † rationis vel necessitatis esse cognoscitur.
Decima, propter damnum quod infertur à ve-
12 natoribus agris † alienis. Vndecima, propter rixas
multas quæ oriuntur inter venatores, & inter do-
13 minos agrorum prohibentes † ingressum eorum.
Quæ rationes cum cessent in piscatione; meritò
vnum prohibetur, alterum permittitur. Quia in
re ita distinguendo dicas, aut loquimur de vena-
tione hominum oppressiua, & hæc indistinctè
14 prohibetur omnibus clericis † quibus interdicitur
pugnare etiam cum infidelibus, nisi defensionis
causa. c. ex multa de uoto, aut de venatione adula
15 toria, & illa quoque † omnino prohibita dicitur
capitulo uę qui dictis 11. quæst. tertia aut de ue-
16 natione arenaria, quæ † fit cum homines certant
cum bestijs, & hæc quoque prohibetur clericis.
cap. primo de cler. uenat. aut uerò est uenatio fe-
17 rarum saltuosa, uel clamosa, quæ † fit cum ca-
nibus & tunc, aut sunt in minoribus ordinibus cõ
stituti & arbitrio Iudicis puniuntur, aut in sa-
cris, & tunc si habetur redditus in venatione si-
cuti plures sunt clerici in gallia, & licet eis cum
non faciant ad uoluptatem alioquin deberent ui-
tare hanc clamosam uenationem, putarem ta-
men eos posse, si rarissimè hoc facerent, causa
recreationis, Arg. cap. primo de Cler. uen. dum
dicitur in hac uoluptate sæpius detenti, secus er-
go, si rarissime, & non causa uoluptatis, sed cau
sa necessitatis, puta exercitij, ualetudinis causa,
excitando appetitum propter morbum præceden
tem cap. dilectus de homicid. dummodo non alat
canes de redditibus ecclesiæ, nec eos retineat in
18 propria † domo. uenatio uerò quæ fit cum rete,
seu laqueo, licita est clericis, dummodo frequen
ter non insistant glo. 3. cap. Esau 86. distin. Abb.
& Doctor. comm. capitulo primo & seq. de cler.
uen. Doctor. clem. prima §. porrò de stat. Mon.
Innocent. & Abbas capitulo dudum il secundo
de elect. Felinus. capitulo auditis de præscri. Di-
dac. secundo primo relect. capitulo peccatum. §.
octauo numero secundo de regulis Iuris sexto
ubi dicit quid quid captum fuerit a Clericis etiam
illicita uenantibus, proprium capientium fit, nec
iudicio animæ restituendum erit. concl. Possella
uer. uenatio, & Armi. numero secundo Boni-
fac. Clemen. prima §. porrò numero secundo de
stat. Monachor. Tiraquell. tractatu de nobil. cap.
87. numer. 148. concl. capitulo cum Amplissimis,
numero secundo de censibus. Zabar. capit. se-
cundo de cler. uen. Præpos. capitulo omnibus 34.
distin. & capitulo quorundam ead. distin. Fran-
ciscus Marcus decis. 530. numero 9. volumine
primo Diaz. in praxi Crim. c. 61. pœna autem cle
rici uenantis dicitur in sequenti quoniam.

### SVMMARIVM.

1 *Pœna Clerici ratione venationis probibita.*
2 *Clerici venantes, venatione oppressiua, vt homici-*
*dæ puniuntur.*
3 *Clerici venantes venatione arenaria quando effi-*
*ciantur infames,*
4 *Episcopus venator qua pęna puniatur.*
5 *Præsbyter venator quomodo puniatur.*
6 *Diaconus, & subdiaconur venantes an puniendi*
*sint.*
7 *Pęna maior imponitur maiori.*
8 *Ex persona pensatur qualitas delicti, & pęnę.*
9 *Clericus in minoribus constitutus venando qua pœ*
*na puniatur.*

## Quæstio IX. Primæ partis.

1 NOno quęro, quę sit pęna † clerici uenan
tis uenatione ꝓhibita? Resp. ꝙ si uenã
tur, uenatione oppressiua hominũ tam
clerici quã laici puniũt pęna homicidij,
faciunt. n. cõtra pręceptũ nõ occides. Turrecrem

c. qui

c.qui venatoribus nu. 2. 86. diſtinctio.ſicuti fuit
Nembrot venator coram Domino, ideſt homi-
num oppreſſor.c. 10. Geneſ.cap.fin. §. his itaque
6. diſt. ſi verò venantur, venatione arenaria pec-
cant mortaliter ſi verò locaſſent ad id operas
3 ſuas, tam Clerici, quàm laici † efficiuntur infa-
mes leg.1.§.item.ff.de poſt. leg.2.§.fin.ff. de his,
qui not. infamia. ſi verò uenantur uenatione ſal-
tuoſa, quia Epiſcopum, Præsbyterum aut Dia-
conum, canes aut accipitres, aut huiuſmodi ad ue
4 nandum habere non decet, quòd ſi quis † talium
perſonarum in hac uoluptate ſæpius detentus
5 fuerit; ſi Epiſcopus † eſt tribus menſibus à com-
munione, ſi Præsbyter duobus, ſi Diaconus ab
omni officio ſuo ſuſpendatur. capi. 1. de clerico
uen. eadem pœna, qua Diaconus punitur, & Sub-
6 diaconus † punietur, ut dicunt Doctor. com. d.
cap. primo & licet uideatur impoſita maior pęna
7 minori quam † maiori, quod eſt contra illud cap.
Homo 40.diſtin. cap. nulli 19. diſtin. plus tamen
punitur hic Epiſcopus & præsbyter quàm diaco-
nus, maior enim reputatur iſta pęna in Epiſcopo,
uel pręsbytero quam ſuſpenſio à beneficio in Dia
cono, uel Subdiacono propter maius ſcandalum.
8 ex perſona † enim conſideratur iniuria. §. atrox.
inſt. de iniur. ſic, & pœna ex perſona iudicatur
parua, uel magna glo. fin. d. cap. primo de cle. ue-
natore. quid autem in clericis in minoribus ordi-
9 nibus † conſtitutis? dicunt Doct. Iudicis arbitrio
puniri. Ioan. And. & Hoſtien. dicto ca. primo &
Diaz. in pract. crim. cap. 61. numero 7. Iac. Men.
libro ſecundo Cent. 5. Caſ. 413. numero 18. de
arb. Iud. uol. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Venatio, piſcatio, & aucupium an poſſint prohibe-*
*ri ne exerceantur aliquibus certis inſtrumen-*
*tis.*
2 *Feræ, piſces, & volucres ſunt pro ornamento vni-*
*uerſi, atque pro vtilitate hominum.*
3 *Feræ prohibentur capi cum inſtrumento Zonę.*
4 *Aues prohibentur capi cum ſclopo, ſeu arcobuſio.*
5 *Piſces prohibentur capi eſca.*

## *Quæſtio X. Primæ partis.*



ECIMO † quęro an uenatio
1 poſsit prohiberi, ne fiat cum
quibuſdam retibus uel alijs
inſtrumentis, aptis ad fera-
rum depopulationem, uel ho
minum periculum? Reſpõd.
2 quòd ſic, quia † feræ, uolu-
cres, & piſces nõ ſolum ſunt
pro ornamẽto uniuerſi, ſed etiam pro utilitate ho
minum, unde Princeps prohibet uenationem, quę
3 fit † cum inſtrumento Zonæ quia eò plures extin
guũtur, & capiuntur feræ atque inde ſequitur ani
malium ſylueſtrium, & ferarum innumera ex-
4 tinctio, quæ † Reipub. incommoda eſt: ſimili-
liter, ne quis cum ſclopo aucupetur, cum pro-
pter tonitrua arcobuſiorũ fugentur, & terreantur
aues, & feræ, item prohibere poteſt, ne quis pi-
ſcari poſsit cum eſca, qua occiduntur piſces in ma
5 gna quantitate, † prout extant leges ſuper præ-
miſsis editæ à Sereniſsimo Magno Etruriæ Du-
ce in ſuo magno Ducatu, quæ leges conſonant
cum diſpoſitione iuris communis not. §. nemo
retia de pace tenenda leg. qui foueas adul. Aquil.
Plat. & Rebuff. l. unica C. de uen. fer. lib. 11. Bert.
conſ. 155. libro primo Caſſan. in conſuet. Borg.
rubr. 16. §. 6. numero tertio Medina in tract. de
reſt. quæſt. 12. Didac. p. 2. relec. reg. peccatum §.
8. de reg. iur. 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Venatio an prohiberi poſſit certo tempore.*
2 *Feræ pregnantes non poſſunt venari.*
3 *Tempore ieiunij, quando liceat venari.*
4 *Die feſto quando venari liceat.*

## *Quæſtio XI. Primæ partis.*



NDECIMO quæro an ue-
1 natio prohiberi poſsit † certo tẽ-
pore? Reſpond, quòd ſic, nam
tempore niuium, quibuſdam in
locis, ut in Hiſpania, non licet ue
natio leporum, ſimiliter nec
tunc licet perdices aucupari. ſimiliter tempore
2 quo feræ † ſunt prægnantes, & uolucres faciunt
nidos, ne fiat nimia depopulatio ferarum, & auiũ
Didac. ſecunda parte relect. §. 8. numero tertio
uer. ſecundo de reg. iur. 6. item prohibetur tem-
3 pore ieiunij niſi neceſsitas † urgeret. glo. cap. qui
uenatoribus 86. diſtin. cap. quid prodeſt. ead. di-
ſtin. ibi quid prodeſt ieiunare uiſceribus, & luxu-
riari uenatibus, abſtinere à cibis, & errare pec-
catis? & cap. an putatis, ead. diſtin. ibi, an puta-
tis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo, non
ad Eccleſiam vigilat non Beatorum Martyrum
Sancta loca perquirit, ſed ſurgẽs congregat ſeruu
los, diſponit retia, canes producit, ſaltus ſyluaſ-
que perluſtrat, ſeruulos inquam ſecum protrahit,
fortaſſe magis ad Eccleſiam feſtinantes, & uolu-
ptatibus ſuis peccata accumulat, aliena neſciens
reum ſe futurum tam de ſuo delicto, quàm de per
ditione ſeruorum. Tertio tempore feſti non eſt
4 licita uenatio, quãdo per eam † detrahimur ab au
dienda miſſa, niſi forte id faceret propter neceſ-
ſitatem famis. cap. licet de ferijs idem ſi apri, lupi,
uel urſi, aut ſimiles beſtiæ uenirent uaſtare ſege-
tes & uineas, nam tũc etiam clericis, uel monachis
licita eſt uenatio. Mar. Soc. ſen. c. 1. numer. 12. de
cler. uen. Nau. Man. confeſſ. c. 13. num. 11.

*S V M M A R I V M.*

1 *Armis an vti poſſint venatores.*


constaret an sint fructus industriales? Resp. quod sic, quoniam in illis plus versatur, & operatur factum, ac industria hominis, quàm Natura Aug. Ber. in c. grauis nu. 16. de rest. spol.

*SVMMARIVM.*

1 *Mobilia, an immobilia bona dicantur esse feræ pisces, & volucres.*

2 *Vendito fundo an dicantur venditi pisces existentes in eo.*

## *Quæstio XVII. Primæ partis.*



1 DECIMO † septimo quęro vtrum ferę pisces & volucres computētur inter bona mobilia an immobilia? Respondetur distinguendo, quòd aut conceduntur cū fundo, & iudicatur de illis, sicuti de alijs mobilibus solo cohærentibus, aut conceditur flumen, vel lacus, & censentur immobilia. c. .1. quæ sint regalia si verò sine fundo, & tunc si conceduntur certi pisces, putà qui sunt in lacu, vel piscina indubitanter censentur res merè mobiles §. item feras inst. de rerum diuis. aut verò conceditur ius piscandi, & tunc aut ad certum tempus, aut in perpetuum primo casu erit res mobilis, secundo autem immobilis. Arg. leg. diuortio §. si fundum ff. sol. matr. præterea, aut pisces in stagno sunt, aut in piscina si sunt in stagno censentur res immobiles, si sunt in piscina sunt res mobiles præterea aut ponuntur in stagno, seu piscina causa custodiæ, aut verò vt multiplicentur primo casu censentur res mobiles, secundo autem immobiles. Guid. decis. 91. numer. 5. ita dicit intelligendam esse leg. funes ff. de actio. empt. ibi funes labra salientes fistulæ quoque quæ salientibus iunguntur, quamuis longè excurrant extra ædificium, ædium sunt. Item canales pisces autem qui sunt in piscina, non sunt ædium, nec fundi vbi Barto. dicit quod vendito

2 fundo veniunt † omnia quæ sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi & ex hoc arguit à cōtrario quod pisces non veniunt in venditione fundi distracti in quo est piscina quia non sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi & ideo non censentur pars fundi, sed vendito stagno videntur & venditi pisces in eo existentes quia stagna fiunt propter pisces sicuti arua propter fruges, & sic cū pisces sint causa finalis ipsius stagni, patet quod sunt in stagno propter eiusdem vtilitatem perpetuam, & ex consequenti pars stagni esse intelliguntur, & hoc verum, nisi pisces essent in stagno repositi ad modicum tempus, quia tunc non censentur ibi positi ad perpetuam vtilitatem stagni l. fundi §. labeo. ff. de act. empt. addentes ad decis. 91. num. 5. Guid. Cassan. in consuet. Burg. ver. tous Meubles nume. 23. Tiraq. in tract. de retract. lignagier. §. 1. gl. 2. ver. ou Autres num. 117. & quod dicitur de piscibus, intellige quoque de alijs animalibus ex identitate rationis.

*SVMMARIVM.*

*Interesse an dari possit venationis, piscaturæ & aucupij.*

## *Quæstio XVIII. Primæ partis.*

1 DEcimo † octauo quæro vtrum venationis piscationis, & aucupij lucrum cessans peti possit? Resp. quod non: quoniam incertum est an capi aliquid posset, & multa accidere possent, vt non caperent probarique certè non potest Strac. trac. de mercat. tit. de contract. mercat. numer. 5. per leg. quem admodum. §. planè ff. ad leg. Aquil. ibi C. plane si culpa nautarum id factum sit, lege Aquilia agendum sed vbi damni iniuria agitur ob retia, non piscium, qui adeo capti non sunt fieri æstimationem, cum incertum fuerit an caperentur idemque & in venatoribus, & aucupibus probandum. Paul. l. non vtique §. fin. ff. de eo quod certo loco Roman. sing. 681. præposit. c. iuuenis desponsalibus. Boer. in addi. ad Dyn. Rub. de reg. iur. 6. Abba. in c. commissum de decimis, quod dictum procedit, vt habeat locū in littoribus, & fluminibus, vbi piscatio certa nō est, sed admodum rara, Et in certa, quod plerumque contingere solet, si quidem piscatores hac ratione sæpius eluduntur, quàm capiant. At vbi piscatio, aut venatio vberrima, & optima est, ac certissima, quæ fallere non solet, profectò tunc amissio captus piscium propinquum est interesse, & probabile, vnde æstimari potest. l. si et lex. ff. ad l. aquil. vnde impeditus piscari, aut venari ab eo, qui iure impedire non poterat, agere valeat non solum ad retia ipsis rupta, & eorum æstimationem, sed consequenter etiam ad æstimationem piscaturæ, quæ iuxta tempus, & locum certa imminebat quin & prætor hanc æstimationem, potest & altera in his piscationibus, & venationibus constitui æstimatio, si venator aut piscator certum quotidie lucrum habeat, ex pacto quod cum altero pepigerit, vt ei det centum pro cuiuslibet diei piscatura, etenim ex hac pactione piscator habere debet pro cuiuslibet diei piscatura centum & ea certissima siue piscatio, vel venatio vberrima sit, siue sterilis leg. si iactum ff. de act. empti Did, 1. p. relect. reg. peccatum. §. 8. nu. 12. de reg. iur. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Damnum datum resarciendum est à venatoribus.*

2 *Principes teneātur resarcire damna, quę proueniunt ex causa prohibitæ venationis.*

## *Quæstio XIX. Primæ partis.*

1 DEcimonono quæro vtrum † damnum datū ex causa venationis, sit resarciendum? Respond. primo quod venator tenetur ad æstimationem damni, quod per venationem Domino prohibenti dedit, in qua est habenda ratio animalium, quæ nisi extraneus venatus fuisset Domino fundi, eiusque conductor, vel vsufructuarius

rius sua fecisset per apprehensionem habita ratione venationis, quæ in eo fundo per dominum soli exerceri solebat. Secundo tenetur ad damnū quod agri domino intulit venator in fructibus, & segetibus, etiā si expressa prohibitio nō fuerit præmissa, cum sufficiat tacita quoad istud damnum Didac. 2. p. relect. reg. peccatum. §. 8. nume. 11. de
2 reg. iur. 6. Angel. ver. venatio nu. 2. † Tertio Princeps prohibens venationem, tenetur ad damna, quæ animalia ob prohibitionem inferunt in agris alienis. Dom. Soto libr. 4. de iust. & iure quæst. 6. Art.

*S V M M A R I V M.*

*Iactus retis an vendi possit.*

## *Quæstio X X. Primæ partis.*



1 VIGESIMO quæro † an iactus retis vendi possit? Resp. quod sic. l. si iactum ff. de act. empt. ibi C. si iactum retis emero, & rete iactare piscator noluerit, incertum huius rei æstimandum est; sed si quod extraxerit pisciū reddere mihi noluerit, id æstimari debet, quod extraxit, vbi gl. dicit, quod illud incertum æstimandum est, quantum est verisimile, quod esset captū quod inspicitur, secundum quod consuetum est; etiam si maior sit æstimatio, quàm precium conuentū, nam id plerūq; euenire poterit Didac. 2. p. relect. c. peccatum c. 8. nu. 12. ver. hinc & illud de reg. iur. 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Decima Ecclesiæ an sit soluēda ex venationibus, & piscationibus.*

## *Quæstio X X I. Primæ partis.*



1 IGESIMO † primo quæro an decima sit soluēda Ecclesiæ ex piscationibus, & venationibus? Resp. quod sic vbi ex consuetudine soluitur, aliàs secus. Didac. 2. p. relect. c. 8. num. 12. c. peccatum de reg. iur. 6. Marian. Socin. sen. c. 1. nu. 12. de cler. venat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Expensas an contribuere teneatur piscator partem aquæ habens cum Molendino.*

## *Quæstio X X I I. Primæ partis.*

1 VIgesimo secundo † quęro, si quis habeat partem in piscibus, & aquæ super quam fiunt clusæ pro molendino, & non habeat partem in molendinis, an si fiat vna clusa, propter molendinū, quæ aliàs non fieret, pro piscibus tantum debeat in ea contribuere habens ius in aqua propter
1 maius cōmodum piscium? Resp. quod nō: Brun. tract. de augmento conclu. 20. nume. 7. decidit in puncto.

*S V M M A R I V M.*

1 *Donare aliquid venatoribus an sit licitum.*

## *Quæstio X X I I I. Primæ partis.*



1 IGESIMO tertio † quæro an sit licitum donare aliquid venatoribus? Resp. quod de hoc est textus expressus, c. qui venatoribus il 1. & 2. 86. distin. ibi qui venatoribus donant quare donant? dicant mihi, quare dant venatori? hoc in illo amant, in quo nequissimus est, hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt, ipsam nequitiam publicant spectaculis hominum qui dicant histrionibus, qui donant meretricibus quare donantur nunquid non & ipsa hominibus donantur, non tantum Naturam ibi attendunt operis Dei, sed nequitiam operis humani, & in c. seq. ibi qui venatoribus donant non hominibus donant, sed arti nequissimæ nam si homo tantum esset, & uenator non esset non ei donares honoras in eo uitium, non naturam ubi gl. dicit quod illi textus loquuntur de uenatione arenaria, quæ est cum quis pugnat in arena, cum bestia, & ad hoc uenator locat operas suas, quo casu ipse est infamis & ille, qui ei donat peccat mortaliter secus autē si donaret homini uenatori uenatione licita.

*S V M M A R I V M.*

1 *Exceptio data contra aliquem quod sit venator de qua venatione intelligatur.*
2 *Interpretatio fieri debet in meliorem partem.*

## *Quæstio X X I I I I. Secundæ partis.*



1 IGESIMO quarto † quæro si fuerit data exceptio contra aliquem clericum, vel alterum, quòd sit venator de qua venatione intelligeretur? Resp. quod indubio intelligi debet de venatione, quæ
1 fit recreationis, non autem voluptatis causa. Ar-
2 chid. c. qui venatoribus 86. dist. Alex. cons. 72. nu. 13. vol. 1. cons. 174. vol. 2. Sapia in addit. ad Abb. in c. 1. de cler. ven. Diaz. in praxi crim. c. 61. Rosella uenatio interpretatio enim fiat in meliorē partē c. estote de reg. iur.

*S V M M A R I V M.*

*Venator ingressus fundum alienum Domino non prohibente, an possit postea expelli.*

## Quæstio XXV. Primæ partis.

1 Vigesimo † quinto quæro an postquam sum in fundo alieno, causa aucupandi, Domino non prohibente possim postea expelli? Resp. quod non §. feræ inst. de rerum diui. arg. ibi à contrario sensu, non obst. l. quemadmodum §. 1. ff. ad l. aquil. nam Resp. quod ibi nullo iure possum habere appensum, uel ædificium in alieno hic autem causa venandi iure intro alienum ut d. §. feræ igitur post ingressum Domino sciente, & patiente, non possum prohiberi ita in puncto Aret. d. §. feræ numero primo inst. de rerum diuis.

### SVMMARIVM.

1 *Retineri an possit venator per Dominum prohibentem ingredi fundum suum.*
2 *Resistere manu poterit Dominus prohibens venatorem ingredi fundum, si aliàs non prodest.*
3 *Bestia aliena reperta in prato suo quando retineri possit.*

## Quæstio XXVI. Primæ partis.

1 VIGESIMO sexto † quæro an possit venator adhuc in fundo retineri vt reddat qd percepit? Resp. quod non sed Dominus aget actione iniuriarum si intrauit eo prohibente l. iniuriarum actio. §. pen. ff. de iniur. gl. l. 3. §. 1. ff. de acq. rerum dom. Cyn. & Bart. l. 1. §. omnia eod. titulo: omnis enim venatio pertinet ad venatorem & nulla violentia per dominum fieri potest, sed tantumodo actione iniuriarum contra eum agi poterit. Dominus tamen poterit volenti ingredi-
2 fundum manu † resistere gl. l. 3. §. plane. ff. de acq. rerum dom. Veron. tract. de seruit. rust. præd. tit. de aucupatione nu. 3. not. l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. Similiter eodem modo si tu reperias in prato tuo alienam bestiam, non est tibi licitum retinere, si dominum cognoueris, sed more ciuili debes expellere eam: si autem dominum non cognosceres posses causa tui iuris conseruandi retinere l. quintus ff. ad l. Aquil. port. §. singulorum nu. 23.
3 inst. de rerum diuis. Bart. l. prætor. §. si † dominus ff. de damno infecto.

### SVMMARIVM.

1 *Regalia an dicantur venatio piscatio, & aucupium.*
2 *Redditus venationis, piscationis & aucupij an sint de regalibus.*
3 *Gabella quando soluatur de his, quæ venatione capta sunt.*

## Quæstio XXVII. Primæ partis.

1 VIGESIMO septimo quæro † an ius venandi, piscandi, & aucupandi sit de regalibus C. Resp. quod de hoc est textus c. unico quæ sint regalia in usibus feud. ibi piscationum redditus, & salinarum & bona committentium crimen maiestatis qui textus intelligitur, ne sit edictum prohibitorium, ne piscari liceat sed reseruantur
2 Principi † redditus consueti piscariarum ut est gabella, seu aliud tributum de his, quæ piscatores
3 faciunt, seu de † his quæ à mercatoribus fiunt. Roderic. Soares in alle. 17. nu. 11. dummodo consuetudo sit talis, ut Princeps soleat exigere aliquid, & populus non præscripserit contrarium Abbas, cons. 16. nume. 11. uel conuentio inter ipsos aliter interuenerit.

### SVMMARIVM.

1 *Priuilegio Principis an acquiratur ius venandi.*
2 *Remunerationis causa an possit concedi ius venandi.*

## Quæstio XXVIII. Primæ partis.

1 Vigesimo † octauo quæro, an ius piscandi acquiri possit priuilegio principis? Resp. quod sic quia si facultas uenandi piscandi & aucupandi quæritur præscriptione ut dicam in seq. quæst. uidetur quod etiam priuilegio quæri possit cum ista æquiparentur ca. cum contingat de foro competenti c. nouit de iudic. c. si duo de offic. ordin. And. de Isern. ca. 1. §. nemo de pace ten. Natta cons. 522. nu. 23. quod priuilegium potest concedi à Principe, ut aliquis in aliqua parte maris seu fluminis publici uenari possit, aliosque ne id faciant prohibere. gl. l. uenditor ff. com. præd. Didac. 2. p. relect. §. 8. nu. 10. c. peccatum de reg. iur.
2 in 6. & † hoc maximè concedere potest, ex causa remunerationis. Natta d. loco nume. 30. Zoanettus l. 2. num. 170. C. de pact. inter empt. & uendit.

# FINIS.



# TRACTATVS DE VENATIONE, PISCATIONE, ET AVCVPIO.

## PARS SECVNDA.


SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI.

Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.


*SVMMARIVM.*

1 *Præscriptione, an quæri possit ius venandi, piscandi, & aucupandi.*
2 *Iura negatiua an possit præscribi.*
3 *Seruitutes, quæ præscribi possint.*
4 *Iura affirmatiua, quando præscribi non possint.*
5 *Præscriptio habet vim contractus.*
6 *Consuetudo est maioris efficaciæ quam præscriptio.*

## *Quæstio I. Secundæ partis.*

1 PRIMO † quæro utrum ius uenandi, piscandi, & aucupandi possit quæri præscriptione? Respond. quod sic quando est tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat, uel consuetudine legitimo consensu Populi statuta. Bald. Rubr. ff. de rerum diuis. Aret. §. flumina. inst. de rerum diuis. Balb. tract. præscr. §. principali p. 4. p. 9. 6. Crau. tract. de antiq. tempor. 4. p. cap. materia ista nume. 80. Didac. 2. p. relict. §. 8. nume. 10. c. peccatum de reg. iur. 6. Natta in conf. 521. num. 1. & seq. uol. 3. declaratur hoc dummodo quis pluribus annis piscatus fuerit, & alios prohibuerit. Sed si non prohibuisset quamuis frequentissime & quòd tot annis solus piscatus fuisset, non quæritur ius ad alios prohibendos ne habeant piscari. Vnde licet iura negatiua non
2 possint præscribi, tamen possunt † de consuetudine acquiri. Vnde si quis pluribus annis solus piscatus fuerit, & alios prohibuerit sciente populo, & non concedente; videtur, quod possit sibi ius quærere ex tacito consensu populi, & sic cum acquirat quasi possessionem cum diuturnitate tẽporis præscribit, vt dicit Boer. in consuet. Burg. Rubr. 13. §. 2. numero 13. ver. des foresti: nota lege quisquam ff. de diuers. & tempor. præscr. veron. tract. de seruit. rust. præd. tit. de piscatione num. 4. cum l. præscriptio nume. 1. ff. de vsucap. pro maiori declaratione huius quæstionis notandum est, quod sunt quædam seruitutes, siue iura, quæ nega
3 tiua sunt, hoc est quæ consistunt † in prohibendo, aut affirmatiua dicuntur: si sunt negatiua, acquiritur quasi possessio eorum ex prohibitione alteri facta, veluti si te vicinum meum volentem altius tollere domum tuam prohibeam, putans scilicet id mihi licere prohibitionive nõ contradicas, tunc in quasi possessione esse incipio seruitutis, ne altius tollere queas domum tuam gl. & Doct. l. 1. C. de seruit. & aqua l. fin. ff. quemadmodum seruit. amittatur. l. fin. ff. de itinere actuque priu. glo. leg. qui luminibus ff. de seruit. vrban. præd gl. & Doct. c. Abbate de verb. sign. huic iuri, seu seruituti si habet causam continuam præscribitur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes. si verò causam non habeat continuam præscribitur tanto tempore cuius initij nulla sit memoria. l. hoc iure. §. ductus quæ. ff. de aqua quoti. æst. l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. Arc. gl. & Bart. l. 2. C. de seru. & aqua. Quando verò sunt iura affirmatiua,
4 vt puta † quod mihi liceat ire agere per agrum tuum, aut aquam ducere, & similia, tunc in huiusmodi iuribus non acquiritur quasi possessio, nisi prius triginta dies eo iure fuero vsus non vi, non clam, non præcario l. 1. §. 1. ff. de itinere actuque priu. Bart. l. 1. numer. 2. C. de seru. & aqua. Vnde post inchoatam in his iuribus affirmatiuis quasi possessionem, implebitur sicuti dixi in negatiuis præscriptio decem, aut uiginti annis si causam iura hæc


ra hæ: habeant continuam, uel si causam non habeant continuam tantum desiderabitur temporis quantum memoriam hominum excedat, quod & in præscriptione seruitutis negatiuæ dictum est. Quibus ita suppositis, si contingat quòd aliquis in alienis agris, siue nemoribus, præscriptione acquirat ius uenandi, ipsi agrorum Domini poterunt iure prohiberi, ut uenetur etiam in proprijs agris. Ratio est quia quamuis ea quæ mere facultatis sunt, non possint præscribi. c. possessiones 16. q. 1. gl. leg. solent ff. de offic. procons. Bart. leg. secunda, capitulo de seruitut. & aqua. Vnde si per longissimum tempus uenissem ad molendinum tuum, molendi causa, aut tu sicut & tui parentes olim antea hospitio diutissime recepisses aliquos certæ familiæ; non ero propterea obligatus molendinum tuum posthac accedere, sed molitorem alibi potero mihi quærere, quoniá illa itio mea fuit meræ facultatis, secundum Petr. Cyn. & Bald. l. 1. num. 10. C. de seru. & aqua. Item non eris propterea tu in posterum obligatus recipere prædictos in domum tuam quia ille actus recipiendi, liberam tuam facultatem, vrbanitatemque respexit. Innoc. c. cum. Ecclesia de causa poss. & propriet. Abb. c. Abbate num. 10. de verb. sign. nihilominus si me volenté accedere ad aliud molendinum, molendi gratia, prohibuaris, putans id tibi iuris esse, egoque prohibitioni tuę patienter acquieuero. incipies tu quidem esse in quasi possessione illius iuris prohibitiui, cui per tépus longissimum postea præscribi à te recté potest & iure, tum ipse cogar non ad aliud, ac tuũ molendinum molendi causa venire leg. si quis diuturno. ff. si seru. vendicetur. Ias. l. quominus nu. 28. & seq. ff. de flumin. Idem erit, si te prohibente dicti de familia, domum tuam recipi voluerint, si tali casu tanto tempore recepti fuerint cuius initij memoria non est in contrarium, hoc ius præscribere dicentur. Si ergo quis in flumine piscatur, si alios ipse (nemine contradicente) volentes inibi piscari prohibeat, & prohibitioni factæ non reclament illi, quorũ interest; constituitur ex eo in quasi possessione ibidem solus piscandi, ita vt huic iuri pręscribere queat. Doct. §. flumina inst. de rerum diuis. not. l. si quisquam. ff. de diuers. & tempor. præscr. Bald. l. item. ff. de rerum diuis. Vnde ingressus sæpe numero repetitus, & prohibitio facta cũ patientia subsequuta bonam fidem inducũt, nec nõ possessionem tribuunt, & per consequens præeunte immemorabilis temporis cursu pręscriptio procedit glo. capi. Abbate de verb. sign. Doct. c. non est de decimis, quæ præscripti vim obtinet tradi-
5 tionis, & contractus, veritatisque † vice fungitur.
Bald l. 1. c. de seru. & aqua l. si pupillus. ff. de adm. tutor. qua pręscriptione acquisita, nõ tenetur quis amplius causas, aut titulum iuris quæsiti ostendere, vel de illo ullam reddere rationem. Doct. l. si quis diuturno. ff. de serui. & aqua, vetustas enim pro iure, & causa est accipienda l. fin. ff. de aqua plu. arc. & quia piscatio est iurisgentium; constituam hanc regulam; quòd loca publica iurisgen- 1
tium, quæ occupanti conceduntur longo tempore 2
post occupationem non præscribuntur quomi- 3
nus cessante occupatione redeat in pristinam causam. Et iterum concedantur occupanti l. fin. ff. de vsucap. limitatur hæc regula, vt non habeat locum in consuetudine, nam licet ea, quæ competunt de iure gentium, præscribi non possint, tamen consuetudine possunt acquiri Aret. §. flumina inst. de rerum diuis. Ex quo infertur, quòd si pluribus annis vnus solus in certa parte fluminis publici piscatus fuerit & alios prohibuerit sciente populo, & non contradicente, quòd est sibi ius quæsitum ex tacito consensu populi, adeo, quòd de cætero ipse solus piscari poterit, & alios prohibere, & sic aliud est consuetudo, & aliud est præscriptio: & in hoc differunt, quia ex præscriptione ius vnius quod ab eo aufertur, alteri applicatur, sed cum ius aliquod applicatur alteri, ita quòd alicui non auferatur; tunc illa propriè dicitur consuetudo. Sed in casu isto applicatur ex consuetudine prohibenti, licet aliquid proprium alicui non auferatur: ergo non dicitur præscriptio nec istud ius ex præscriptione acquiritur, sed ex con-
6 suetudine patiente populo † gl. 1. & Bart. l. 1. ff. de
iniurijs. in præscriptibilia enim acquiruntur consuetudine c. super. §. præterea de verb. sign. & ubi per legem tollitur præscriptio, non tollitur consuetudo: & ad inducendam talem consuetudinẽ opus erit probare quòd quis fuerit piscatus tempore saltim decem annorum in tali parte fluminis publici, & quòd alios prohibuerit piscari durante illo tempore saltem bis, sciente, & patiente populo, seu maiori parte, & non contradicente, vel quòd verisimiliter transierit in notitiam populi, aut maioris partis, quia ista requiruntur ad probationem consuetudinis not. l. de quibus. ff. de legibus. Secundò lim. hæc regula vt procedat in præscriptione communi vel longissimi temporis, sed non procedit in præscriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Ang. d. l. fin. de vsucap. Doct. §. fluminum inst. de rerum diuis. Tertio limit. ex mente Angel. cons. 289. vbi dicit quòd talia non præscribantur, procedit, si ex hac longiss. possessione velimus acquirere dominium eorum, quæ nobis iuregentium communia sunt, sed per ipsam talem possessionem, vel quasi bene acquirimus ius quoddam excipiendi, ut de possessione non expellamur, cuius possessionis effectus est duplex, primus est, quia si turbamur in ea agere possumus contra turbantem. l. sane. ff. de iniurijs. Secundus est, quia antequam expellamur, prohibere possumus, ne quis intret locum nobis inuitis. Vnde prohibere possumus ratione possessionis, nauigationem, & piscationem maris, & fluminis, quę aliàs nobis sunt communia de iuregentium. not. l. si quisquam. ff. de diuers. & temp. præscr. gl. §. flumina uer. omnibus inst. de rerum diuis. Balb. in tract. præscr. 4. p. 5. p. principalis quæst. 6. per totam.

## SVMMARIVM.

1 *Seruitus realis an personalis sit ius venandi.*
2 *Seruitus personalis extinguitur cum persona.*
3 *Facultas venandi transmittitur ad hæredes.*

4 *Venatio est in vtilitatem hominis.*
5 *Venatio est seruitus iurisdictionalis.*
6 *Iurisdictio quomodo cohareat personæ.*

## *Quæstio II. Secundæ Partis.*



1 ECVNDO quæro, † an ius venandi, piscandi, & aucupandi sit actio realis, vel personalis? Resp. quod de hoc sunt opiniones, nam quidam dicunt non esse seruitutem prædialem, quia hæc deseruit ad vsum, & vtilitatem agrorum vicinorum gl. & Doct. l. 1. ff. com. præd. quod non cõtingit in venatione, cum quis vtatur hac facultate in Syluis alienis, etiam si agros vicinos non habeat. Alij dicunt, non esse seruitutem personalem, quia venãdi potestas est, vt puta, vsusfructus, quia
2 seruitus personalis deficit † cum persona cui debetur l. vsus aquę ff. de vsu & hab. venandi autem potestas trãsmittitur ad posteros, & hæredes. Alij dicunt, neque realem, neque personalem seruitu-
3 tem esse, sed inter † pacta personalia connumerari quod etiam minime verum apparet quia (vt dictum est) interiret cum persona. Alij dicunt esse seruitutem realem, sed innominatam quod etiam non est verum, cum venatio respiciat vtilitatem
4 ac uoluptatem † personæ. Faber. §. æque. inst. de action. cum igitur non sit facultas venandi seruitus realis, nec personalis, nec prædialis, dicendum est argumentando ab effectu. leg. debitor. ff. ad Trebell. quod ius venandi nihil aliud sit regulariter quàm seruitus à Syluis, & nemoribus plebeio
5 rum iurisdictioni † nobilium debita. Vnde si quis priuetur mero, & mixto imperio cũ iurisdictione quam habet alicuius territorij, amittit quoq; ius venandi. Similiter si Princeps concederet alicui arcem suam sine tamen iurisdictione certe ius uenandi non dicetur concessiuè, quod si esset seruitus prædialis, seu realis ad quoscunque successores arcis pertineret. Dicendum est igitur, potestatem uenandi, esse seruitutem iurisdictionis, seu iurisdictionalem, quę naturã realis seruitutis habet, quę debetur à subiecto territorio cohærẽt iurisdictioni sicque à re rei, Nam quemadmodum fundus proprietatem habet, ita & iurisdictio suam dicitur habere proprietatem. Vnde Bald. proprietatem iurisdictionis nominat, leg. à procuratore, C. mandati, & quamuis iurisdictio dicatur cohære
6 re personæ magistratus, sicut † dominiũ rerũ personæ Domini. Bart. leg 1. ff. de iurisd. omn. iud. & percõsequẽs videretur potius seruitus personalis, ut puta debitæ personæ eius, qui habet iurisdictionẽ, nihilominus Resp. iurisdictionẽ cohærere personę magistratus secundũ quid, idest respectu exercitij ipsius iurisdictionis, sed vniuersaliter cohæret subiecto territorio, cuius latitudinẽ & longitudinem non egreditur leg. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Innominata quoq; uenationis seruitus dicetur, cum interrnominatas non computetur Doctores lege prima. ff. de seru. rust. præd.

SVMMARIVM.

1 *Actio, quæ competat contra deteriorantem venationem.*
2 *Actio confessoria in rem quando competat pro venatione deteriorata.*
3 *Actio doli, quando competat pro venatione.*

## *Quæstio III. Secundæ partis.*



1 ERTIO quęro, † quæ actio competat pro deteriorata venatione? Resp. quod quatenus liceat dominis syluarum arbores excidere, poterunt illi ita syluis proprijs frui, quo tamen ipsa venatio deterior nõ fiat. l. 1. §. labeo. ff. de aqua quo. æst. alioquin ille cui venatio competit, quanti sua intererit, à prædiorum dominis per confessoriam, in rem actionem erunt consequuturi. l. loci. §. in
2 cõfessoria † l. si quis diuturno. §. agi. ff. si ser. vend. quam cõfessoriam directam, soli illi exercebunt, qui iuri venandi ex immemorabili tempore præscripserunt. quòd si dolo malo proprietarij sylua
3 rum inuentionis detrimentum † versarentur, actionis doli quoque non iniuria fierent rei l. 1. §. denique l. si in meo. ff. de aqua plu. Arc. l. si eo. ff. si seru. vend. Zoanet. l. 2. num. 208. C. de pact. inter empt. & vend.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd nullus venari possit an valeat.*

## *Quæstio IIII. Secundæ partis.*



1 VARTO quæro an † valeat statutũ quòd nullus possit venari in tali loco? Resp. quòd non, quia violentiam inferre dicitur, nisi interueniat consensus eorum quorum interest: possunt tamẽ timere de pœna, ne sibi auferatur de facto, Natta cons. 375. num. 2. Vide quæ dixi supra, cum de prohibitione venationis disputatum fuit. Si statutum tolleret in totum facultatem venandi, piscandi, & aucupandi; non valeret.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo prohibens venationem an valeat.*
2 *Consuetudo an faciat venationem illicitam de iure esse licitam.*

## *Quæstio V. Secundæ partis.*




1 VINTO quæro an † valeat consuetudo prohibens venationem, piscationẽ, & aucupium? Respon. quòd non, si in totum prohiberet. Natta consi. 375. num. 4. vol. 2. dixi in proxima præced. quæst. Item quæro, vtrùm venatio à iure prohibita possit per consuetudinem effici licita? Resp. quod non, quando esset venatio enutritiua
2 peccati, aliàs si esset consuetudo licita, & rationabilis, faceret venationem licitam. Marian. Soc. Sen.

Sen.capitulo fin.nume.6.de cler.venat.vide supra quæstio 28.

*SVMMARIVM.*

1 *Furtum quando dicatur committi in venatione.*

## *Quæstio VI. Secundæ partis.*



1 SEXTO quæro † quando dicatur furtum committi in venatione? Respond. quando Sylua foresta, vel nemus essent muro circum acta, vel vallata sæpe ita, quod feræ essent adeo inclusæ, vt non possint exire & ammodo sint sub custodia, quia tunc venantes furtum committerent.l. vsumfructuarium venari. §. si in viuarijs ff. de vsufr.leg.3.§. item.ff. de acq. poss. l. naturalem §. seruos.ff.de Acquirenda rerum dom.Natta cons. 379.nu.9.vol.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudatarius an possit prohibere venationem.*

## *Quæstio VII. Secundæ partis.*

1 SEptimo † quæro, an Feudatarius prohibere possit venationem? Resp. quod nō, quia subditis faceret violentiam Host. c. non est de decimis. Iacob. tract. de feudis ver. & cum venationibus vbi tamen non appellaretur post prohibitionem sequeretur præscriptio, & vbi priuilegium dicat, & cum venationibus, & Dominus ita possidcat, nam tunc benè poterit prohibere Afflict. §. nemo retia de pace tendenda. Bossius tit. de regalijs numero 42.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio, quæ competat contra prohibentem venationem cum non possit.*

## *Quæstio VIII. Secundæ partis.*



1 OCTAVO quæro † Quidā prohibens venationem non habens ad id potestatem qua actione conueniri poterit? Resp. actione iniuriarum, nam impediens venationem iniuriam infert. Doct. com. c.non est de decimis Decius cons.191. Grammat. Decis. 67. leg.secunda. §.si quis in mari. ff.ne quid in loco publico. Præpos. capitulo primo col. 1. quæ sint regalia. Aug.cons. 81.nu.31.vol.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Occidens aliquam personam in venatione, an teneatur de homicidio.*

2 *Homicidium inuoluntarium, quando non punitur.*

## *Quæstio IX. Secundæ partis.*


1 NONO quæro. † Quidam venando interficit aliquem hominem, puta sagitta vel arcobuso, an teneatur homicidio? Resp. quod aut venabat in loco prohibito an nō: primo casu aut interfecit prohibentem, aut alterū: si interfecerit prohibentem tunc, quia dabat operam rei illicitæ tenebitur de homicidio. Secundo autem casu, aut venebatur cum armis prohibitis aut nō: primo casu tenebitur de homicidio. Secundo autem, aut vsus est ea diligentia præcauendo, ne interficiat, seu percutiat hominem aut non: primo casu non tenebitur, sed reputabitur fortuitus casus, de quo

2 nemo tenetur, Secundo autem sic, per ea, quæ dixi latè ego † in tract. de fort. casibus p.2.nu.24.& seq.in q.1.& in q.seq.per totum ad quem locum breuitatis causa te remitto.

*SVMMARIVM.*

1 *Serui an peccent venantes iussu Domini venatione prohibita.*

## *Quæstio X. Secundæ partis.*



1 DECIMO quæro † vtrum serui teneantur obedire Dominis suis venari volentibus venatione prohibita? Resp. qd non maximè in uenatione oppressiua hominū, uel arenaria. Similiter non tenētur obedire uolentibus uenari temporibus prohibitis, quia est contra illud præceptum primū quærite regnum Dei isto tamen casu videntur excusari si coguntur per iustum metum Tab. uer.uenatio nu. 2. Pisan. & Angel. d.loco. turrecrem. c. an putatis 86. distin.

*SVMMARIVM.*

1 *Serui an pœna afficiantur, qui in ludum venatorium damnantur.*

2 *Damnare in ludum venatorium quid sit.*

## *Quæstio XI. Secundæ partis.*

1 VNDECIMO quæro † an serui pœna afficerentur, quicunque erant damnati in ludum uenatorium? Resp. quod sic leg. aut damnum §. quicunque ff. de pœnis ibi (quicunque in ludum uenatorium sunt damnati uidendum est an seru pœnę

pœnæ afficiantur, solent enim iuniores hac pœna affici. vtrum ergo serui pœna ista afficiantur, an permaneant in libertate vidédum est, & magis est, vt hi quoque serui afficiantur; hoc enim tantum distant à cęteris, quòd instituentur venatores, aut pyrricarij, aut in aliquam voluptatem gesticulandi vel aliter se mouendi gratia. seruos in metallum vel in opus metalli item in ludum venatorium dari solere, nulla dubitatio est, & si fuerint dati, serui pœna afficiuntur, nec ad eum per
2 tinebunt cuius fuerint† antequam damnarentur. & nota quod in ludum damnare reos est, eos in exercitationem conficiendi feras in theatro damnatos addicere. ita Budæus in adnot. ad pandect. d.§.quicunque.

SVMMARIVM.

1 *Venari an possit in via publica.*

*Quæstio XII. Secundæ partis.*



1 VODECIMO quæro. ant sit licitum † venari in via publica? Respi clarum esse quòd nō solum in agris priuatorum sed etiam in via, & alijs publicis locis licita est venatio atque permissa.leg.qui foueas.ff.ad leg. Aquil.leg.in laqueum.ff. de acq. rerum dom. Natta cons. 575. num.7.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Vsuram an committat qui venatur in agro pignori dato.*

2 *Fructus venationis an computentur in sortem.*

*Quæstio XIII. Secundæ partis.*



1 Ecimotertio quæro. Quidam mutuauit † alicui centum, & pro securitate accipit agrum in Pign. in quo venatus, piscatus, aut aucupatus est, an teneatur computare in sortem quod accepit? Respond. quod non, nisi fructus fundi ex venatione constaret. textus est expressus. l.venationem. ff. de vsuris ibi venationem † in fructu
2 fundi negauit esse, nisi fructus fundi ex venatione constaret, nam tūc venatio est in fructu & computandi essent in sortem. l. item. §. aucupiorum.leg. vsusfructus.ff.de vsufr.

SVMMARIVM.

1 *Lupam prægnantem capiens an habeat vnum præmium an plura.*

*Quæst. XIIII. Secundæ partis.*



1 Ecimoquarto, quæro, stante statuto quòd † capienti lupum, vel vulpem detur aliquod pramium, si quis caperet lupam vel vulpem prægnanté, an debeat habere vnum, vel plura præmia? Resp. quòd ei debitur vnum præmium, non plura, Bald. leg.fin.ff.de liber. causa not. leg.qui in vtero.ff. de stat.hom.l.2.§.qui autem.ff.de exc.tutor. not.leg. in lege ff. ad leg. Falcid. secus si capiat lupam lactantem cum lupatinis. Imola l.in lege. ff. ad leg. Falc. Felyn.c.sicut de homicid.

SVMMARIVM.

1 *Cerui capti quando capientium fiant.*

*Quæstio XV. Secundæ partis.*



1 Ecimoquinto etiam quæro. Fuit † ceruus in nemore inuētus, & occisus, vel captus à venatore, an sit capientis? Respon. quod si ceruus erat domesticus qui ire, & redire solebat, quamuis id venator ignoraret, pertinebit ad dominum, nec tamen ei actio iniuriarum aliqua competit cum probabiliter venator credere potuerit ferum esse, qui si ferus esset occupantis fieret Doct. §. Ceruos inst. de rerum diuis. Alciat.lib. 11.parergon cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *Leones mansueti an possint occidi.*

2 *Bestiæ nociuæ quo tempore possint retineri in Ciuit.*

*Quæstio XVI. Secundæ Partis.*

1 DECIMOSEXTO quæro † an leones occidi possint? Respond. quòd sic, Ampl. etiam si fuerint mansueti, & habitu sint pro derelicto leg. vnica.cap.de venat.ferarū lib. 11. ibi occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam finimus quenquam calumniam formidare, Bestias autem
2 quæ ad comitatum ab omnibus † limitum Ducibus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas ciuitates detineri præcipimus violatoribus eorum, quinas libras auri fisci viribus illaturis.

SVMMARIVM.

*Fera fugata à canibus cuius fit.*

*Quæstio XVII. Secundæ partis.*

1 DEcimoseptimo quæro cuius sit fera fugata canibus † Respond. quòd est occupantis non autem fugantis, quia multa accidere possunt, ne capiatur. §. illud inst. de rerum diuis. Alciat lib. 11. parergon capitulo secūdo: consuetudo tamen aliter se habet, vt dicam in seq. quæst. præsertim in leporibus.

SVMMARIVM.

*Vulnerata fera an sit vulnerantis an verò capientis.*

Quæstio.

*Quæstio XVIII. Secundæ partis.*



1 Ecimooctauo quæro cuius † sit fera in venatione vulnerata, an scilicet sit vulnerantis, an capientis? Respond. quòd de hoc est textus clarus. §. illud instit. de rerum diuis. ibi illud quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit statim tua esse intelligatur, & quibusdam placuit, statim esse tuam, & eò vsque tuam videri, donec eam persequaris: quòd si desieris persequi; desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alij putauerunt, non aliter tuam esse, quàm si eam ceperis: sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quòd multa accidere soleant, vt eam nõ capiant. glo. l. verò l. quinta, §. illud. ff. de acquir. rerum domin. dicit id de consuetudine seruari contrarium, quòd scilicet sit vulnerantis, quam refert Alciat. libro quarto, parerg. capitulo secundo, Barto. l. quominus quæstione quinta. ff. de flumin. Didac. secunda parte; relect. §. octauo, numero 13. de regul. iur. sexto. Cæpolla tract. de seruit. rusticorum prædiot. titulo de aucupio numero quinto. Ego verò putarem seruandam esse consuetudinem, scilicet dimidiam esse vulnerantis, & aliam capientis, nisi vulnus esset adeo lethale, vt nihil accidere possit quin capiatur à vulnerante, quando fuerit probatum vulnus.

*SVMMARIVM.*

1 *Surripiens ouem de ore lupi, gallinam de ore vulpis, vel auem, de ore falconis, an quod accepit, sit accipientis.*

*Quæst. XIX. Secundæ partis.*



1 Ecimonono quæro, si lupus acceperit ouem, † vulpes gallinam, accipiter auem, & ea quidam accepit de ore istorum, an teneatur restituere priori Domino? Resp. quòd sic l. Pomponius in fine. ff. de acquirend. rerum domin. ibi Pomponius tractat. cum Pastori meo, lupi porcos eriperent, hoc vicinæ villæ colonos cum robustis canibus & fortibus, quos, & pecoris sui gratia pascebat, consecutus, lupis eripuit, aut canes extorserunt. & cum pastor meus peteret porcos, quærebatur vtrum eius facti sint porci, qui eripuit, ao nostri maneant, nam genere quodam venandi, id erant nacti. cogitabat enim quemadmodum terra, marique capta, cum in suam naturalem laxitatem peruenirent, desinerent eorum esse, qui cepissent: ita ex bonis quoque nostris capta à bestijs marinis, & terrestribus, desinant nostra esse, cum effugerint bestiæ nostram persequutionem, quis denique manere nostrum dicet, quod auis trasuolans ex area, aut ex agro nostro substulit aut quod à oobis milua eripuit? Si igitur desinit: si fuerit ore bestiæ liberatum, occupantis erit, quemadmodum piscis, vel aper, vel auis, cum potestatem nostram euaserit, si ab alio capiatur, ipsius fit. Sed putat potius nostrum maoere tandiu, quandiu recuperari possit. licet in auibus, & piscibus, & feris verum sit, quod scribit. idem ait & si naufragio quid nostrum amissum sit, non statim nostrum esse desinere, denique quadrupli teneri eum, qui rapuerit, & sanè melius est dicere, & quod à lupo eripitur, nostrum manere quandiu recipi possit, id quod ereptum est, si igitur manet nostrum, ego arbitror etiam furti competere actionem, licet enim non furandi animo fuerit colonus persequutus, quamuis & hoc animo persequutus sit, tamen cum illud reposcenti non reddiderit, supprimere, & intercipere videtur quare & furti & ad exhibẽdum teneri eum arbitror, & vẽdicari ab eo exhibitos porcos posse, Veronensis in tract. de seru. inst. præd. tit. de aucupat. c. 2. nume. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Rete illaqueata fera si capiatur an sit capientis.*

2 *Pisces in rete capti quando sint tendentis an accipientis.*

3 *Aues in rete capti cuius sint.*

*Quæst. XX. Secundæ partis.*



1 IGESIMO quæro. † Fera in laqueum incidit, an sit mea an vero capientis? Resp. per textum leg. in laqueum. ff. de acquirendo rerum domino ibi (in laqueum, quem venandi causa posueras, aper incidit, cum eò hæreret, exemptum eum abstuli, num tibi videor tuum aprum abstulisse? & si tuum putas fuisse, si solutum eum in Syluam dimisissem, eo casu tuus esse desijsset, an tuus maneret? & quam actionem mecum haberes si desisset tuus esse? num in factum dari oporteret quæro? Respond. uideamus ne intersit laqueum in publico an in priuato posuerim, & si non in publico, sed si in priuato posuerim, utrùm in meo an in alieno, & si in alieno, utrum permissu eius cuius fundus erat, an non permissu eius posuerim? præterea utrùm in eo ita hæserit aper, vt expedire se non posset ipse, an diu luctando expediturus se fuerit? summam tamen hanc puto esse, vt si in meam potestatem peruenerit meus factus sit, si autem aptum meum factum in suam naturalem laxitatem dimisissem eoque facto meus esse desijsset; actionem mihi in factum dari oportere? veluti responsum est, cum quidam poculum alterius ex naue deiecisset Ver. tract. de seruit. rusticorum prædiorum titu.

de aucupatione capitulo 21. numero 4. Didac. 2. p.relect.§.8.regul.peccatum de reg.iur.6. Alciat. lib.11.parerg.c.2.vbi de piscibus in rete captis lo
2 quitur † Cassan. in consuet.Burg.Rubric.13.§.7. nume.8.& num.10.quid autem sit dicendum de
3 piscibus, & auibus dic † seruandam esse consuetudinem.

*SVMMARIVM.*

1 *Piscatio quando sit licita.*
2 *Piscari licitum est vnicuique in mari, & in littore maris.*
3 *Piscari non potest prohiberi priuata authoritate.*
4 *Pisces capti fiunt capientium.*
5 *Casam ponere licet vnicuique in littore maris.*
6 *Piscari quilibet potest in flumine publico.*
7 *Piscari non licet in flumine priuato.*
8 *Piscatio priuata non potest turbari.*
9 *Piscari non potest in loco vbi conuentum fuerit.*
10 *Piscari non potest in loco prohibito per Principem.*
11 *Piscari non potest vbi consuetudo resistit.*
12 *Piscari non potest in loco praescripto.*
13 *Piscatio quando reddatur illicita.*

## *Quaest. XXI. Secundae Partis.*



1 Igesimoprimo (cum † dictũ sit in venatione) quaero vtrũ piscatio sit licita? Respond. quòd in mari cuilibet licitum est piscari.l.venditor.ff.
2 com.praed. similiter † in littore maris. l. nemo.§.fina.l. riparũ.ff.de rerum diuis. littora enim sunt omnibus communia, sicuti aer. l. iniuriarum.§.fina.ff. de iniurij, vnde potest piscari in littore maris etiã
3 ante aedes meas, † & si ipsum piscari prohibeam teneor actione iniuriarum l.2.§.si quis.ff.ne quid in loco publ. nisi aliter conuentum esset inter partes d.l.venditor. Vnde cum primum, quis pisces
4 in mari, seu littore † ceperit eius sunt.l. quod ĩ littore.ff.de acq.rer.dom.& in mari piscantibus lici
5 tum est † casam in littore ponere, in qua se recipiant.l.riparum.ff.de rerum diuis. praeterea in flu
6 minibus, & portu, ius piscandi † est commune omnibus.§.flumina.inst.de rer.diuis.fallit primo quando flumen est priuatum aliàs non. l. iniuria-
7 rium † actio.§.fin.ff.de iniur. Secundò fallit, quando ius piscandi est priuatum, puta quia est venditum per Principem c.1.quae sint regalia: Tertiò
8 fallit † quando esset conuentio cum vicino, vt in
9 domo † sua piscari non possit d.l.venditor, & ibi Doct.quae locum habent etiam in fluminibus pu-
10 blicis. Quarto fallit † quãdo Princeps prohiberet, ne quis piscari posset, vt est in lacu perusino. Quinto fallit, quando esset consuetudo, vt pisca-
11 retur solùm pro vsu publico, † & nõ pro priuato, vel certo tempore tantùm, quia consuetudo vim legis substinet.d.l.venditor.§.si constat. Sexto fal-
12 lit, quando † quis praescripsisset ius piscandi quia tunc alius in eo loco piscari non posset, quae praescriptio procedit, quando quis fuit in possessione piscandi per tantum tempus, cuius initij memoria non existat, per quod tempus praescribuntur loca publica l.hoc iure. §.ductus aquae. ff. de aqua quot.& aest. de qua dixi supra in quaest.de praescripi. Veron.tit.de seru.rust.praed.tit.de piscat.c. 42.num.3.& seq. conclusio igitur sit quòd pisca-
13 tio si fiat propter necessitatem sicuti faciunt illi qui ex illa victum quaerunt est licita Greg. super Ioan.21.vbi leguntur Apostoli post Christi resurrectionem redijsse ad opus piscationis, cum Matthęus post conuersionem ad opus telonei non resederit. Similiter si fiat propter solatium, adhibitis circunstantijs, est etiam licita, si tamen fiat deficiente aliqua debitarum circunstantiarum, est illicita, & est ventale, vel mortale secundùm distinctionem, quam supra de venatione posuimus, Tut recr.c.qui venatoribus uu. 6. distin. 86. Cassan.tract.de gloria mundi p.1 1.consid.11.

*SVMMARIVM.*

1 *Piscandi genus duplex.*

## *Quaest. XXII. Secundae partis.*



1 Igesimosecundo quaero † quotuplex sit genus piscandi? Resp. scilicet retibus, & hamo gl. Archid. Turrecr. & Bellam.c.est,& aliud 24.q.1. de retibus dicitur. c.non turbatur.q.1. ibi non turbatur nauis, quae Petrum habet, turbatur illa, quę Iudam, & si multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. in vtraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est turbatur alienis. caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem, ne per vnum fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur haec nauis, in qua prouidentia nauigat, abest perfidia, fides superat quemadmodum enim turbari poterat, cui praeerat is, in quo firmamentum ecclesiae est? illic ergo turbatio, vbi modica fides, ibi securitas, vbi perfecta dilectio. denique & si alijs imperatur vt laxent retia sua; soli tamen Petro dicitur: duc in altum Luc. 5. hoc est in profundum disputationum, quid enim tam altum, quàm altitudinem diuitiarũ videre, idest scire Dei filium, & ipsam professionem diuinae generationis assumere, quam licet mens nequeat humana plenae rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. De altero verò genere piscandi, dicitur, capitulo est, & aliud vigesimaquarta quaestione prima, ibi, est & aliud Apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicens, mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit tolle. Et hoc genere piscandi, solus Petrus iussus est à Domino uti, ad finem soluendi tributum, vnde dixit Matthaeus decimoseptimo, vade ad mare,

mare, & mitte hamum, & eum piscem, quem primò apprehenderis, tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem illum assumens da eis pro te, & pro me, quia iam Petrum fecerat Capitaneum super alios Apostolos, soli enim capitanei soluebant tributum, Vnde August. libro quæst. nou, testam. Saluator Noster cum pro se, & Petro daciamber pro omnibus soluisse videtur, quia sicut in Saluatore erant omnes causæ magisterij, ita etiam post Saluatorem, omnes in Petro continentur ipsum enim constituit caput eorum, vt Pastor esset gregis Dominici Turrecrem.d.cap.est, & aliud dicens glo. ibid. intelligere per hamum iurisdictionem, quam ipse præ alijs habuit in vniuersum orbem. Vnde vocatus est in plenitudinem potestatis: vtroque igitur genere Piscatus est Petrus; primo genere piscandi piscati sunt & alij discipuli.

Primum genus piscandi quod fit in rete, inquisitionem denotat diuinæ scientiæ, & sapientiæ: sapientiæ quantum ad diuinitatem Christi: & scientiæ quantum ad humanitatem eiusdem.

Secundum piscandi genus, quod fit in hamo ligandi, atque soluendi potestatem insinuat. Petrus autem omnium sacerdotum figuram tenebat: rete ergo Petrus & alij piscantur, quia non solum Sacerdotes, sed & alij prudentes viri, de ministerio sapientiæ, & scientiæ Dei scrutantur. Soli Petro conceditur piscari in hamo, quoniam solùmmodò Sacerdotes habent potestatem ligandi, atque soluendi, retia namq; cũ perplexis filis intexta, verborum diuinorum perplexitatem insinuant, quibus de interioribus Christi sacramentis disputatur. In hamo verò lineæ, vbi velut funi ferrum coniungitur; ferrea, idest inconuincibilia Ecclesiæ vincula, designantur, vel secũdùm aliam mysterij considerationem, putari ẽt potest soli Petro vtrunque genus piscandi esse concessum, quippè & si cæteri discipuli piscatentur specialiter tamen de Petro fit mentio, cum ei soli dicitur duc in altum rete, in primo genere piscandi signatur ventilatio rationis fidei: in secundo causa depositionis Episcopi Episcopus enim præminens in sua Diœcesi, est quasi piscis, primo ascendens de mari, quia solo hamo Petri capitur, quando soli Apostolo Episcoporum causa criminalis terminanda committitur. capitulo quamuis 3.q.7. Similiter quando ratio fidei ventilatur, ad sedem Romanam defertur, Hæc Archid. & Bellam.d.c.2.est, & aliud 24.q.1.

S V M M A R I V M.

1 *Piscari an possit in fundo alieno.*

*Quæst. X X I I I. Secundæ partis.*

1 Igesimotertio quæro † vtrũ quis piscari possit in fundo alieno. Respond. quòd non; si ibi fuerit facta piscaria à Domino, l. vsufructuarium. §. si viuarijs. ff. de vsufruct. secus si fundus esset inundatus à flumine, & ibi aqua fluens esset, & pisces apportasset, quia tunc credo quòd ibi posset piscari, sicuti aucupari argumen. l. tertia §. item. ff. de acquiren. possess. vbi enim est eadem ratio ibi idem ius statui debet. l. illud. ff. ad leg. Aquiliam, Aretin. §. feræ, numero quarto, institut. de rerum diuis.

S V M M A R I V M.

1 *Possideri an dicantur pisces.*
2 *Viuaria, quæ dicantur.*
3 *Stagna quæ sint.*
4 *Piscina quid sit.*

*Quæst. X X I I I I. Secundæ partis.*

1 Igesimoquarto quæro † vtrũ pisces dicantur possideri? Respon. per l. 3. §. item feræ. ff. de acquiren. possess. vbi iurisconsul, Respondit, animalia inclusa viuarijs, & columbarijs priuatis, pisces item ĩ piscinam congregatos, à Domino fundi possideri, non sic pisces inclusos stagnis, nec feras in saltibus circunseptis degentes, & euagantes, nam hæ à Domino fundi minimè possidentur. quod dictum tamen intellige, quòd ad dominium non esse discrimen vllum inter stagna, & saltus, piscinas, & viuaria, modo saltus, & stagna, vtcunque longissimi spacij sint, manu hominum, & priuata industria fuerint circunsepta, & fabrefacta, nam in eis militat circa ipsa
2 animalia eadem ratio. † Et nota quod viuaria, dicuntur loci, quibus vel aues, vel pisces, vel feræ continentur ad victum humanum, hominum quidem industriæ animalibus in eà loca immissis, vt nutriantur, aliaque progenerent ad mensarum delicias. l. vsufructuarius. §. viuarijs. ff. de vsu
3 fruct. Stagna dicuntur † quæ temporalem continent aquam stagnantem, quæ plerunque hyeme cogitur, nec fluit, nec refluit. l. 1. ff. vt in flum.
4 publ. nauigat. lic. piscina verò est ea, inquam † pisces humana industria mittuntur, vt ibidem nutriantur. Didac. secunda parte relect. §. 8. numero 15. de reg. iur. Alex. l. 3. §. Nerua. nume. 3. ff. de acq. poss. & ibi Doct. com.

S V M M A R I V M.

1 *Possessio, vel quasi an contineatur piscando.*
2 *Cautela pro venatione.*

*Quæst: X X V. Secundæ partis.*

1 GESIMOQVINTO quæro. † Quidam in flumine publico piscatur, si alios ipse (nemine contradicente) volentes inibi piscari, prohibeat, & prohibitioni factæ non reclament illi quorum interest; constituatur ex eo

in quaſi poſſeſſione ibidem ſolus piſcaudi? Reſpond. quòd ſic, ita, vt huic iuri præſcribere queat. Doctores common. §. flumina inſtit. 
2 de rerum diuiſ. Bald. l. item † lapilli. ff. de rerum diuiſ. Vnde cautela eſt pro dominis terrarum, vt interdicant ſubditis venationes, qui ſi prohibitioni non contradixerint, præſcriptoque dominorum paruerint, dominos ſuos in quaſi poſſeſſione prohibendi conſtituunt, ac ius denique tandem venandi per tempus poſtea immemorabile, perdunt. l. 1. & ſeq. C. de ſer. & aqua. l. qui luminibus. ff. de ſeru. vrb. præd. Doct. c. non eſt de decimis. Zoan. l. 2. nu. 155. C. de pact. inter empt. & vend. Guid. conſi. q. 2. num. 2. port. inſt. de rerum diuiſ. num. 15. in prin.

S V M M A R I V M.

1 *Princeps concedere poteſt alicui, vt ipſi ſoli liceat in certa parte maris piſcari.*

## Quæſt. XXVI. Secundæ partis.

1 Vigeſimoſexto quæro, † an princeps concedere poſſit alicui, vt ipſi ſoli liceat in certa parte maris piſcari? Reſpon. quod ſic. gl. l. ſi quiſquam. ff. de diu. & tempore. præſcr. gl. l. venditor. ff. com. præd. Ruin. conſi. 28. nu. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Aucta aqua an augeatur ius piſcandi.*
2 *Piſces egreſſi inundatione è ſtagno meo, quando eos vendicare poſſim.*

## Quæſt. XXVII. Secundæ partis.

1 Vigeſimoſeptimo quæro, † an aucta aqua augeatur ius piſcandi? Reſp. quod ſic, ſi augeatur miniſterio Naturæ, ſi verò augeatur facto hominis; tunc habens ius piſcandi, contribuet proportionaliter arbitrio boni viri pro eo pluris, quod habet ius piſcandi iuxta illud: qui ſentit commodum, ſentire debet & incommodum. Brun. tract. de aug. & dim. concl. 11. nu-
2 mer. 14. Item quæro, † aqua tui ſtagni ita creuit, quod plures piſces deuenerunt vſque ad fundum meum, vel ad ſtagnum meum: tu vis ipſos piſces ſequi, & habere, an poſſis? Reſpond. quod in ſtagno meo impoſſibile eſt eos cognoſci, in loco autem meo ſicco, bene cognoſci poterunt, ideo eos habere poteris. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 4. quæſt. 24. §. 2. not. l. naturalem. §. gallinarum. ff. de acq. rerum dom.

S V M M A R I V M.

1 *Aucto populo an augeri debeat ius portandi piſces.*

## Quæſt. XXVIII. Secundæ partis.

1 Vigeſimooctauo quæro, † Piſcator qui obligatus eſt pacto portare ad ſorum quaſlibet die duas ſalmas piſcium, an teneatur portare plures ſi populus augeatur? Reſp. quod ſic. Bart. l. 3. in fin. C. de priuileg. lib. 11. niſi obligatio fuerit arctata ad certum numerum perſonarum.

S V M M A R I V M.

1 *Conductor piſcationis non poteſt euacuare piſcinam.*

## Quæſt. XXIX. Secundæ partis.

1 Vigeſimonono ſi quis † conduxit valles, aut paludes, vt ibi piſcari poſſit, & in eis reperiatur certa pars terræ eleuata ab alueo, quæ doſſi vulgariter appellantur, & piſces omnes in hyeme ſe reducût ſub eis, vt in vallibus Paduæ contingit, an ſit licitum conductori aperire dictos toros, & omnes piſces accipere? Reſp. quod non, quia iſto modo ius piſcandi deſtrueretur, niſi alios reponeret. Arg. l. ſi merces. ff. conductor. ff. loc. nam conductor in primis tenetur côditionem ſeruare, quod ſi quid in ea prætermiſſum eſt, id ex bono, & æquo præſtandum eſt, ſed ex bono, & æquo eſt conductor piſcinæ, vt non deſtruat, totam piſcinam, quia debet habere fructus piſcandi, non autem omnes piſces, ita vt piſcaria conſumetur. not. l. 1. & ſeq. ff. de vſufr. idem dico, ſi locaretur ius piſcandi in flumine, vel fonte, aut piſcaria, quia non poſſet omnes piſces tollere. Veron. tract. de ſeru. ruſt. præd. capit. 13. numer. 8. Bertach. tract. de gabell. quæſtion. 4. num. 16.

S V M M A R I V M.

1 *Communes in quibus aquis ſint piſcationes.*

## Quæſt. XXX. Secundæ partis.

1 Trigeſimo quæro, † quibus in aquis ſint communes piſcationes? Reſp. in mari, in flumine publico in ſtagno, lacu, & ſimilibus. Balb. tract. de præſcr. q. 6. quintæ q. princ. nu. 4. dixi ſupra in q. de piſcatione, quâdo ſit licita, Veron. in trac. de ſeru. ruſt. præd. c. 42. nu. 2. Hugo. de officio quatuor Prælatorum tit. de excuſatione munerum nu. 14. Not. Corn. conſil. 211. nu. 1. & ſeq. volumin. 4. in terminis Iaſ. leg. poſſideri. §. Nerua num. 22. ff. de acq. poſ.

S V M M A R I V M.

1 *Negotiatores an dicantur piſcatores.*

Quæſt.

## Quæst. XXXI. Secundæ partis.



1 Rigesimoprimo quæro, † an piscatores dicantur negotiatores? Resp. quod nó. l. legatis seruis. ff. de leg. 3. ibi (legatis seruis exceptis negotiatoribus. Labeo scripsit, eos legato exceptos videri, qui præpositi essent negotij exercendi causa, veluti, qui ad emendum, locandum, conducendum præpositi essent, cubicularios autem vel obsonatores, vel eos, qui piscationibus præpositi essent, non videri negotiationis appellatione contineri, & puto veram esse Labeonis sententiam, vbi Alberic. num. 2. dicit & sic not. quod piscatores non sunt negotiatores, quod est verum, quando Domino tantum piscantur, secus si vénderent pisces, quia tunc dicerentur negotiatores.

*SVMMARIVM.*

1 *Pisces in rete capti an sint capientium.*

## Quæst. XXXII. Secundæ partis.




1 Rigesimosecundo, quidam † piscator nassas labyrintosque, suos in flumine tendit, deinde æmulum artis suæ deprehendit, qui casses euacuauerat, piscesque extraxerat: cuius erunt pisces? Resp. dominium piscium occupatoris esse. l. in laqueum. ff. de acq. rerum dom. dabitur tamen piscatori iniuriarum actio. l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniurijs, si tamen pisces ceperit in loco priuato, capiens tenebitur restituere. Alcia. lib. 11. parergon. c. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius aquæ ducendæ, ad piscariam an sit seruit. realis*

## Quæst. XXXIII. Secundæ partis.




1 Rigesimotertio quæro † si concedatur mihi ius aquæ ducendæ ad piscariam meam an sit seruitus realis? Resp. quod sic, quia debetur fundo meo. l. pecoris. ff. de seru. rust. præ. l. vt pomum. ff. de seru. Veron. tract. de seru. rust. præ. c. 42. num. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *Vendito lacu an veniant naues piscatoriæ.*
2 *Vendito fundo non veniunt pisces.*

## Quæst. XXXIIII. Secundæ partis.



1 Rigesimoquarto quæro † an vendito lacu veniant etiam naues piscatoriæ? Resp. quod sic. Bald. l. 2. C. de verb. sign. facit. l. patronus. §. fin. ff. de leg. 3. vbi legatus vsus balnei comprehendit omnia necessa-
ria ad vsum eius: facit etiam l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. item legato fundo, ad vsumfructum comprehendit etiam instrumenta ad fruendum necessaria. l. item fundi. §. leuinarios. ff. de vsufr. vendito
2 tamen fundo, in quo sunt † pisces in piscinis, illi pisces non sunt ædium neque fundi, magis, quam pulli, aut cetera animalia, quæ in fundo sunt. l. Iulianus. §. fin. & l. seq. ff. de act. empti.

*SVMMARIVM.*

1 *Aues & volucres an sint capientium.*
2 *Aucupatio quomodo prohiberi possit.*

## Quæst. XXXV. Secundæ partis.

1 Trigesimoquinto quæro, † an aues, & volucres sint capientium? Resp. quod sic. §. feræ
inst. de rerum diuis. ibi feræ igitur bestiæ & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ in mari, cælo, & terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta
fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt, quod enim ante nullius est, id naturali ratione
occupanti conceditur, nec interest feras bestias, & volucres vtrum in suo fundo quis capiat, an in
alieno plane qui alienum fundum ingreditur, venandi, aut aucupandi gratia, potest à Domino, si
2 is præuiderit, † prohiberi, ne ingrediatur, quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse
intelligitur donec tua custodia coercetur: cum autem tuam euaserit custodiam, & in libertatem naturalem se se receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit: naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis sit eius persequutio.

*SVMMARIVM.*

1 *Apes an occupanti concedantur.*

## Quæst. XXXVI. Secundæ partis.

1 Trigesimosexto quæro † vtrum apes sint capientium? Resp. quod sic. §. apum inst. de rerum diuis. ibi apum quoque fera natura est, itaque apes, quæ in arbore tua consederint, antequam à te alueo includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua, nidum fecerint, ideoque si alius eas incluserit, is earum Dominus erit: fauos quoque, si quos effecerint, eximere quilibet potest: plane integra re, si præuideris ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur: examen quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eousque intelligitur esse tuũ, donec in cóspectu tuo est, nec difficilis persequutio eius est, alioqui occupantis fit.

*SVMMARIVM.*

1 *Columbas capiens an teneatur restituere.*

Quæst.

*Quæstio VIII. Primæ partis.*

1 Ctauò quęro utrum uenatio † liceat clericis Respond. quòd de hoc est textus expressus capitulo primo de cler. uenatore, ibi: Episcopum, Præsbyterum, aut Diaconum, canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad uenandum habere non licet. quòd si quis talium personarum in hac uoluptate sæpius detétus fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus à communione, si presbyter duobus, si diaconus ab omni officio suo suspendatur, & c. 2. eo. ti. ibi: omnibus seruis Dei venationes, & syluaticas sagitta-
2 tiones, † cũ canibus, & accipitres, aut falcones habere interdicimus conc. c. 1. 34 dist. & c. Esau. 86.
3 dist. ratio † autem quare venatio interdicatur clericis, piscatio autem non, est multiplex p. quia piscatio fit sine clamore, venatio autem non. Secunda, propter maiorem delectationem, qua venator detentus, non potest interim de diuinis cogitare.
4 glo. c. Esau 86. dist. Tertia, † quia venatio fit cum maiori sumptu comeduntque bestiæ, quod Christi pauperes alere deberet, contra illud Euangelij non est bonum sumere panem filiorum & dare
5 canibus. Quarta, † quia carnes serinæ luxuriam fouent, & vitia sub ministrant, quod secus faciunt pisces, ideo tempore ieiunij illæ prohibentur isti permittuntur. Quinta, quia venatio est proximior
6 crudelitati, quàm piscatio. Sexta; quia † venatio ma-
7 gis affert periculum vitæ homini, † quàm piscatio, quoniam, vt docet experientia, interimuntur sæpè homines à feris, vel semet impetu aliquo pręcipites agunt in illis persequendis, quod raró contingit in ipsa piscatione. Septima ratio, quia vena-
8 tio † est minus decora, quàm ipsa piscatio & minus grauis. quid. n. turpius, quàm clericum huc, & illuc pedibus cursitantem aut equo volitantem
9 videre? Octaua † ratio, quia venatio caret exemplis sanctorum virorum. c. Esau. 86. dist. ibi. Esau venator erat, quia peccator erat, & penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliequem venatorem, piscatores inuenimus sanctos, cum pi-
10 scatio ipsos habeat Apostolis † ante, & post resurrectionem Christi, immo Christum ipsum approbantem, & iubentem retia tendi, ac de piscatione comedentem. Luc. & Ioan. capit. fin. Nona, quia persequi feras appetitus magis, & luxuriæ
11 quàm † rationis vel necessitatis esse cognoscitur. Decima, propter damnum quod infertur à ve-
12 natoribus agris † alienis. Vndecima, propter rixas multas quæ oriuntur inter venatores, & inter do-
13 minos agrorum prohibentes † ingressum eorum. Quæ rationes cum cessent in piscatione; meritò vnum prohibetur, alterum permittitur. Quia in re ita distinguendo dicas, aut loquimur de uenatione hominum oppresiua, & hæc indistinctè
14 prohibetur omnibus clericis † quibus interdicitur pugnare etiam cum infidelibus, nisi defensionis causa. c. ex multa de uoto, aut de venatione adula-
15 toria, & illa quoque † omnino prohibita dicitur capitulo uę qui dictis t 1. quæst. tertia aut de ue-
16 natione arenaria, quæ † fit cum homines certant cum bestijs, & hæc quoque prohibetur clericis. cap. primo de cler. uenat. aut uerò est uenatio se-
17 rarum saltuosa, uel clamosa, quæ † fit cum canibus & tunc, aut sunt in minoribus ordinibus cóstituti & arbitrio Iudicis puniuntur, aut in sacris, & tunc si habetur redditus in venatione sicuti plures sunt clerici in gallia, & licet eis cum non faciant ad uoluptatem alioquin deberent uitare hanc clamosam uenationem, putarem tamen eos posse, si rarissimè hoc facerent, causa recreationis, Arg. cap. primo de Cler. uen. dum dicitur in hac uoluptate sæpius detenti, secus ergo, si rarissime, & non causa uoluptatis, sed causa necessitatis, puta exercitij, ualetudinis causa, excitando appetitum propter morbum præcedentem cap. dilectus de homicid. dummodo non alat canes de redditibus ecclesiæ, nec eos retineat in
18 propria † domo. uenatio uerò quæ fit cum rete, seu laqueo, licita est clericis, dummodò frequenter non insistant glo. 3. cap. Esau 86. distin. Abb. & Doctor. comm. capitulo primo & seq. de cler. uen. Doctor. clem. prima §. porrò de stat. Mon. Innocent. & Abbas capitulo dudum il secundo de elect. Felinus. capitulo auditis de præscri. Didac. secundo primo relect. capitulo peccatum. §. octauo numero secundo de regulis Iuris sexto ubi dicit quid quid captum fuerit a Clericis etiam illicita uenantibus, proprium capientium fit, nec iudicio animæ restituendum erit. concl. Possella uer. uenatio, & Armi. numero secundo Bonifac. Clemen. prima §. porrò numero secundo de stat. Monachor. Tiraquell. tractatu de nobil. cap. 87. numer. 148. concl. capitulo cum Amplissimis numero secundo de censibus. Zabar. capit. secundo de cler. uen. Præpos. capitulo omnibus 34. distin. & capitulo quorundam ead. distin. Franciscus Marcus decis. 530. numero 9. volumine primo Diaz. in praxi Crim. c. 61. pœna autem clerici uenantis dicitur in sequenti quoniam.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna Clerici ratione venationis prohibitæ.*
2 *Clerici venantes, venatione oppressiua, vt homicidæ puniuntur.*
3 *Clerici venantes venatione arenaria quando efficiantur infames.*
4 *Episcopus venator qua pęna puniatur.*
5 *Præsbyter venator quomodo puniatur.*
6 *Diaconus, & subdiaconus venantes an puniendi sint.*
7 *Pęna maior imponitur maiori.*
8 *Ex persona pensatur qualitas delicti, & pęnę.*
9 *Clericus in minoribus constitutus venando qua pœna puniatur.*

*Quæstio IX. Primæ partis.*

1 Ono quęro, quę sit pęna † clerici uenantis uenatione ꝓhibitæ? Resp. ꝙ si uenãtur, uenatione oppressiua hominũ tam clerici quã laici puniũť pęna homicidij, faciunt. n. cõtra pręceptũ nõ occides. Turrecrem

c. qui

c.qui venatoribus nu. 2. 86. distinctio.sicuti fuit
Nembrot venator coram Domino, idest homi-
num oppressor.c. 10. Genes.cap.fin. §. his itaque
6. dist. si verò venantur, venatione arenaria pec-
cant mortaliter si verò locassent ad id operas
3 suas, tam Clerici, quàm laici † efficiuntur infa-
mes leg. 1. §.item.ff.de post. leg. 2. §. fin.ff. do his,
qui not. infamia. si verò uenantur uenatione sal-
tuosa, quia Episcopum, Præsbyterum aut Dia-
conum, canes aut accipitres, aut huiusmodi ad ue
4 nandum habere non decet, quòd si quis † talium
personarum in hac uoluptate sæpius detentus
5 fuerit; si Episcopus † est tribus mensibus à com-
munione, si Præsbyter duobus, si Diaconus ab
omni officio suo suspendatur. capi. 1. de clerico
uen. eadem pœna, qua Diaconus punitur, & Sub-
6 diaconus † punietur, ut dicunt Doctor. com. d.
cap. primo & licet uideatur imposita maior pęna
7 minori quam † maiori, quod est contra illud cap.
Homo 40.distin. cap. nulli 19. distin. plus tamen
punitur hic Episcopus & præsbyter quàm diaco-
nus, maior enim reputatur illa pęna in Episcopo,
uel pręsbytero quam suspensio à beneficio in Dia
cono, uel Subdiacono propter maius scandalum.
8 ex persona † enim consideratur iniuria. §. atrox.
inst. de iniur. sic, & pœna ex persona iudicatur
parua, uel magna glo. fin. d cap. primo de cle. ue-
natore. quid autem in clericis in minoribus ordi-
9 nibus † constitutis? dicunt Doct. Iudicis arbitrio
puniri. Ioan. And. & Hostien. dicto ca. primo &
Diaz. in pract. crim. cap. 61. numero 7. Iac. Men.
libro secundo Cent. 5. Cas. 413. numero 18. de
arb. Ind. uol. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Venatio, piscatio, & aucupium an possint prohiberi ne exerceantur aliquibus certis instrumentis.*
2 *Feræ, pisces, & volucres sunt pro ornamento vniuersi, atque pro vtilitate hominum.*
3 *Feræ prohibentur capi cum instrumento Zonę.*
4 *Aues prohibentur capi cum sclopo, seu arcobusio.*
5 *Pisces prohibentur capi esca.*

## *Quæstio X. Primæ partis.*



1 DECIMO † quęro an uenatio
possit prohiberi, ne fiat cum
quibusdam retibus uel alijs
instrumentis, aptis ad fera-
rum depopulationem, uel ho
minum periculum? Respód.
2 quòd sic, quia † feræ, uolu-
cres, & pisces nó solum sunt
pro ornaméto uniuersi, sed etiam pro utilitate ho
minum, undo Princeps prohibet uenationem, quę
3 fit † cum instrumento Zonæ quia eò plures extin
guũtur, & capiuntur feræ atque inde sequitur ani
malium syluestrium, & ferarum innumera ex-
4 tinctio, quæ † Reipub. incommoda est: simili-
liter, ne quis cum sclopo aucupetur, cum pro-
pter tonitrua arcobusiorũ fugentur, & terreantur
aues, & feræ, item prohibere potest, ne quis pi-
scari possit cum esca, qua occiduntur pisces in ma
5 gna quantitate, † prout extant leges super præ-
missis editæ à Serenissimo Magno Etruriæ Du-
ce in suo magno Ducatu, quæ leges consonant
cum dispositione iuris communis not. §. nemo
retia de pace tenenda leg. qui foueas adul. Aquil.
Plat. & Rebuff. l. unica C. de uen. fer. lib. 11. Bert.
cons. 155. libro primo Cassan. in consuet. Borg.
rubr. 16. §. 6. numero tertio Medina in tract. de
rest. quæst. 12. Didac. p. 2. relec. reg. peccatum §.
8. de reg. iur. 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Venatio an prohiberi possit certo tempore.*
2 *Feræ pręgnantes non possunt venari.*
3 *Tempore ieiunij, quando liceat venari.*
4 *Die festo quando venari liceat.*

## *Quæstio XI. Primæ partis.*



NDECIMO quæro an ue-
1 natio prohiberi possit † certo té-
pore? Respond, quòd sic, nam
tempore niuium, quibusdam in
locis, ut in Hispania, non licet ue
natio leporum, similiter nec
tunc licet perdices aucupari. similiter tempore
2 quo feræ † sunt prægnantes, & uolucres faciunt
nidos, ne fiat nimia depopulatio ferarum, & auiũ
Didac. secunda parte relect. §. 8. numero tertio
uer. secundo de reg. iur. 6. item prohibetur tem-
3 pore ieiunij nisi necessitas † urgeret. glo. cap. qui
uenatoribus 86. distin. cap. quid prodest. ead. di-
stin. ibi quid prodest ieiunare uisceribus, & luxu-
riari uenatibus, abstinere à cibis, & errare pec-
catis? & cap. an putatis, ead. distin. ibi, an puta-
tis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo, non
ad Ecclesiam vigilat non Beatorum Martyrum
Sancta loca perquirit, sed surgẽs congregat seruu
los, disponit retia, canes producit, saltus syluas-
que perlustrat, seruulos inquam secum protrahit,
fortasse magis ad Ecclesiam festinantes, & uolu-
ptatibus suis peccata accumulat, aliena nesciens
reum se futurum tam de suo delicto, quàm de per
ditione seruorum. Tertio tempore festi non est
4 licita uenatio, quãdo per eam † detrahimur ab au
dienda missa, nisi forte id faceret propter neces-
sitatem famis. cap. licet de ferijs idem si apri, lupi,
uel ursi, aut similes bestiæ uenirent uastare sege-
tes & uineas, nam tũc etiam clericis, uel monachis
licita est uenatio. Mar. Soc. sen. c. 1. numer. 12. de
cler. uen. Nau. Man. confess. c. 13. num. 11.

*S V M M A R I V M.*

1 *Armis an vti possint venatores.*

constaret an sint fructus industriales? Resp. quod sic, quoniam in illis plus versatur, & operatur factum, ac industria hominis, quàm Natura Aug. 1 Ber. in c. grauis nu. 16. de rest. spol.

SVMMARIVM.

1 *Mobilia, an immobilia bona dicantur esse feræ pisces, & volucres.*

2 *Vendito fundo an dicantur venditi pisces existentes in eo.*

## Quæstio XVII. Primæ partis.



1 DECIMO † septimo quæro vtrum feræ pisces & volucres computētur inter bona mobilia an immobilia? Respondetur distinguendo, quòd aut conceduntur cū fundo, & iudicatur de illis, sicuti de alijs mobilibus solo cohærentibus, aut conceditur flumen, vel lacus, & censentur immobilia. c. 1. quæ sint regalia si verò sine fundo, & tunc si conceduntur certi pisces, putà qui sunt in lacu, vel piscina indubitanter censentur res merè mobiles §. item feras inst. de rerum diuis. aut verò conceditur ius piscandi, & tunc aut ad certum tempus, aut in perpetuum primo casu erit res mobilis, secundo autem immobilis. Arg. leg. diuortio §. si fundum ff. sol. matr. præterea, aut pisces in stagno sunt, aut in piscina si sunt in stagno censentur res immobiles, si sunt in piscina sunt res mobiles præterea aut ponuntur in stagno, seu piscina causa custodiæ, aut verò vt multiplicentur primo casu censentur res mobiles, secundo autem immobiles. Guid. decis. 91. numer. 5. ita dicit intelligendam esse leg. funes ff. de actio. empt. ibi funes labra salientes fistulæ quoque quæ salientibus iunguntur, quamuis longè excurrant extra ædificium, ædium sunt. Item canales pisces autem qui sunt in piscina, non sunt ædium, nec fundi vbi Barto. dicit quod vendito
2 fundo veniunt † omnia quæ sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi & ex hoc arguit à contrario quod pisces non veniunt in vendiтione fundi distracti in quo est piscina quia non sunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi & ideo non censentur pars fundi, sed vendito stagno videntur & venditi pisces in eo existentes quia stagna fiunt propter pisces sicuti arua propter fruges, & sic cū pisces sint causa finalis ipsius stagni, patet quod sunt in stagno propter eiusdem vtilitatem perpetuam, & ex consequenti pars stagni esse intelliguntur, & hoc verum, nisi pisces essent in stagno repositi ad modicum tempus, quia tunc non censentur ibi positi ad perpetuam vtilitatem stagni l. fundi. §. labeo. ff. de act. empt. addentes ad decis. 91. num. 5. Guid. Cassan. in consuet. Burg. ver. tous Meubles nume. 23. Tiraq. in tract. de retract. lignagier. §. 1. gl. 2. ver. ou Autres num. 117. & quod dicitur de piscibus, intellige quoque de alijs animalibus ex identitate rationis.

SVMMARIVM.

*Interesse an dari possit venationis, piscaturæ & aucupij.*

## Quæstio XVIII. Primæ partis.

1 DEcimo † octauo quæro vtrum venationis piscationis, & aucupij lucrum cessans peti possit? Resp. quod non: quoniam incertum est an capi aliquid posset, & multa accidere possent, vt non caperent probarique certè non potest stracc. trac. de mercat. tit. de contract. mercat. numer. 5. per leg. quem admodum. §. planè ff. ad leg. Aquil. ibi C. planè si culpa nautarum id factum sit, lege Aquilia agendum sed vbi damni iniuria agitur ob retia, non piscium, qui adeo capti non sunt fieri æstimationem, cum incertum fuerit an caperentur idemque & in venatoribus, & aucupibus probandum. Paul. l. non vtique §. fin. ff. de eo quod certo loco Roman. sing. 681. præposit. c. iuuenis desponsalibus. Boer. in addi. ad Dyn. Rub. de reg. iur. 6. Abba. in c. commissum de decimis, quod dictum procedit, vt habeat locū in littoribus, & fluminibus, vbi piscatio certa nō est, sed admodum rara, Et in certa, quod plerumque contingere solet, si quidem piscatores hac ratione sæpius eluduntur, quàm capiant. At vbi piscatio, aut venatio vberrima, & optima est, ac certissima, quæ fallere non solet, profectò tunc amissio captus piscium propinquum est interesse, & probabile, vnde æstimari potest. l. at lex. ff. ad l. aquil. vnde impeditus piscari, aut venari ab eo, qui iure impedire nō poterat, agere valeat non solum ad retia ipsis rupta, & eorum æstimationem, sed consequenter etiam ad æstimationem piscaturæ, quæ iuxta tempus, & locum certa imminebat quin & prætor hanc æstimationem, potest & altera in his piscationibus, & venationibus constitui æstimatio, si venator aut piscator certum quotidie lucrum habeat, ex pacto quod cum altero pepigerit, vt ei det centum pro cuiuslibet diei piscatura, etenim ex hac pactione piscator habere debet pro cuiuslibet diei piscatura centum & ea certissima siue piscatio, vel venatio vberrima sit, siue sterilis leg. si iactum ff. de act. empti Did, 2. p. relect. reg. peccatum. §. 8. nu. 12. de reg. iur. 6.

SVMMARIVM.

1 *Damnum datum resarciendum est à venatoribus.*

2 *Principes tenētur resarcire damna, quę proueniunt ex causa prohibitæ venationis.*

## Quæstio XIX. Primæ partis.

1 DEcimonono quæro vtrum † damnum datū ex causa venationis, sit resarciendum? Respond. primo quod venator tenetur ad æstimationem damni, quod per venationem Domino prohibenti dedit, in qua est habenda ratio animalium, quæ nisi extraneus venatus fuisset Domino fundi, eiusque conductor, vel vsufructuarius

rius sua fecisset per apprehensionem habita ratione venationis, quæ in eo fundo per dominum soli exerceri solebat. Secundo tenetur ad damnū quod agri domino intulit venator in fructibus, & segetibus, etiā si expressa prohibitio nō fuerit præmissa, cum sufficiat tacita quoad istud damnum Didac. 2. p. relect. reg. peccatum. §. 8. nume. 11. de
2 reg. iur. 6. Angel. ver. venatio nu. 2. † Tertio Princeps prohibens venationem, tenetur ad damna, quæ animalia ob prohibitionem inferunt in agris alienis. Dom. Soto libr. 4. de iust. & iure quæst. 6. Art.

*S V M M A R I V M.*

*Iactus retis an vendi possit.*

## *Quæstio X X. Primæ partis.*

1 VIGESIMO quæro † an iactus retis vendi possit? Resp. quod sic. l. si iactum ff. de act. empt. ibi C. si iactum retis emero, & rete iactare piscator noluerit, incertum huius rei æstimandum est; sed si quod extraxerit piscium reddere mihi noluerit, id æstimari debet, quod extraxit, vbi gl. dicit, quod illud incertum æstimandum est, quantum est verisimile, quod esset captū quod inspicitur, secundum quod consuetum est, etiam si maior sit æstimatio, quàm precium conuentū, nam id plerūq; euenire poterit Didac. 2. p. relect. c. peccatum c. 8. nu. 12. ver. hinc & illud de reg. iur. 6.

*S V M M A R I V M.*

1 *Decima Ecclesiæ an sit soluēda ex venationibus, & piscationibus.*

## *Quæstio X X I. Primæ partis.*

1 IGESIMO † primo quæro an decima sit soluēda Ecclesiæ ex piscationibus, & venationibus? 1
Resp. quod sic vbi ex consuetudine soluitur, aliàs secus. Didac. 2. p. relect. c. 8. num. 12. c. peccatum de reg. iur. 6. Marian. Socin. sen. c. 1. nu. 12. de cler. venat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Expensas an contribuere teneatur pistator partem aqua habens cum Molendino.*

## *Quæstio X X I I. Primæ partis.*

1 VIgesimo secundo † quæro si quis habeat partem in piscibus, & aquæ super quam fiunt clusæ pro molendino, & non habeat partem in molendinis, an si fiat vna clusa propter molendinū, quæ aliàs non fieret pro piscibus tantum debeat in ea contribuere habens ius in aqua propter
1 maius cōmodum piscium? Resp. quod nō. Brun. tract. de augmento conclu. 20. nume. 7. decidit in puncto.

*S V M M A R I V M.*

1 *Donare aliquid venatoribus an sit licitum.*

## *Quæstio X X I I I. Primæ partis.*

1 IGESIMO tertio † quæro an sit licitum donare aliquid venatoribus? Resp. quod de hoc est textus expressus. c. qui venatoribus il 1. & 2. 86. distin. ibi qui venatoribus donant quare donant? dicant mihi, quare dant venatori? hoc in illo amant, in quo nequissimus est, hoc in illo pascunt, hoc in illo vestiunt, ipsam nequitiam publicant spectaculis hominum qui dicant histrionibus, qui donant meretricibus quare donantur nunquid non & ipsa hominibus donantur, non tantum Naturam ibi attendunt operis Dei, sed nequitiam operis humani, & in c. seq. ibi qui venatoribus donant non hominibus donant, sed arti nequissimæ nam si homo tantum esset, & uenator non esset non ei donares honoras in eo uitium, non naturam ubi gl. dicit quod illi textus loquuntur de uenatione arenaria, quæ est cum quis pugnat in arena, cum bestia, & ad hoc uenator locat operas suas, quo casu ipse est infamis & ille, qui ei donat peccat mortaliter secus autē si donaret homini uenatori uenatione licita.

*S V M M A R I V M.*

1 *Exceptio data contra aliquem quod sit venator de qua venatione intelligatur.*
2 *Interpretatio fieri debet in meliorem partem.*

## *Quæstio X X I I I I. Secundæ partis.*

1 IGESIMO quarto † quæro si fuerit data exceptio contra aliquem clericum, vel alterum, quòd sit venator de qua venatione intelligeretur? Res. quod indubio intelligi debet de venatione, quæ fit recreationis, non autem voluptatis causa. Archid. c. qui venatoribus 86. dist. Alex. cons. 72. nu. 5. vol. 1. cons. 174. vol. 2. Sapia in addit. ad Abb. in c. 1. de cler. ven. Diaz in praxi crim. c. 61. Rosella uenatio interpretatio enim fiat in meliorē partē c. estote de reg. iur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Venator ingressus fundum alienum Domino non prohibente, an possit postea expelli.*

Quæ-

### Quæstio XXV. Primæ partis.

1 Vigesimo † quinto quæro an postquam sum in fundo alieno, causa aucupandi, Domino non prohibente possim postea expelli? Resp. quod non §. feræ inst. de rerum diui. arg. ibi à contrario sensu, non obst. l. quemadmodum §. 1. ff. ad L. aquil. nam Resp. quod ibi nullo iure possum habere appensum, uel ædificium in alieno hic autem causa venandi iure intro alienum ut d. §. feræ igitur post ingressum Domino sciente, & patiente, non possum prohiberi ita in puncto Aret. d. §. feræ numero primo inst. de rerum diuis.

SVMMARIVM.

1 *Retineri an possit venator per Dominum prohibentem ingredi fundum suum.*
2 *Resistere manu poterit Dominus prohibens venatorem ingredi fundum, si aliàs non prodest.*
3 *Bestia aliena reperta in prato suo quando retineri possit.*

### Quæstio XXVI. Primæ partis.

1 VIGESIMO sexto † quæro an possit venator adhuc in fundo retineri vt reddat quod percepit? Resp. quod non sed Dominus aget actione iniuriarum si intrauit eo prohibente l. iniuriarum actio. §. pen. ff. de iniur. gl. l. 3. §. 1. ff. de acq. rerum dom. Cyn. & Bart. l. 5. omnia eod. titulo: omnis enim venatio pertinet ad venatorem & nulla violentia per dominum fieri potest, sed tantumodo actione iniuriarum contra eum agi poterit. Dominus tamen poterit volenti ingredi-
2 fundum manu † resistere gl. l. 3. §. plane. ff. de acq. rerum dom. Veron. tract. de seruit. rust. præd. tit. de aucupatione nu. 3. not. l. quemadmodum. ff. ad l. Aquil. Similiter eodem modo si tu reperias in prato tuo alienam bestiam, non est tibi licitum retinere, si dominum cognoueris, sed more ciuili debes expellere eam: si autem dominum non cognosceres posses causa tui iuris conseruandi retinere l. quintus ff. ad l. Aquil. port. §. singulorum nu. 23.
3 inst. de rerum diuis. Bart. l. prætor. §. si † dominus ff. de damno infecto.

SVMMARIVM.

1 *Regalia an dicantur venatio piscatio, & aucupium.*
2 *Redditus venationis, piscationis & aucupij an sint de regalibus.*
3 *Gabella quando soluatur de his, quę venatione capta sunt.*

### Quæstio XXVII. Primæ partis.

1 VIGESIMO septimo quæro † an ius uenandi, piscandi, & aucupandi sit de regalibus C. Resp. quod de hoc est textus c. unico quæ sint regalia in usibus feud. ibi piscationum redditus, & salinarum & bona committentium crimen maiestatis qui textus intelligitur, ne sit edictum prohibitorium, ne piscari liceat sed reseruantur
2 Principi † redditus consueti piscariarum ut est gabella, seu aliud tributum de his, quæ piscatores
3 faciunt, seu de † his quæ à mercatoribus fiunt. Roderic. Soares in alle. 17. nu. 11. dummodo consuetudo sit talis, ut Princeps soleat exigere aliquid, & populus non præscripserit contrarium Abbas, cons. 16. nume. 11. uel connentio inter ipsos aliter interuenerit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio Principis an acquiratur ius venandi.*
2 *Remunerationis causa an possit concedi ius venandi.*

### Quæstio XXVIII. Primæ partis.

1 VIgesimo † octauo quæro, an ius piscandi acquiri possit priuilegio principis? Resp. quod sic quia si facultas uenandi piscandi & aucupandi quę ritur præscriptione ut dicam in seq. quæst. uidetur quod etiam priuilegio quæri possit cum ista æquiparentur ca. cum contingat de foro competenti c. nouit de judic. c. si duo de offic. ordin. And. de Isern. ca. 1. §. nemo de pace ten. Natta cons. 522. nu. 23. quod priuilegium potest concedi à Principe, ut aliquis in aliqua parte maris seu fluminis publici uenari possit, aliosque ne id faciant prohibere. gl. l. uenditor ff. com. præd. Didac. 2. p. relect. §. 8. nu. 10. c. peccatum de reg. iur.
2 in 6. & † hoc maximè concedere potest, ex causa remunerationis. Natta d. loco nume. 30. Zoanettus l. 2. num. 170. C. de pact. inter empt. & uendit.

FINIS.




# DE VENATIONE,

## PISCATIONE, ET AVCVPIO.

## PARS SECVNDA.

## SEBASTIANI MEDICIS FLORENTINI IVRECONSVLTI.

## Equitis Sancti Stephani, & Protonotarij Apostolic.

### *SVMMARIVM.*

1 *Præscriptione, an quæri possit ius venandi, piscandi, & aucupandi.*
2 *Iura negatiua an possit præscribi.*
3 *Seruitutes, quæ præscribi possint.*
4 *Iura affirmatiua, quando præscribi non possint.*
5 *Præscriptio habet vim contractus.*
6 *Consuetudo est maioris efficaciæ quam præscriptio.*

### *Quæstio I. Secundæ partis.*

1 PRIMO † quæro utrum ius uenandi, piscandi, & aucupandi possit quæri præscriptione? Respond. quod sic quando est tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat, uel consuetudine legitimo consensu Populi statuta. Bald. Rubr. ff. de rerum diuis. Aret. §. flumina. inst. de rerum diuis. Balb. tract. præscr. §. principali p. 4. p. 9. 6. Crau. tract. de antiq. tempor. 4. p. cap. materia ista nume. 80. Didac. 2. p. relict. §. 8. nume. 10. c. peccatum de reg. iur. 6. Natta in cons. 521. num. 1. & seq. uol. 3. declaratur hoc dummodo quis pluribus annis piscatus fuerit, & alios prohibuerit. Sed si non prohibuisset quamuis frequentissime & quòd tot annis solus piscatus fuisset, non quæritur ius ad alios prohibendos ne habeant piscari. Vnde licet iura negatiua non
2 possint præscribi, tamen possunt † de consuetudine acquiri. Vnde si quis pluribus annis solus piscatus fuerit, & alios prohibuerit sciente populo, & non concedente; videtur, quod possit sibi ius quærere ex tacito consensu populi, & sic cum acquirat quasi possessionem cum diuturnitate tẽporis præscribit, vt dicit Boer. in consuet. Burg. Rubr. 13. §. 2. numero 13. ver. des foresti: nota lege quisquam ff. de diuers. & tempor. præscr. veron. tract. de seruit. rust. præd. tit. de piscatione num. 4. cum l. præscriptio nume. 1. ff. de vsucap. pro maiori declaratione huius quæstionis notandum est, quod sunt quædam seruitutes, siue iura, quæ nega
3 tiua sunt, hoc est quæ consistunt † in prohibendo, ant affirmatiua dicuntur: si sunt negatiua, acquiritur quasi possessio eorum ex prohibitione alteri facta, veluti si te vicinum meum volentem altius tollere domum tuam prohibeam, putans scilicet id mihi licere prohibitioni ve nõ contradicas, tunc in quasi possessione esse incipio seruitutis, ne altius tollere queas domum tuam gl. & Doct. l. 1. C. de seruit. & aqua l. fin. ff. quemadmodum seruit. amittatur. l. fin. ff. de itinere actuque priu. glo. leg. qui luminibus ff. de seruit. vrban præd gl. & Doct. c. Abbate de verb. sign. huic iuri, seu seruituti si habet causam continuam præscribitur decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes. si verò causam non habeat continuam præscribitur tanto tempore cuius initij nulla sit memoria. l. hoc iure. §. ductus quæ. ff. de aqua quoti. æst. l. 1. §. fin. ff. de aqua plu. Arc. gl. & Bart. l. 2. C. de seru. & aqua. Quando verò sunt iura affirmatiua,
4 vt puta † quod mihi liceat ire agere per agrum tuum, aut aquam ducere, & similia, tunc in huiusmodi iuribus non acquiritur quasi possessio, nisi prius triginta dies eo iure fuero vsus non vi, non clam, non præcario l. 1. §. 1. ff. de itinere actuque priu. Bart. l. 1. numer. 2. C. de seru. & aqua. Vnde post inchoatam in his iuribus affirmatiuis quasi possessionem, implebitur sicuti dixi in negatiuis præscriptio decem, aut uiginti annis si causam iura hæc

ra hæc habeant continuam, uel si causam non habeant continuam tantum desiderabitur temporis quantum memoriam hominum excedat, quod & in præscriptione seruitutis negatiuæ dictum est. Quibus ita suppositis, si contingat quòd aliquis in alienis agris, siue nemoribus, præscriptione acquirat ius uenandi, ipsi agrorum Domini poterunt iure prohiberi, ut uenetur etiam in proprijs agris. Ratio est quia quamuis ea quæ mere facultatis sunt, non possint præscribi. c. possessiones 16. q. 1. gl. leg. solent ff. de offic. proconf. Bart. leg. secunda, capitulo de seruitut. & aqua. Vnde si per longissimum tempus uenissem ad molendinum tuum, molendi causa, aut tu sicut & tui parentes olim antea hospitio diutissime recepisses aliquos certæ familiæ, non ero propterea obligatus molendinum tuum posthac accedere, sed molitorem alibi potero mihi quærere, quoniã illa itio mea fuit meræ facultatis, secundum Petr. Cyn. & Bald. l. 1. num. 10. C. de seru. & aqua. Item non eris propterea tu in posterum obligatus recipere prædictos in domum tuam quia ille actus recipiendi, liberam tuam facultatem, vrbanitatemque respexit. Innoc. c. cum. Ecclesia de causa poss. & propriet. Abb. c. Abbate num. 10. de verb. sign. nihilominus si me volenté accedere ad aliud molendinum, molendi gratia, prohibueris, putans id tibi iuris esse, egoq; prohibitioni tuę patienter acquieuero. incipies tu quidem esse in quasi possessione illius iuris prohibitiui, cui per tẽpus longissimum postea præscribi à te rectè potest & iure, tum ipse cogar non ad aliud, ac tuũ molendinum molendi causa venire leg. si quis diuturno. ff. si seru. vendicetur. Ias. l. quominus nu. 28. & seq. ff. de flumin. Idem erit, si te prohibente dicti de familia, domum tuam recipi voluerint, si tali casu tanto tempore recepti fuerunt cuius initij memoria non est in contrarium, hoc ius præscribere dicentur. Si ergo quis in flumine piscatur, si alios ipse (nemine contradicente) volentes inibi piscari prohibeat, & prohibitioni factæ non reclament illi, quorũ interest; constituitur ex eo in quasi possessione ibidem solus piscandi, ita vt huic iuri prę scribere queat. Doct. §. flumina inst. de rerum di uis. not. l. si quisquam. ff. de diuers. & tempor. præscr. Bald. l. item. ff. de rerum diuis. Vnde ingressus sæpe numero repetitus, & prohibitio facta cũ patientia subsequuta bonam fidem inducũt, nec nõ possessionem tribuunt, & per consequens præeunte immemorabilis temporis cursu præscriptio procedit glo. capi. Abbate de verb. sign. Doct. c. non est de decimis, quæ præscripti vim obtinet tradi-

5 tionis, & contractus, veritatisque † vice fungitur. Bald. l. 1. c. de seru. & aqua l. si pupillus. ff. de adm. tutor. qua præscriptione acquisita, nõ tenetur quis amplius causas, aut titulum iuris quæsiti ostendere, vel de illo ullam reddere rationem. Doct. l. si quis diuturno. ff. de serui. & aqua, vetustas enim pro iure, & causa est accipienda l. fin. ff. de aqua plu. arc. & quia piscatio est iurisgentium; constituam hanc regulam; quòd loca publica iurisgentium, quæ occupanti conceduntur longo tempore post occupationem non præscribuntur quominus cessante occupatione redeat in pristinam causam. Et iterum concedantur occupanti l. fin. ff. de vsucap. limitatur hæc regula, vt non habeat locum in consuetudine, nam licet ea, quæ competunt de iure gentium, præscribi non possint, tamen consuetudine possunt acquiri Aret. §. flumina inst. de rerum diuis. Ex quo infertur, quòd si pluribus annis vnus solus in certa parte fluminis publici piscatus fuerit & alios prohibuerit sciente populo, & non contradicente, quòd est sibi ius quæsitum ex tacito consensu populi, adeo, quòd de cætero ipse solus piscari poterit, & alios prohibere, & sic aliud est consuetudo, & aliud est præscriptio: & in hoc differunt, quia ex præscriptione ius vnius quod ab eo aufertur, alteri applicatur, sed cum ius aliquod applicatur alteri, ita quòd alicui non auferatur; tunc illa propriè dicitur consuetudo. Sed in casu isto applicatur ex consuetudine prohibenti, licet aliquid proprium alicui non auferatur: ergo non dicitur præscriptio nec istud ius ex præscriptione acquiritur, sed ex con-

6 suetudine patiente populo † gl. 1. & Bart. l. 1. ff. de iniurijs. in præscriptibilia enim acquiruntur consuetudine c. super. §. prætereа de verb. sign. & ubi per legem tollitur præscriptio, non tollitur consuetudo: & ad inducendam talem consuetudinẽ opus erit probare quòd quis fuerit piscatus tempore saltim decem annorum in tali parte fluminis publici, & quòd alios prohibuerit piscari durante illo tempore saltem bis, sciente, & patiente populo, seu maiori parte, & non contradicente, vel quòd verisimiliter transierit in notitiam populi, aut maioris partis, quia ista requiruntur ad probationem consuetudinis not. l. de quibus. ff. de legibus. Secundò limi. hæc regula vt procedat in præscriptione communi vel longissimi temporis, sed non procedit in præscriptione tanti temporis; cuius initij memoria non extat in contrarium. Ang. d. l. fin. de vsucap. Doct. §. fluminum inst. de rerum diuis. Tertio limit. ex mente Angel. cons. 289. vbi dicit quòd talia non præscribantur; procedit, si ex hac longiss. possessione velimus acquirere dominium eorum, quæ nobis iuregentium communia sunt, sed per ipsam talem possessionem, vel quasi bene acquirimus ius quoddam excipiendi, ut de possessione non expellamur, cuius possessionis effectus est duplex, primus est, quia si turbamur in ea agere possumus contra turbantem. l. sane. ff. de iniurijs. Secundus est, quia antequam expellamur, prohibere possumus, ne quis intret locum nobis inuitis. Vnde prohibere possumus ratione possessionis, nauigationem, & piscationem maris, & fluminis, quę aliàs nobis sunt communia de iuregentium. not. l. si quisquam. ff. de diuers. & temp. præscr. gl. §. flumina ver. omnibus inst. de rerum diuis. Balb. in tract. præscr. 4. p. 5. p. principalis quæst. 6. per totam.

*SVMMARIVM.*

1 *Seruitus realis an personalis sit ius venandi.*
2 *Seruitus personalis extinguitur cum persona.*
3 *Facultas venandi transmittitur ad hæredes.*

*Venatio*

4 *Venatio eſt in vtilitatem hominis.*
5 *Venatio eſt ſeruitus iuriſdictionalis.*
6 *Iuriſdictio quomodo cohæreat perſonæ.*

## *Quæſtio II. Secundæ Partis.*

1 SECVNDO quæro, † an ius
venandi, piſcandi, & aucupandi
ſit actio realis, vel perſonalis?
Reſp. quod de hoc ſunt opinio-
nes, nam quidam dicunt non eſ-
ſe ſeruitutem prædialem, quia
hæc deſeruit ad vſum, & vtilitatem agrorum vici-
norum gl. & Doct. l. 1. ff. com. præd. quod non cō
tingit in venatione, cum quis vtatur hac facultate
in Syluis alienis, etiam ſi agros vicinos non ha-
beat. Alij dicunt, non eſſe ſeruitutem perſonalem,
quia venādi poteſtas eſt, vt puta, vſusfructus, quia
2 ſeruitus perſonalis deficit † cum perſona cui de-
betur l. vſus aquę ff. de vſu & hab. venandi autem
poteſtas trāſmitritur ad poſteros, & hæredes. Alij
dicunt, neque realem, neque perſonalem ſeruitu-
3 tem eſſe, ſed inter † pacta perſonalia connumerari
quod etiam minime verum apparet quia (vt di-
ctum eſt) interiret cum perſona. Alij dicunt eſſe
ſeruitutem realem, ſed innominatam quod etiam
non eſt verum, cum venatio reſpiciat vtilitatem
4 ac uoluptatem † perſonæ. Faber. §. æque. inſt. de
action. cum igitur non ſit facultas venandi ſerui-
tus realis, nec perſonalis, nec prædialis, dicendum
eſt argumentando ab effectu. leg. debitor. ff. ad
Trebell. quod ius venandi nihil aliud ſit regulari-
ter quàm ſeruitus à Syluis, & nemoribus plebeio
5 rum iuriſdictioni † nobilium debita. Vnde ſi quis
priuetur mero, & mixto imperio cū iuriſdictione
quam habet alicuius territorij, amittit quoq; ius
venandi. Similiter ſi Princeps concederet alicui
arcem ſuam ſine tamen iuriſdictione certe ius ue
nandi non dicetur conceſsiuè, quod ſi eſſet ſerui-
tus prædialis, ſeu realis ad quoſcunque ſucceſſo-
res arcis pertineret. Dicendum eſt igitur, poteſta-
tem uenandi, eſſe ſeruitutem iuriſdictionis, ſeu iu
riſdictionalem, quę naturā realis ſeruitutis habet,
quę debetur à ſubiecto territorio cohærēt iuriſ-
dictioni ſicque à re rei, Nam quemadmodum fun
dus proprietatem habet, ita & iuriſdictio ſuam di
citur habere proprietatem. Vnde Bald. proprieta-
tem iuriſdictionis nominat, leg. à procuratore,
C. mandati, & quamuis iuriſdictio dicatur cohære
6 re perſonæ magiſtratus, ſicut † dominiū rerū per-
ſonæ Domini. Bart. leg. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.
& percōſequēs videretur potius ſeruitus perſona
lis, ut puta debitæ perſonæ eius, qui habet iuriſdi-
ctionē, nihilominus Reſp. iuriſdictionē cohærere
perſonę magiſtratus ſecundū quid idest reſpectu
exercitij ipſius iuriſdictionis, ſed vniuerſaliter
cohæret ſubiecto territorio, cuius latitudinē &
longitudinem non egreditur. leg. fin. ff. de iuriſd.
omn. iud. Innominata quoq; uenationis ſeruitus
dicetur, cum inter nominatas non computetur
Doctores lege prima. ff. de ſeru. ruſt. præd.

SVMMARIVM.

1 *Actio, quæ competat contra deteriorantem vena-
tionem.*
2 *Actio confeſſoria in rem quando competat pro ve-
natione deteriorata.*
3 *Actio doli, quando competat pro venatione.*

## *Quæſtio III. Secundæ partis.*

1 TERTIO quęro, † quæ actio
competat pro deteriorata vena-
tione? Reſp. quod quatenus li-
ceat dominis ſyluarum arbores
excidere, poterunt illi ita ſyluis
proprijs frui, quo tamen ipſa ve
natio deterior nō fiat. l. 1. §. labeo. ff. de aqua quo.
æſt. alioquin ille cui venatio competit, quanti ſua
intererit, à prædiorum dominis per confeſſoriam,
in rem actionem erunt conſequuturi. l. loci. §. in
2 cōfeſſoria † l. ſi quis diuturno. §. agi. ff. ſi ſer. vend.
quam cōfeſſoriam directam, ſoli illi exercebunt,
qui iuri venandi ex immemorabili tempore præ-
ſcripſerunt. quòd ſi dolo malo proprietarij ſylua
3 rum inuentionis detrimentum † verſarentur, a-
ctionis doli quoque non iniuria fierent rei l. 1. §.
denique l. ſi in meo. ff. de aqua plu. Arc. l. ſi eo. ff. ſi
ſeru. vend. Zoanet. l. 2. num. 208. C. de pact. inter
empt. & vend.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd nullus venari poſſit an valeat.*

## *Quæſtio IIII. Secundæ partis.*

1 QVARTO quæro an † va-
leat ſtatutū quòd nullus poſ-
ſit venari in tali loco? Reſp.
quòd non, quia violentiam
inferre dicitur, niſi interue-
niat conſenſus eorum quo-
rum intereſt: poſſunt tamē ti
mere de pœna, ne ſibi auferā-
tur de facto. Natta conſ. 375. num. 2. Vide quæ di
xi ſupra, cum de prohibitione venationis diſputa
tum fuit. Si ſtatutum tolleret in totum facultā-
tem venandi, piſcandi, & aucupandi; non va-
leret.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo prohibens venationem an valeat.*
2 *Conſuetudo an faciat venationem illicitam de iu-
re eſſe licitam.*

## *Quæſtio V. Secundæ partis.*

1 QVINTO quæro an † valeat
conſuetudo prohibens venatio
nem, piſcationē, & aucupium?
Reſpon. quòd non, ſi in totum
prohiberet. Natta conſi. 375.
num. 4. vol. 2. dixi in proxima
præced. quæſt. Item quęro, vtrùm venatio à iure
prohibita poſsit per conſuetudinem effici licita?
Reſp. quod non, quando eſſet venatio enutritiua
peccati, aliàs ſi eſſet conſuetudo licita, & rationa-
nabilis, faceret venationem licitam. Marian. Soc.
Sen.

Sen.capitulo fin.nume.6.de cler.venat.vide supra quæstio 28.

*SVMMARIVM.*

1 *Furtum quando dicatur commisti in venatione.*

## *Quæstio VI. Secundæ partis.*

1 SEXTO quæro † quando dicatur furtum committi in venatione? Respond. quando Sylua foresta, vel nemus essent muro circum acta, vel vallata sepe ita, quod feræ essent adeo inclusæ, vt non possint exire & ammodo sint sub custodia, quia tunc venantes furtum committerent.l. vsumfructuarium venari. §. si in viuarijs ff. de vsufr.leg.3.§. item. ff. de acq. poss. l. naturalem §. seruos.ff.de Acquirenda rerum dom.Natta cons. 379.nu.9.vol.2.

*SVMMARIVM.*

1 *Feudatarius an possit prohibere venationem.*

## *Quæstio VII. Secundæ partis.*

1 SEptimo † quæro, an Feudatarius prohibere possit venationem? Resp. quod nõ, quia subditis faceret violentiam Host. c. non est de decimis. Iacob. tract. de feudis ver. & cum venationibus vbi tamen non appellaretur post prohibitionem sequeretur præscriptio, & vbi priuilegium dicat, & cum venationibus, & Dominus ita possideat, nam tunc bene poterit prohibere Afflict. §. nemo retia de pace tendenda. Bossius tit. de regalijs numero 42.

*SVMMARIVM.*

1 *Actio, quæ competat contra prohibentem venationem cum non possit.*

## *Quæstio VIII. Secundæ partis.*

1 OCTAVO quæro † Quidã prohibens venationem non habens ad id potestatem qua actione conueniri poterit? Resp. actione iniuriarum, nam impediens venationem iniuriam infert. Doct. com. c.non est de decimis Decius cons.191.Grammat. Decis. 67.leg.secunda. §.si quis in mari. ff.ne quid in loco publico. Præpos. capitulo primo col. 1. quæ sint regalia. Aug.cons. 81.nu.31.vol.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Occidens aliquam personam in venatione, an teneatur de homicidio.*

2 *Homicidium inuoluntarium, quando non puniatur.*

## *Quæstio IX. Secundæ partis.*


1 

NONO quæro. † Quidam venando interficit aliquem hominem, puta sagitta vel arcobuso, an teneatur homicidio? Resp. quod aut venabat in loco prohibito an nõ: primo casu aut interfecit prohibentem, aut alterũ: si interfecerit prohibentem tunc, quia dabat operam rei illicitæ tenebitur de homicidio. Secundo autem casu, aut venebatur cum armis prohibitis aut nõ: primo casu tenebitur de homicidio. Secundo autem, aut vsus est ea diligentia præcauendo, ne interficiat, seu percutiat hominem aut non: primo casu non tenebitur, sed reputabitur fortuitus casus, de quo nemo tenetur, Secundo autem sic, per ea, quæ dixi latè ego † in tract. de fort. casibus p.2.nu.24.& 2
seq.in q.1.& in q.seq.per totum ad quem locum breuitatis causa te remitto.

*SVMMARIVM.*

1 *Serui an peccent venantes iussu Domini venatione prohibita.*

## *Quæstio X. Secundæ partis.*

1 

DECIMO quæro † vtrum serui teneantur obedire Dominis suis venari volentibus venatione prohibita? Resp. qđ non maximè in uenatione oppressiua hominũ, uel arenaria. Similiter non tenẽtur obedire uolentibus uenari temporibus prohibitis, quia est contra illud præceptum primũ quærite regnum Dei isto tamen casu videntur excusari si coguntur per iustum metum Tab. uer.uenatio nu. 2.Pisan. & Angel. d.loco. turrecrem. c. an putatis 86. distin.

*SVMMARIVM.*

1 *Serui an pœna afficiantur, qui in ludum venatorium damnantur.*

2 *Damnare in ludum venatorium quid sit.*

## *Quæstio XI. Secundæ partis.*

1 

VNDECIMO quæro † an serui pœna afficerentur, quicunque erant damnati in ludum uenatorium? Resp. quod sic leg. aut damnum §. quicunque ff. de pœnis ibi (quicunque in ludum uenatorium sunt damnati uidendum est an serui pœnę

## *Quæstio XVIII. Secundæ partis.*



1 Ecimooctauo quæro cuius † sit fera in venatione vulnerata, an scilicet sit vulnerantis, an capientis? Respond. quòd de hoc est textus clarus. §. illud instit. de rerum diuis. ibi illud quæsitum est, an si fera bestia ita vulnerata sit, vt capi possit statim tua esse intelligatur, & quibusdam placuit, statim esse tuam, & eò vsque tuam videri, donec eam persequaris: quòd si desieris persequi; desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alij putauerunt, non aliter tuam esse, quàm si eam ceperis: sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quòd multa accidere soleant, vt eam nõ capiant. glo. l. verò l. quinta, §. illud. ff. de acquir. rerum domin. dicit id de consuetudine seruari contrarium, quòd scilicet sit vulnerantis, quam refert Alciat. libro quarto, pareg. capitulo secundo, Barth. l. quominus quæstione quinta. ff. de flumin. Didac. secunda parte, relect. §. octauo, numero 13. de regul. iur. lexin. Cæpolla tract. de seruit. rusticorum prædior. titulo de aucupio numero quinto. Ego verò putarem seruandam esse consuetudinem, scilicet dimidiam esse vulnerantis, & aliam capientis, nisi vulnus esset adeo lethale, vt nihil accidere possit quin capiatur à vulnerãte, quando fuerit probatum vulnus.

### SVMMARIVM.

1 *Surripiens ouem de ore lupi, gallinam de ore vulpis, vel auem, de ore falconis, an quod accepit, sit accipientis.*

## *Quæst. XIX. Secundæ partis.*



1 Ecimonono quæro, si lupus accepit ouem, † vulpes gallinam, accipiter auem, & ea quidam accepit de ore istorum, an teneatur restituere priori Domino? Resp. quòd sic l. Pomponius in fine. ff. de acquirend. rerum domin. ibi Pomponius tractat. cum Pastori meo, lupi porcos eriperent, hoc vicinæ villæ colonos cum robustis canibus & fortibus, quos, & pecoris sui gratia pascebat, consecutus, lupis eripuit, aut canes extorserunt. & cum pastor meus peteret porcos, quærebatur vtrum eius facti sint porci, qui eripuit, an nostri maneant, nam genere quodam venandi, id erant nacti. cogitabat enim quemadmodum terra, marique capta, cum in suam naturalem laxitatem peruenerint, desinerent eorum esse, qui cepissent: ita ex bonis quoque nostris capta à bestijs marinis, & terrestribus, desinant nostra esse, cum effugerint bestiæ nostram persequutionem, quis denique manere nostrum dicet, quod auis trasuolans ex area, aut ex agro nostro substulit aut quod à nobis milius eripuit? Si igitur desinit: si fuerit ora bestiæ liberatum, occupantis erit, quemadmodum piscis, vel aper, vel auis, cum potestatem nostram euaserit, si ab alio capiatur, ipsius fit. Sed putat potius nostrum manere tandiu, quandiu recuperari possit. licet in auibus, & piscibus, & feris verum sit, quod scribit. idem ait & si naufragio quid nostrum amissum sit, non statim nostrum esse desinere, denique quadrupli teneri eum, qui rapuerit, & sanè melius est dicere, & quod à lupo eripitur, nostrum manere quandiu recipi possit, id quod ereptum est, si igitur manet nostrum, ego arbitror etiam furti competere actionem, licet enim non furandi animo fuerit colonus persequutus, quamuis & hoc animo persequutus sit, tamen cum illud reposcenti non reddiderit, supprimere, & intercipere videtur quare & furti & ad exhibẽdum teneri eum arbitror, & vẽdicari ab eo exhibitos porcos posse, Veronensis in tract. de seru. inst. præd. tit. de aucupat. c. 2 r. nume. 6.

### SVMMARIVM.

1 *Rete illaqueata fera si capiatur an sit capientis.*

2 *Pisces in rete capti quando sint tendentis an accipientis.*

3 *Aues in rete capti cuius sint.*

## *Quæst. XX. Secundæ partis.*



1 VIGESIMO quæro. † Fera in laqueum incidit, an sit mea an vero capientis? Resp. per textum leg. in laqueum. ff. de acquirendo rerum domin. ibi (in laqueum, quem venandi causa posueras, aper incidit, cum eo hæreret, exemptum eum abstuli, num tibi videor tuum aprum abstulisse? & si tuum putas fuisse, si solutum eum in Syluam dimisissem, eo casu tuus esse desijsset, an tuus maneret? & quam actionem mecum haberes si desisset tuus esse? num in factum dari oporteret quæro? Respond. uideamus ne intersit laqueum in publico an in priuato posuerim, & si non in publico, sed si in priuato posuerim, utrùm in meo an in alieno, & si in alieno, utrum permissu eius cuius fundus erat, an non permissu eius posuerim? præterea utrùm in eo ita bæserit aper, vt expedire se non posset ipse, an diu luctando expediturus se fuerit? summam tamen hanc puto esse, vt si in meam potestatem peruenerit meus factus sit, si autem aprum meum factum in suam naturalem laxitatem dimisissem eoque facto meus esse desijsset; actionem mihi in factum dari oportere? veluti responsum est, cum quidam poculum alterius ex naue deiecisset Ver. tract. de seruit. rusticorum prædiorum titu.

de aucupatione capitulo 21. numero 4. Didac. 2. p.relect.§.8.regul.peccatum de reg.iur.6. Alciat. lib.11.parerg.c.2.vbi de piscibus in rete captis lo
2 quitur † Cassan. in consuet.Burg.Rubric.13.§.7. nume.8.& num.10.quid autem sit dicendum de
3 piscibus, & auibus dic † seruandam esse consuetu dinem.

*SVMMARIVM.*

1 *Piscatio quando sit licita.*
2 *Piscari licitum est vnicuique in mari, & in littore maris.*
3 *Piscari non potest prohiberi priuata authoritate.*
4 *Pisces capti fiunt capientium.*
5 *Casam ponere licet vnicuique in littore maris.*
6 *Piscari quilibet potest in flumine publico.*
7 *Piscari non licet in flumine priuato.*
8 *Piscatio priuata non potest turbari.*
9 *Piscari non potest in loco vbi conuentum fuerit.*
10 *Piscari non potest in loco prohibito per Principem.*
11 *Piscari non potest vbi consuetudo resistit.*
12 *Piscari non potest in loco praescripto.*
13 *Piscatio quando reddatur illicita.*

## *Quaest. XXI. Secundae Partis.*

1 
Igesimoprimo (cum † dictũ sit in venatione) quaero vtrũ piscatio sit licita? Respond. quòd in mari cuilibet licitum est piscari.l.venditor.ff. com.praed. similiter † in lit-
2 tore maris. l. nemo.§.fina.l. riparũ.ff.de rerum diuis. littora enim sunt omnibus communia, sicuti aer.l. iniuriarum.§.fina.ff. de iniurij,vnde potest piscari in littore maris etiã
3 ante aedes meas, † & si ipsum piscari prohibeam teneor actione iniuriarum l.2.§.si quis.ff.ne quid in loco publ. nisi aliter conuentum esset inter partes d.l.venditor.Vnde cum primum, quis pisces
4 in mari, seu littore † ceperit eius sunt.l. quod ĩ littore.ff.de acq.rer.dom.& in mari piscantibus lici
5 tum est † casam in littore ponere, in qua se recipiant.l.riparum.ff.de rerum diuis.praeterea in flu
6 minibus, & portu, ius piscandi † est commune omnibus.§.flumina.inst.de rer.diuis.fallit primo quando flumen est priuatum aliàs non. l. iniuria-
7 rum † actio.§.fin.ff.de iniur.Secundò fallit, quando ius piscandi est priuatum, putà quia est venditum per Principem c.1.quae sint regalia: Tertiò
8 fallit † quando esset conuentio cum vicino, vt in
9 domo † sua piscari non posset d.l.venditor, & ibi Doct.quae locum habent etiam in fluminibus pu-
10 blicis.Quarto fallit † quãdo Princeps prohiberet, ne quis piscari posset, vt est in lacu perusino. Quinto fallit, quando esset consuetudo, vt pisca-
11 retur solùm pro vsu publico, † & nõ pro priuato, vel certo tempore tantùm, quia consuetudo vim legis substinet.d.l.venditor.§.si constat.Sexto fal-
12 lit, quando † quis praescripsisset ius piscandi quia tunc alius in eo loco piscari non posset, quae praescriptio procedit, quando quis fuit in possessione piscandi per tantum tempus, cuius initij memoria non existat, per quod tempus praescribuntur loca publica l.hoc iure. §.ductus aquae. ff. de aqua quot.aest. de qua dixi supra in quaest.de praescript.Veron.tit.de seru.rust.praed.tit.de piscar.c. 42.num.3.& seq. conclusio igitur sit quòd pisca-
13 tio si fiat propter necessitatem sicuti faciunt illi qui ex illa victum quaerunt est licita Greg. super Ioan.21.vbi leguntur Apostoli post Christi resurrectionem redijsse ad opus piscationis, cum Mattheus post conuersionem ad opus telonei non redierit. Similiter si fiat propter solatium, adhibitis circunstantijs, est etiam licita, si tamen fiat deficiente aliqua debitarum circunstantiarum, est illicita, & est veniale, vel mortale secundùm distinctionem, quam supra de venatione posuimus, Turrecr.c.qui venatoribus uu. 6. distin. 86. Cassan.tract.de gloria mundi p.11.consid.11.

*SVMMARIVM.*

1 *Piscandi genus duplex.*

## *Quaest. XXII. Secundae partis.*

1 
Igesimosecundo quaero † quotuplex sit genus piscandi? Resp. scilicet retibus, & hamo gl. Archid.Turrecr. & Bellam.c.est,& aliud 24.q.1.de retibus dicitur. c.non turbatur.q.1.ibi non turbatur nauis,quae Petrum haber,turbatur illa,quae Iudam,& si multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen adhuc eam proditoris perfidia agitabat. in vtraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est turbatur alienis. caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem, ne per vnum fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur haec nauis, in qua prouidentia nauigat, abest perfidia, fides superat quemadmodum enim turbari poterat, cui praeerat is,in quo firmamentum ecclesiae est? illic ergo turbatio, vbi modica fides, ibi securitas, vbi perfecta dilectio.denique & si alijs imperatur vt laxent retia sua; soli tamen Petro dicitur: duc in altum Luc. 5. hoc est in profundum disputationum, quid enim tam altum, quàm altitudinem diuitiarũ videre, idest scire Dei filium, & ipsam professionem diuinae generationis assumere, quam licet mens nequeat humana plenae rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. De altero verò genere piscandi, dicitur, capitulo est, & aliud vigesimaquarta quaestione prima, ibi, est & aliud Apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicens, mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit tolle. Et hoc genere piscandi, solus Petrus iussus est à Domino uti, ad finem soluendi tributum, vnde dixit Mattheus decimoseptimo, vade ad mare,

mare, & mitte hamum, & eum piscem, quem primò apprehenderis, tolle, & aperto ore eius, inuenies staterem illum assumens da eis pro te, & pro me, quia iam Petrum fecerat Capitaneum super alius Apostolos, soli enim capitanei soluebant tributum. Vnde August. libro quæst. nou. testam. Saluator Noster cum pro se, & Petro dari iubet pro omnibus soluisse videtur, quia sicut in Saluatore erant omnes causæ magisterij, ita etiam post Saluatorem, omnes in Petro continentur ipsum enim constituit caput eorum, vt Pastur esset gregis Dominici Turrecrem. d. cap. est, & aliud dicens glo. ibid. intelligere per hamum iurisdictionem, quam ipse præ alijs habuit in vniuersum orbem. Vnde vocatus est in plenitudinem potestatis: vtroque igitur genere Piscatus est Petrus; primo genere piscandi piscati sunt & alij discipuli.


Primum genus piscandi quod fit in rete, inquisitionem denotat diuinæ scientiæ, & sapientiæ: sapientiæ quantum ad diuinitatem Christi: & scientiæ quantum ad humanitatem eiusdem.

Secundum piscandi genus, quod fit in hamo ligandi, atque soluendi potestatem insinuat. Petrus autem omnium sacerdotum figuram tenebat: rete ergo Petrus & alij piscantur, quia non solum Sacerdotes, sed & alij prudentes viri, de ministerio sapientiæ, & scientiæ Dei scrutantur. Soli Petro conceditur piscari in hamo, quoniam solùmmodò Sacerdotes habent potestatem ligandi, atque soluendi, retia namq; cũ perplexis filis intexta, verborum diuinorum perplexitatem insinuant, quibus de interioribus Christi sacramentis disputatur. In hamo verò lineæ, vbi velut funi ferrum coniungitur; ferrea, idest inconuincibilia Ecclesiæ vincula, designantur, vel secũdùm aliam mysterij considerationem, putari et potest soli Petro vtrunque genus piscandi esse concessum, quippè & si cæteri discipuli piscarentur specialiter tamen de Petro fit mentio, cum ei soli dicitur duc in altum rete, in primo genere piscandi signatur ventilatio rationis fidei: in secundo causa depositionis Episcopi Episcopus enim præeminens in sua Diœcesi, est quasi piscis, primo ascendens de mari, quia solu hamo Petri capitur, quando soli Apostolo Episcoporum causa criminalis terminanda committitur. capitulo quamuis 3. q. 7. Similiter quando ratio fidei ventilatur, ad sedem Romanam defertur, Hæc Archid. & Bellam. d. c. 2. est, & aliud 24. q. 1.

*S V M M A R I V M.*

1 *Piscari an possit in fundo alieno.*

## *Quæst. XXIII. Secundæ partis.*



1 Igesimotertio quæro † vtrũ quis piscari possit in fundo alieno? Respond. quòd non; si ibi fuerit facta piscaria à Domino, l. vsufructuarium. §. si viuarijs. ff. de vsufruct. secus si fundus esset inundatus à flumine, & ibi aqua fluens esset, & pisces apportasset, quia tunc credo quòd ibi posset piscari, sicuti aucupari argumen. l. tertia §. item. ff. de acquiren. possess. vbi enim est eadem ratio ibi idem ius statui debet. l. illud. ff. ad leg. Aquiliam, Aretin. §. feræ, numero quarto, institut. de rerum diuis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Possideri an dicantur pisces.*
2 *Viuaria, quę dicantur.*
3 *Stagna quæ sint.*
4 *Piscina quid sit.*

## *Quæst. XXIIII. Secundæ partis.*



1 Igesimuquarto quæro † vtrũ pisces dicantur possideri? Respon. per l. 3. §. item feræ. ff. de acquiren. possess. vbi Iuriconsul. Respondit, animalia inclusa viuarijs, & columbarijs priuatis, pisces item ĩ piscinam congregatos, à Domino fundi possideri, non sic pisces inclusos stagnis, nec feras in saltibus circunseptis degentes, & euagantes, nam hæ à Domino fundi minimè possidentur. quod dictum tamen intellige, quò ad dominium non esse discrimen vllum inter stagna, & saltus, piscinas, & viuaria, modo saltus, & stagna, vtcunque longissimi spacij sint, manu hominum, & priuata industria fuerint circunsepta, & fabrefacta, nam in eis militat circa ipsa
2 animalia eadem ratio. † Et nota quod uiuaria, dicuntur luci, quibus vel aues, vel pisces, vel feræ continentur ad victum humanum, hominum quidem industrię animalibus in ea loca immissis, vt nutriantur, aliaque progenerent ad mensarum delicias. l. vsufructuarius. §. viuarijs. ff. de vsu
3 fruct. Stagna dicuntur † quæ temporalem continent aquam stagnantem, quæ plerunque hyeme cogitur, nec fluit, nec refluit. l. 1. ff. vt in flumi.
4 publ. nauigat. lic. piscina verò est ea, in quam † pisces humana industria mittuntur, vt ibidem nutriantur. Didac. secunda parte relect. §. 8. numero 15. de reg. iur. Alex. l. 3. §. Nerua. nume. 3. ff. de acq. poss. & ibi Doct. com.

*S V M M A R I V M.*

1 *Possessio, vel quasi an contineatur piscando.*
2 *Cautela pro venatione.*

## *Quæst: XXV. Secundæ partis.*



1 GESIMOQVINTO quęro. † Quidam in flumine publico piscatur, si alios ipse (nemine contradicente) volentes inibi piscari, prohibeat, & prohibitioni factæ non reclament illi quorum interest; constituatur ex eo

in quasi possessione ibidem solus piscandi? Respond. quód sic, ita, vt huic iuri præscribere queat. Doctores commun. §. flumina instit. de rerum diuis. Bald. l. item † lapilli. ff. de rerum diuis. Vnde cautela est pro dominis terrarum, vt interdicant subditis venationes, qui si prohibitioni non contradixerint, præscriptoque dominorum paruerint; dominos suos in quasi possessione prohibendi constituunt, ac ius denique tandem venandi per tempus postea immemorabile, perdunt. l. 1. & seq. C. de ser. & aqua. l. qui luminibus. ff. de seru. vrb. præd. Doct. c. non est de decimis. Zoan. l. 2. nu. 155. C. de pact. inter empt. & vend. Guid. consi. q. 2. num. 2. port. inst. de rerum diuis. num. 15. in prin.

*S V M M A R I V M.*

1 *Princeps concedere potest alicui, vt ipsi soli liceat in certa parte maris piscari.*

## *Quæst.* XXVI. *Secundæ partis.*

1 Vigesimosexto quæro, † an princeps concedere possit alicui, vt ipsi soli liceat in certa parte maris piscari? Respon. quod sic. gl. l. si quisquam. ff. de diu. & tempore. præscr. gl. l. venditor. ff. com. præd. Ruin. consi. 28. nu. 1.

*S V M M A R I V M.*

1 *Aucta aqua an augeatur ius piscandi.*
2 *Pisces egressi inundatione è stagno meo, quando eos vendicare possim.*

## *Quæst.* XXVII. *Secundæ partis.*

1 Vigesimoseptimo quæro, † an aucta aqua augeatur ius piscandi? Resp. quod sic, si augeatur ministerio Naturæ, si verò augeatur facto hominis; tunc habens ius piscandi, contribuet proportionaliter arbitrio boni viri pro eo pluris, quod habet ius piscandi iuxta illud: qui sentit commodum, sentire debet & incommodum. Brun. tract. de aug. & dim. concl. 11. numer. 14. Item quæro, † aqua tui stagni ita creuit,
2 quod plures pisces deuenerunt vsque ad fundum meum, vel ad stagnum meum: tu vis ipsos pisces sequi, & habere, an possit? Respond. quod in stagno meo impossibile est eos cognosci, in loco autem meo sicco, benè cognosci poterunt, ideo eos habere poteris. Cassan. in consuet. Burg. rubr. 4. quæst. 24. §. 2. not. l. naturalem, §. gallinarum. ff. de acq. rerum dom.

*S V M M A R I V M.*

1 *Aucto populo an augeri debeat ius portandi pisces.*

## *Quæst.* XXVIII. *Secundæ partis.*

1 Vigesimooctauo quæro, † Piscatores qui obligatus est pacto portare ad forum quálibet die duas salmas piscium, an teneatur portare plures si populus augeatur? Resp. quod sic. Bart. l. 3. in fin. C. de priuileg. lib. 11. nisi obligatio fuerit arctata ad certum numerum personarum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conductor piscationis non potest euacuare piscinam.*

## *Quæst.* XXIX. *Secundæ partis.*

1 Vigesimonono si quis † conduxit valles, aut paludes, vt ibi piscari possit, & in eis reperiatur certa pars terræ eleuata ab alueo, quæ torii vulgariter appellantur, & pisces omnes in hyeme se reducút sub eis, vt in vallibus Paduæ contingit, an sit licitum conductori aperire dictos toros, & omnes pisces accipere? Resp. quod non, quia isto modo ius piscandi destrueretur, nisi alios reponeret. Arg. l. si merces. ff. conductor. ff. loc. nam conductor in primis tenetur códitionem seruare, quod si quid in ea prætermissum est, id ex bono, & æquo præstandum est, sed ex bono, & æquo est conductor piscinæ, vt non destruat, totam piscinam, quia debet habere fructus piscandi, non autem omnes pisces, ita vt piscaria consumetur. not. l. 1. & seq. ff. de vsufr. idem dico, si locaretur ius piscandi in flumine, vel fonte, aut piscaria, quia non posset omnes pisces tollere. Veron. tract. de seru. rust. præd. capit. 13. numer. 8. Bertach. tract. de gabell. quæstion. 4. num. 16.

*S V M M A R I V M.*

1 *Communes in quibus aquis sint piscationes.*

## *Quæst.* XXX. *Secundæ partis.*


1 Trigesimo quæro, † quibus in aquis sint communes piscationes? Resp. in mari, in flumine publico in stagno, lacu, & similibus. Balb. tractat. de præscr. q. 6. quintæ q. princ. nu. 4. dixi supra in q. de piscatione, quádo sit licita, Veron. in tract. de seru. rust. præd. c. 42. nu. 2. Hugo. de officio quatuor Prælatorum tit. de excusatione munerum nu. 14. Not. Corn. consil. 211. nu. 1. & seq. volumin. 4. in terminis Ias. leg. possideri. §. Nerua num. 22. ff. de acq. pos.

*S V M M A R I V M.*

1 *Negotiatores an dicantur piscatores.*

*Quæst.*

## *Quæst. XXXI. Secundæ partis.*



1 Rigesimoprimo quæro, † an piscatores dicantur, negotiatores? Resp. quod nõ. l. legatis seruis. ff. de leg. 3. ibi (legatis seruis exceptis negotiatoribus. Labeo scripsit, eos legato exceptos videri, qui præpositi essent negotij exercendi causa, veluti, qui ad emendum, locandum, conducendum præpositi essent, cubicularios autem vel obsonatores, vel eos, qui piscationibus præpositi essent, non videri negotiatoris appellatione contineri, & puto veram esse Labeonis sententiam, vbi Alberic. num. 2. dicit & sic not. quod piscatores non sunt negotiatores, quod est verum, quando Domino tantum piscantur, secus si vẽderent pisces, quia tunc dicerentur negotiatores.

*SVMMARIVM.*

1 *Pisces in rete capti an sint capientium.*

## *Quæst. XXXII. Secundæ partis.*




1 Rigesimosecundo quidam † piscator nassas labyrintosque, suos in flumine tendit, deinde æmulum artis suæ deprehendit, qui casses euacuauerat, piscesque extraxerat: cuius erunt pisces? Resp. dominium piscium occupatoris esse l. in laqueum. ff. de acq. rerum dom. dabitur tamen piscatori iniuriarum actio. l. iniuriarum. §. si quis. ff. de iniurijs, si tamen pisces ceperit in loco priuato, capiens tenebitur restituere. Alcia. lib. 11. parergon. c. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius aquæ ducendæ, ad piscariam an sit seruit. realis*

## *Quæst. XXXIII. Secundæ partis.*




1 Rigesimotertio quæro † si concedatur mihi ius aquæ ducendæ ad piscariam meam an sit seruitus realis? Resp. quod sic, quia debetur fundo meo. l. pecoris. ff. de seru. rust. præ. l. vt pomum. ff. de seru. Veron. tract. de seru. rust. præ. c. 42. num. 5.

*SVMMARIVM.*

1 *Vendito lacu an veniant naues piscatoriæ.*
2 *Vendito fundo non veniunt pisces.*

## *Quæst. XXXIIII. Secundæ partis.*



1 Rigesimoquarto quæro † an vendito lacu veniant etiam naues piscatoriæ? Resp. quod sic. Bald. l. 2. C. de verb. sign. facit. l. patronus. §. fin. ff. de leg. 3. vbi legatus vius balnei comprehendit omnia necessaria ad vsum eius; facit etiam l. 2. ff. de iurisd. omn. iud. item legato fundo, ad vsumfructum comprehendit etiam instrumenta ad fruendum necessaria. l. item fundi. §. seminarios. ff. de vsufr. vendito
2 tamen fundo, in quo sunt † pisces in piscinis, illi pisces non sunt ædium neque fundi, magis, quam pulli, aut cetera animalia, quæ in fundo sunt. l. Iulianus. §. fin. & l. seq. ff. de act. empti.

*SVMMARIVM.*

1 *Aues & volucres an sint capientium.*
2 *Aucupatio quomodo prohiberi possit.*

## *Quæst. XXXV. Secundæ partis.*

1 TRigesimoquinto quæro, † an aues, & volucres sint capientium? Resp. quod sic. §. feræ
inst. de rerum diuis. ibi feræ igitur bestiæ & volucres, & pisces, & omnia animalia, quæ in mari, cœlo, & terra nascuntur, simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt. quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, nec interest feras bestias, & volucres vtrum in suo fundo quis capiat, an in alieno plane qui alienum fundum ingreditur, venandi, aut aucupandi gratia, potest à Domino, si
2 is præuiderit, † prohiberi, ne ingrediatur, quicquid autem eorum ceperis, eousque tuum esse intelligitur donec tua custodia coercetur: cum autem tuam euaserit custodiam, & in libertatem naturalem se se receperit, tuum esse desinit, & rursus occupantis fit: naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu tuo, vt difficilis sit eius persequutio.

*SVMMARIVM.*

1 *Apes an occupanti concedantur.*

## *Quæst. XXXVI. Secundæ partis.*

1 TRigesimosexto quæro † vtrum apes sint capientium? Resp. quod sic. §. apum inst. de rerum diuis. ibi apum quoque fera natura est, itaque apes, quæ in arbore tua consederint, antequam à te alueo includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quàm volucres, quæ in arbore tua, nidum fecerint, ideoque si alius eas incluserit, is earum Dominus erit: fauos quoque, si quos efecerint, eximere quilibet potest: plane integra re, si præuideris ingredientem fundum tuum, poteris eum iure prohibere, ne ingrediatur: examen quoque, quod ex alueo tuo euolauerit, eousque intelligitur esse tuũ, donec in cõspectu tuo est, nec difficilis persequutio eius est, alioqui occupantis fit.

*SVMMARIVM.*

1 *Columbas capiens an tenetur restituere.*

*Quæſt. X X X V I I. Secundæ partis.*

1 T Trigeſimuſeptimo quæro, † an columbæ capi poſſint? Reſp. quod non quando abire, & redire ſulent, pro vt ſunt domeſticæ, quæ in columbarijs domibuſque retineri ſolent: ſecus autem in Syluestribus facit, §. pauonum, inſtit. de rerum diuiſ. ibi (pauonum quoque, & columbarum fera natura eſt, nec ad rem pertinet, quod ex cõſuetudine euolare, & reuolare ſoleant, nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam. In ijs autem animalibus, quæ ex conſuetudine abire, & redire ſolent, talis regula comprobata eſt, vt eouſque tua eſſe intelligantur, donec animum reuertendi habeant, nam ſi reuertendi animum habere deſierint, etiam tua eſſe deſinũt, & fiunt occupantium. reuertendi autem animum videntur deſinere habere, cum reuertendi conſuetudinem deſeruerint: Ampli. quod dixi ſupra primo loco, quod ſi quis arte, & fraude columbas deducat ab alterius columbario, atq; ad proprium attrahat; tenebitur is ad columbarum reſtitutionem, etiam in animæ iudicio, eritque in foro iudiciali puniendus. Didac. 2. p. relect. c. peccatum. §. 8. num. 14. ver. tertiu, de reg. iur. 6. Franci. Marc. deciſ. 530. num. 18. vol. 1. Guid. deciſ. 217. num. 2. Veron. in tract. de ſeru. vrb. præd. c. 77.

*S V M M A R I V M.*

1 *Falconem accipiens cum fœtis, an teneatur reſtituere.*

*Quæſt. X X X V I I I. Secunda Partis.*

1 
Rigeſimo octauo † quæro, quidam accepit accipitrem, vel falconem cum ſonaleis in pedib. inimdtis, an teneatur reſtituere priori domino? Reſp. quod ſic, ita in puncto concludit Bartol. in tractat. de falcone, quem refert Veron. in tract. de ſeruit. ruſt. prædiu. capit. 21. numer. ſeptimo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Anſeres an capi poſſint.*
2 *Gallinæ an ſint capientium.*
3 *Phaſiani capi poſſunt.*

*Quæſt. X X X I X. Secundæ partis.*

1 T Rigeſimunono quæro † an gallinæ, & anſeres capi poſſint, Reſp. quod non ſi ſunt domeſticæ, ſecus autẽ ſi fuerint anſeres Sylueſtres,
2 vel phaſiani, de his † eſt textus apertus. §. gallinarum inſt. de rerum diuiſ. ibi gallinarum autem, & anſerum, non eſt fera natura id quod ex eo poſſumus intelligere, quod aliæ ſunt Gallinæ, quas fe-
3 ras vocamus vt Phaſianos. Item † alij ſunt anſeres quos ferus appellamus ideoque ſi anſeres tui, aut gallinæ tuæ, ſcilicet domeſticæ, aliquo modo turbati turbatæue euolauerint, licet conſpectum tuum effugerint quocunque tamen locu ſint tui, tuæue eſſe intelligantur, & qui lucrandi animo, ea animalia detinet, furtum committere intelligitur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Pauones an ſint occupantium.*

*Quæſt. X L. Secundæ partis.*

1 Q Vadrageſimu quæro, † an pauones ſint occupantium? Reſp. quod de hoc eſt textus expreſſus: §. pauonum inſt. de rerum diuiſ. ibi pauonum quoque & columbarum fera natura eſt, nec ad rem pertinet, quod ex conſuetudine euolare, & reuolare ſolent, nam & apes idem faciunt, quarum conſtat feram eſſe naturam: in ijs autem animalibus, quæ ex conſuetudine abire, & redire ſulent, talis regula comprobata eſt, vt eouſque tua eſſe intelligantur, dunec animum reuertendi habeant, nam ſi reuertendi animum habere deſierint, etiam tua eſſe deſiunt, & fiunt occupantium: reuertendi autem animum videntur deſinere habere, cum reuertendi conſuetudinem deſeruerint.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vtilitas venationis quanta ſit.*

*Quæſt. X L I. Secunda partis.*

1 
Vadrageſimoprimo quæro, † quæ ſit vtilitas venationis? Reſpond. quod eſt vtilis ad multa & præcipue ad exercitium corporis. Vnde plato in lib. 6. de legibus, monet adoleſcentes alendis canibus, & reliquæ venationi operam dare, & lib. 7. in fine dicit optimam eſſe quadrupedum venationem, quæ equis, canibus, corporis viribus agitur, nam quibuſcunque diuinæ curæ eſt fortitudo, ij quadrupedes omnes curſu, vulneribus, teliſque, manu propria venando vincere debent, & paulu poſt, ſacros hos venatores vbicunque venari velint nemo prohibeat, & Cic. lib. 1. offic. ſuppeditant inquit, & campus martius, & ſtudia venandi honeſta exercitia. Diogenes Synopęus, teſte Laertiu, in eius vita pueros, quos inſtruendos habebat, ad venationem educabat. Heraclidos in politia Cretenſium ſcribit: ducebat eum, qui pueris præerat, ex lege eos ad venandum educare debere. Lacedæmonij ex legibus lycurgi, ſtudia circa venationes per omne tempus agebant, niſi forte militiæ vacarent, teſte plutarco in vita ipſius lycurgi. Alexander ille magnus poſt prandium ſæpe diem venatu conſumebat, vt docet Plutarc. in vita ipſius, Pelopidas Thebanus vir animi

animi virtute, & corporis robore præcellens, primam militiæ suæ institutionem à venationis meditatione accepit, vt tradit idem author in vita il lius. Philopomenes Achæorum Dux insignis, quoties ab armis ocium nactus esset, venationi operam dabat, vt qui opinaretur rei militaris comitem esse, vt idem author est in vita ipsius. Pompeius magnus, cum Numidiam victor peragraret, venationibus leonum, & elephantum, aliquot diebus operam dedit. Plinius secúdus studijs animum venatu corpus exercebát, vt ipse profitetur lib. 5. epistol. ad Apollinaré idem lib. 1. ad Corn. Tac. scribit, se crebro, venationibus interesse, adijciens hæc verba: mirum est, vt animus hac cogitatione, motuque corporis excitetur, nam vndique syluæ, & solitudo, ipsumque illud silen-
47 tium, † quod venationi datur magna cogitationis inuitamenta sunt. Traianus Imperator venationes frequentes cum amicis, & familiarib. exercebat, vt tradit D. Cassius, & Hadrianus illius in Imperio successor venandi studio vsque ad periculum tenebatur teste Spartiano. Antonius Pius venando se multum oblectauit, vt scribit Iulius Capitolinus. Marcus quoque Antoninus Philosophus venationi operam dedit, teste eodem Capitolino. Alexander Seuerus venatione se exercebat, teste Ælio Lampridio. Achilles apud statium lib. 2. Achilleidos, venator dicitur.

*Quid nunc tibi prælia dicam*
*Syluarum & vacuos sæuo iam murmure saltus.*
*Nunquam ille imbelles ossæa per auia lynces.*
*Sectari aut timido passu me cuspide damas,*
*Sternere sed tristes turbare cubilibus vrsas,*
*Fulmineosque sues, & sicubi maxima tygris,*
*Aut subducta iugis fœtæ spelunca leanæ.*
*Ipse sedens, &c.*

Horatius autem lib. 1. Epistol. 18. de venatione dicit.

*Pulmenta laboribus empta.*
*Romanis solenne viris opus vtile famæ,*
*Vitaque & membris.*

Et Homerus lib. 5. Iliad. Scamandrium laudat, tanquã bonum venatorem à Diana edoctum. Fuerunt præterea qui habuerunt piscinas celebres, Sergius Ostrearum viuaria primus omniũ habuit. Licinius murena reliquorum piscium viuaria primus instituit. Lucullus ad piscium receptacula montem excidit iuxta Neapolim Varro scribit. M. Catonem vticensem, cum hæres testamento Luculli, seu Lucilij esset, pisces de piscina eius quadragiuta millibus veudidisse. murenarũ viuaria. C. Hirtius excogitauit, qui cænis triumphalibus Dictatoria Cæsaris, sex millia murenarum mutua appendit, & dedit in pondus. Vedius Pollio immanissimus, cum piscinas magno studio coleret, solebat seruos occidere, eosque piscibus vorandos præbere, vt hominum cruore pasti delicatiores essent, curauit, & piscinas. Hortensius orator murenam adeo dilexit, vt mortuam multos dies abstractus fleuerit. Antonia Drusi murenæ, quã diligebat inaures hoc est ornamentum exanre dependens addidit. Cassian. tracta. de gloria mundi, par. 11. consid. 51.

*SVMMARIVM.*

1 *Venatio an spectet ad nobiles.*
2 *Nobilibus quando liceat venari, piscari, & aucupari.*

## *Quæst. XLII. Secundæ partis.*



1 Vadragesimosecundo † quæro, vtrum venatio sit exercitium nobile? Resp. quod sic, immo est propria, ac peculiaris Regum, & Principum, vt dixi præcedenti quæst. Vnde Virg. in 8. Aeneidos, facit comitari canes Euãdrum Regem nobilissimum, dicẽs. Gressumque canes comitantur herilem, optimi, enim Principes venationem exercent, vnde corpus robustius, & anima fortior efficitur in qua bellica omnia exercentur, nam & in ea equitare & currere, & atroces feras excipere, & æstum frigusque perferre, sæpe famem pati necesse est. Cyrus authore Xenophonte suos non prius ad prandium siue cœnam ire sinebat, quã sudassent. itaque in venationem educebat, qua sudor maxime euocatur damnabat autem ocium & desidiam perinde, ac rem pestiferam, & corporibus valde detrimentosam, non obst. c. quoniam 34. distinct. c. qui venatoribus, & seq. 86. dist. & c. 1. & seq. de cler. ven. vbi ars nequissima appellatur: nam Respõ. quod ibi loquitur de venatione oppressiua hominum, vel arenaria Secundo? Resp. multa esse suapte natura & vtilia, & honesta, quæ ex tempore etiã ex persona sunt illicita, ideo clericis multa prohiberi, quæ cęteris sunt permissa: licet igitur clericis prohibeatur venatio, cęteris tamen permittitur, Doct. dictis in locis & propterea quod ibi dicitur venationis ars nequissima, intelligitur quantum ad clericos, sed & illud intelligitur si causa voluntaria id faciant, non si recreationis, vel salubritatis gratia, in casu tamen, quo licet nobilibus, intelligas dummodo non sit nimium atque immodicum venandi studium, cuiusmodi est pene omnibus nobilibus galliæ, qui ad insaniam vsque eo studio tenentur, aliarum rerum & publicarum, & priuatarum obliti. & Cic. lib. 2. offic. prodigos eos vocat, qui venationum apparatu pecunias profundunt, & Patis. de Puteo tract. de Syndacatu. c. 3. incessit Principes, qui omnem operam, curamque in venationibus reponũt, notaq; est fabula actheonis, venationis omnium hominum studiosissimi, qui in ceruum mutatus, ab suis canibus dilaniatus est, quod non ob aliud finxisse Poetas non nullis placet, quam quod omnia bona sua in canes, &
2 uenationem insumpserat † nobiles igitur possunt uenationibus, piscationibus, & aucupio modeste operam dare, modo id fiat debito tempore, citra agrorum alienorum populationem, neque in eis operam suam præstent, seu locent pro certa mercede, nam tunc inter seruilia officia connumerarentur. Tiraq. tract. de nobil. c. 37. nu. 149.

*SVMMARIVM.*

1 *Scriptores, qui de venatione, piscatione, & aucupio loquuti sunt.*

## *Quæst. XLIII. Secundæ partis.*

1 Quadragesimotertio † quæro, qui scriptores de uenatione, piscatione, & aucupio sint loquuti? Resp. plures inter quos scripsit Xenophon. Oppianus quoque de eadem lib. quinque edidit, & Gratius librum unum, de quo est illud Ouidij elegia ult.

Tityrus antiquas, & erat, qui pasceret herbas, aptaq; uenāti Gratius arma daret. & Callisthenes lib. tres, quem citat Plutarc. lib. de fluuijs, Sostratus lib. 2. quem citat Strobeus in serm. 62. Marcus Aurel. Olympius nemesianus, Poeta Bellisarius Aquinuus, Aragoneus, Ioannes Ælius de uocabulis uenatorijs, Michael Angelus Blōdus, Adrianus Cardinalis Petrus Angelius Burgeus lib. 6. de uenatione scripsit. Dornadilla Scotorum Rex scripsit lib. de uenatorijs legibus. Officina Textoris p. 2. uer. uenatio, & uer. piscina. Titus Ioannes Scandianensis lib. 4. Vernacula lingua. Plat. lib. 6. de legibus Cassan. de gloria mundi p. 11. consid. 49. & seq. Tiraquel. tract. de nobil. c. 37. num. 143. Didac. 2. p. relect. §. 8. per totum. c. peccatum, de reg. iur. 6. Doctor. communit. §. feræ instit. de rerum diuis. leg. tertia, Nerua. ff. de acquir. possess. c. nemo, de pace tenen. in vsibus feud. c. ius naturale, 1. distin. l. 1. & seq. ff. de acquir. rer. domin. c. quorundam, 34. dist. cap. qui venatoribus, & seq. 86. dist. Veron. tract. de seru. rust. præd. tit. de aucupatione, c. a 1. & tit. de piscatione. Guid. decis. 218. Gulielmus de Benedictis. c. Raynutius, ver. & vxorem nomine, num. 334. & seq. Domi. Soto lib. 4. de iust. & iure. q. 6. art. 4. Zoanet. l. a. nume. 146. & seq. C. de pact. inter empt. & vend. Docto. comm. c. 1. & sequen. extra de cler. ven. Riminal. consi. 35. Natta consi. 604. vol. 3. Rolan. consi. 9. vol. 2. summistæ omnes, in ver. venatio. dixi ego in summa peccat. c. 1. par. 2. q. 31. tit. 7. Boerius. in consuetud. Burg. rubric. 13. §. 7. q. 2. & seq. Emanuel Soar. in thesauro recept. sent. versi. venator. Franciscus Viuil. in comm. opin. lib. 2. opin. 311. ver. venari. Iacobus de S. Georgio, tract. de Iudæis in verbo, & cum venationibus Mandosius tract. de initiouibus, q. 62. Romul. l. 1. ff. de acqui. poss. Rebuff. Lucas de Penna, & alij, l. unica, C. de uenatione ferarum, l. 2. Romul. in comp. de venatione citato per ipsum d. l. 1. ff. de acquir. poss. & hæc dicta sufficiant pro complemento huius tractatus de uenatione, piscatione, & aucupio.

# FINIS.

# INDEX RERVM, AC VERBORVM

## QVAE IN HOC SECVNDO VOLVMINE CONTINENTVR.

### A



# INDEX.



*Alie-*

# INDEX.

Bestia

# INDEX.

Com-

# INDEX.

Excom-

Fiscus

# INDEX.



Furiosi

I

*ius*

M

mors

*Neces-*

O

P

Pœna

Priuilegia

## Q.

# INDEX.



Renun-

Terminus

Volun-

# INDEX.



# FINIS.

